BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
1 - H
9

C. 21. f.

C. 21. g.

13-22

Digitized by Google

TRACTATVS
DE CENSVRIS
ROMANO PONTIFICI
RESERVATIS.

Ad Illuſtriſſimum, ac Reuerendiſſimum
PETRVM ALDOBRANDINVM
S.R.E. Cardinalem ampliſſimum.

Bartholomæo Vgolino Iuriſconſ. ex Monte Scutulo Diac. Ariminen. ac Barbiani Archipresbytero Autore.

Nunc primùm in lucem editus.

CVM PRIVILEGIO.

Cornelio Francesucci



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

14

Venetijs, Apud hæredem Hieronymi Scoti MDCII.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO
PETRO ALDOBRANDINO
S. R. E. CARDINALI
AMPLISSIMO:

Bartholomæus Vgolinus S. P. D.

TVA erga Chriſtianam Rempublicam merita tot, ac tanta ſunt Cardinalis Ampliſſime, vt nemo ſit, qui Apoſtolicam Sedem quàm maximè auctam, ornatamq; velit, quin ſe tibi plurimum debere fateatur. Nam, vt mittam infinita propemodum, quæ abs te præclarè geſta ſunt, ad nobiliſſimam, celeberrimamq; Ferrariæ Vrbem recuperandam à Clemente Octauo Pont Max Patruo tuo Legatus miſſus tanta facilitate præter omnium opinionem ipſam Romanæ Eccleſiæ recuperaſti, vt apud vniuerſos ſummam gloriam tibi pepereris, & ab ijs etiam, quibus infenſus videri poteras, commoda non pauca deportaueris. Ac planè quis exercituum ductor putaſſet eam Vrbem ſine ſanguine recuperari potuiſſe? Tu tamen tua ſingu-

Digitized by Google

lari prudentia, tua ingenti virtute ſic rem egiſti, vt nulla hominum clade, nullo prælio facto ſumma felicitate ipſam receperis. Hac re primùm tam inſigni geſta, non multo poſt exorto periculoſiſſimo bello inter potentiſſimos Chriſtianæ religionis Principes (quod quidem grauiter dolendum erat, vt armis inter ſe contenderent, quæ in Chriſtianæ religionis hoſtes melius, ac iuſtius vertere debebant) quis exiſtimaſſet Principum irritatos animos ab armis facilè diſceſſuros eſſe? Ad hos tamen placandos à Pont. Max. qui iam te, iam ingenium tuum nouerat, Legatus itidem miſſus tuo ſummo conſilio, diuinaque propemodum ſolertia, & bellum ipſum excitatum extinxiſti, & eoſdem Principes maxima omnium lætitia inter ſe conciliaſti. Verùm hæc foris quodammodo à te geſta ſunt; quanti verò ea facienda, quæ domi non minus prudenter, quàm liberaliter egiſti? Nam, cùm in ampliſſimo dignitatis gradu collocatus ſis, apudq; Romanum Pont. virum Sanctiſſimum, Patruumque tuum ob ſingulares in primis animi tui dotes, plurimum valeas; quot Illuſtres viri per te dignitatibus decorati ſunt? quot doctrina præſtantes beneficijs affecti? quid de eximia liberalitate dicam, quam ſuperioribus annis Tyberi totam penè Vrbem inundante erga pauperes domi aquis obſeſſos exercuiſti? Beatum te Cardinalis ampliſſime, qui in iſtac florenti

Digitized by Google

ætate tot,tantaque feliciter geſſiſti,quæ nulla poſteritas ignorabit, nulla obſcurabit obliuio. Hæc igitur ſunt,quibus glorioſi nominis tui fama longe, lateque vagatur; hæc, quibus omnes te in cęlum laudibus ferunt; hæc, quibus omnes ſe tibi plurimum debere fateri debent. Quare, ego, etſi omnium minimus ſum, rebus tamen iſtis à te geſtis incenſus te plurimum ſemper admiratus ſum,te plurimum obſeruaui. Lectis poſtremò tuis humaniſſimis litteris,quas ſuperiori anno Quarto Id. Maij ad me miſiſti, mihi crede,ſic ipſis ſum affectus, vt ex eo tempore nihil magis optauerim, quàm occaſionem mihi dari, quò meum hunc erga te animum aliquo officij genere tibi patefacerem. Cum ecce hoc mihi cogitanti occurrit Tractatus de Bulla Cęnæ Domini, quem cùm promulgandum mihi propoſuerim, tuo nomini dicatum in lucem prodire volui; eſt enim opus tibi etiam quodammodo aliunde debitum, quippe Clementis Octaui Pont. Max. Patrui tui; nam Bullam Cęnæ Domini ab eodem editam declaraui. Hilari animo igitur labores hoſce meos accipias; nam, ſi hoc feceris, animum mihi dabis, vt poſthac, quo grauiora, maioraq́; offerre tibi poſſim, ſtudioſius, ac libentius in litteris elaborem. Vale. Barbiani. Calen. Maij. 1602.

PROOE-

PROOEMIVM
AD LECTOREM.

HABES tandem humaniſsime Lector Dei benignitate Tractatum De Bulla Cœnæ Domini ſæpius à me antea tibi promiſſum: qui idcirco vſque in hanc diem in lucem editus non eſt, quoniam, ex quo in ipſo res maximæ aguntur, vt ſcilicet Chriſtianæ fidei candor in Sacroſancta Eccleſia eluceat, vt Eccleſiaſtica libertas conſeruetur, vt charitatis donum vigeat; & ad ſummam, vt Chriſti fideles in officio contineantur, ne præpropera editione cum graui offenſa erraretur, maturius erat hæc agenda, & cautius. Sumpta igitur Bulla Cœnæ Domini à Clemente Octauo Pont. Maxi. edita, eaq; in tres partes diſtributa. In priori vti proœmio quodam generatim quæſtiones decem & ſeptem, quò cenſurarum omnium, quæ per Bullam feruntur, cognitio dilucidior eſſet, præmiſi. In altera verò parte, vti tractatione, viginti capita continente, quib. Bullam offendentes cenſuris afficiuntur, hoc ordine explicaui. Primum enim ſi quæ vocabula obſcuriora paulò, ac minus nota eſſent, quid ſignificarent, declaraui. Deinde, qui Bullam offendendo in cenſuras ab ea latas inciderent, regula propoſita aperui. Poſtremo, qui cenſuras euaderent ſeparatim excepi. In poſteriori demum parte tractationis, vbi de Abſolutione à cenſuris potiſsimum agitur, quæ per Bullam latæ ſunt, quòd octo partes complectitur, in totidem capita eam diſtribui, et regulis, quæ in ſingulis partibus aguntur, vniuerſa comprehendi. Quæ agendi ratio in toto hoc opere à me perpetuo ſeruata eſt; hoc enim modo fieri poſſe exiſtimaui, vt explicatio illuſtrior redderetur, et confuſio nunquam mihi amica tolleretur. Hilari animo igitur primum Tractatum De Cenſuris Romano Pont. reſeruatis accipias, reliquos propediem, ſi mihi Dei benignitate vita cōtigerit, accepturus. Quo enim abſolutā tractationem cenſurarū, necnon earundem abſolutam cognitionē à me habeas, ex quo generatim de Cenſuris aliàs egi, vt in initio infra dixi, ſpeciatim de ipſis, & primò de reſeruatis Romano Pontifi. deinceps de reliquis agendum mihi propoſui. Vale.

Digitized by Google

INDEX EORVM, QVAE IN HOC OPERE NOTATV DIGNA

IN PRIMIS SVNT.

A

ABSOLVERE *à cenſuris à iure latis Epũs põt.n.2.pag.*447
Abſoluere à cenſuris ab homine latis poteſt,qui eas tulit,numero 3. ead.
Abſoluere à cenſuris ab homine generaliter latis,Epiſcopus etiam poteſt.nu.4. 448
Abſoluere à cenſuris Bullæ Cœnæ Domini non poteſt, Vicarius Papæ, Legatus à Latere, Patriarcha, Archiepiſcopus, Epiſcopus, His inferior, Collegium Cardinalium, Concilium generale.nu.5. 448
Abſoluere poteſt à cenſuris Bullæ Cœnæ Domini Romanus Pont. qui eas tulit,nec non eius ſucceſſor.ibid.nu.6.
Abſoluere non poteſt à cenſuris Bullæ Cœnæ Domini Romanus Pont. qui ſe pontificatu abdicauit,vel rationis vſum amiſit,ibid.nu.7.
Abſoluere in articulo mortis ſacerdos poteſt à cenſuris Bullæ Cœnæ Domini, & ab alijs,quæ regula multis modis amplificatur,nu.1. 454
Abſoluere in articulo mortis Epiſcopus poteſt excommunicatum à quocunque, quæ regula multis modis amplificatur,nu.3. 457
Abſoluere à cenſuris Bullæ huius poteſt,qui priuilegium habet abſoluendi continens in indiuiduo caſus ipſius Bullæ,nu.1. 481
Abſoluendi facultate data ab omnibus cenſuris etiam Romano Pont. reſeruatis in Bullæ Cœnæ Domini abſolutio tribui nihilomagis poterit cenſurarum, quæ in Bulla habentur,nu.2. 482
Abſoluendi facultate data in indiuiduo in caſu aliquo Bullæ Cœnæ Domini, in alijs autem generatim,an abſolutio tribui poſſit à caſibus generatim expreſſis,nu.3. ead.
*Abſoluens ſine licentia excommunicatos per hanc Bullam, in excommunicationem incidit,quæ excommunicatio quouſque pateat, declaratur, n.1.*484
Abſoluens vna abſolutione plures ſine licentia in plures excommunicationes incidit,nu.2. ead.
Abſoluens ſine licentia excommunicatos per hanc Bullam in quibus caſibus in excommunicationem non incidat,nu.3. 483
Abſolui an potuiſſet quis in articulo mortis ab alio quàm à Romano Pont. à

cenſuris

cenſuris huius Bullæ, ſi Romanus Pont. id non conceſſiſſet, nu. 1. pag. 453
Abſolui poteſt excommunicatus in articulo mortis conſtitutus, etſi à peccatis non abſoluatur, nu. 2. 457
Abſolui excommunicati per hanc Bullam ab eo non poſſunt, qui inferior eſt Romano Pontifice, eſto priuilegium habeant, vt abſolui poſſint, quæ regula amplificatur, & declaratur, nu. 1. 476
Abſolutio tribui poteſt à caſibus Bullæ Cœnæ Domini, vbi generatim abſoluendi facultas tributa eſt, modo derogatum ſit clauſulæ prohibenti abſolutionem, niſi in indiuiduo facultas tributa ſit, ex quo modo ipſi derogetur, num. 4. 483
Abſolutio excommunicationis eius, in quam incidit abſoluens excommunicatos per hanc Bullam ſine licentia, an Romano Pont. reſeruata ſit, nu. 4. 486
Abſolutio excommunicationis ſolemniter, & non ſolemniter tribui poteſt. Speciatim, & generatim. Pure, aut ſub conditione. Aliquando ad aliquem actũ tantùm, nu. 1. 489
Abſolutio tributa à Romano Pont. à cenſuris per Bullam latis non eos iuuat, qui à delictis nõ deſiſtunt, quamobrem excommunicati ſunt, quæ regula etiã declaratur, nu. 2. ead.
Abſolutio, quæ tribuitur ad aliquem actum gerendum, an proſit excommunicatis per hanc Bullam, nu. 3. 490
Abſolutio tributa à Romano Pont. excommunicatis per hanc Bullam quando proſit iis, qui contra eccleſiaſticam libertatem ſtatuta fecerunt, nu. 4. 491
Abſolutio Apoſtatę, an requirat abiurationẽ: vid. in verb. Apoſtata hęreticus.
Abſolutionis forma neceſſaria, & non neceſſaria, vid. in verb. Forma.
Abſolutus in articulo mortis à cenſuris, abſolutione alia non eget, ſi periculum illud euadat, nu. 4. 459
Accipientes ab eccleſiaſticis perſonis etiam ſponte dantibus pedagia, & vectigalia in excommunicationem incidunt, quæ excommunicatio quouſque pateat declaratur, nu. 1. 422
Admonens hæreticum vt fugiat, quia iudex eum capere vult, an hæreticorum fautor dicatur, nu. 11. 79
Adhęrentes quinam ſint, nu. 1. 442
Adherẽtes iis, qui Apoſtolicam ſedem offendunt in excommunicationem incidunt, quæ excommunicatio declaratur, nu. 2.
Aduocati, & procuratores, qui ſine licentia hæreticum defendunt, hæreticorũ fautores dicuntur, nu. 6. 78
Aduocati quinam ſint, nu. 2. 344
Aduocatos gerentes cauſas eorum, qui ad curiam confugiunt, ſi quis offendat in excommunicationem incidit, num. 4. ead. Id quod verum cenſeo, quamuis principalis ipſe ad curiam non iret, ſed abſens in curia procuratorem, aduocatumuè conſtitueret.
Abducere quid ſignificet, nu. 3. 242

Aegroto

INDEX

Aegroto hæretico medicinam facere poſſumus,nu.9. pag. 74
Afferre quid ſignificet,nu.4. 242
Alimenta prębens hęretico ob hæreſim fautor hæreticorum dicitur,nu. 14.80
Anathematizare an differat ab excommunicare,nu.1. 30
Anathematizare quid ſignificet,nu.2. 31
Anathema ſignificat quid deteſtabile,nu.5. ead.
Anathematizare ſignificat deteſtari,nu.6. ead.
Anabatiſtæ quinam hęretici ſint,nu.8. 52
Animo hæreſim incluſam habens hęreticus eſt,nu.15. 42
Animo hæreſim incluſam habens in excommunicationem latam in hæreticos non incidit,nu.16. 43
Animo hæreſim incluſam habens ſigno aliquo eam exprimens in excommunicationem incidit,nu.17. 44
Animo hæreſim incluſam habens, nulloq; exteriori ſigno eam exprimens quãobrem in excommunicationem non incidat,nu.16. 43
Animum faciens hoſtibus Chriſtiani nominis, dum pugnant contra Chriſtianos in excommunicationem incidit,nu.3. 230
Appellatio à Romano Pont. ad futurũ Concilium,cur probibita ſit.nu.1. 116
Appellatio fit à minore ad maiorem,nu.2. ead.
Appellatio ne interponatur à Papa ad Concilium quãdo definitũ ſit,nu.7. ead.
Appellans ad futurum Concilium à Papa in excommunicationem incidit, quæ regula declaratur,quouſque pateat,nu.1. 118
Appellans à quouis alio præterquam à Romano Pont. in excommunicationem non incidit,nu.4. 120
Appellans à Romano Pont. ad Concilium generale tunc congregatum in excõmunicationem incidit,nu.1.ibi.Quinto 119.Idem ſi appellet quis à Papa ad Concilium Prouinciale,nu.6. 121
Apoſtaſia hæreſis ſpecies eſt,nu.8. 38
Apoſtaſia quid ſit,nu.1. 56
Apoſtatare non poteſt,qui Chriſtianus non eſt,nu.2. ead.
Apoſtaſia triplex eſt,nu.3. ead.
Apoſtata à fide quinam ſit,nu.4. 57
Apoſtatæ fidei in excommunicationem Bullæ incidunt,quæ regula quouſque pateat,declaratur,nu.1. 58
Apoſtatæ hæretici ſunt,nu.2. 59
Apoſtatæ, an in duas excommunicationes incidant , in alteram quatenus apoſtatæ,in alteram quatenus hæretici,nu.3. ead.
Apoſtata religionis in excommunicationem incidit,nu.4. ead.
Apoſtata ſchiſmaticus non eſt,nu.8. 110
Apoſtata hæreticus debet abiurare eam apoſtaſiam ante abſolutionem ſicut hæreticus hęreſim,nu.4. 474
Argentum ad Chriſtiani nominis hoſtes deferri non poteſt,nu.5. 215

Archiepiſcopi ſunt Epiſcopi, qui vni prouinciæ preſunt, & quamobrem ſic nominati, nu.6. pag. 279.
Arma equorum, & quibus equi accomodantur, deferri nequeunt ad Chriſtiani nominis hoſtes, nu.2. 208
Arma ad Chriſtiani nominis hoſtes deferri nequeunt, nu.1. 209
Arma ſunt inſtrumenta ad offendendum, & defendendum parata, nu.2. ead.
Arma duplicis generis ſunt, nu.3. ead.
Arma per ſe triplicis generis ſunt, nu.4. ead.
Arma per accidens quænam dicantur, nu.5. 210
Arma deferentes ad Chriſtianos, qui in terris hoſtium ſunt, quò illis contra Chriſtianæ religionis hoſtes vtantur, an in excommunicationem incidant, nu.6. 182
Aromatarij, & lanij retinentes libros hæreticorum hæreſim continentes, quò aromata, carnes vè illis inuoluta vendant, an in excommunicationem incidant, nu.1. 95
Articulus mortis quisnam dicatur, nu.1. 451
Articulo mortis exiſtente ſi excommunicatus ab excommunicatione, & à peccatis abſolui non poßit ob mortis anguſtias, quid tunc faciendum, nu.3. 468
Articulo mortis exiſtente inferior Romano Pont. abſoluere excommunicatum per Bullam non poteſt, niſi de ſtando mandatis Eccleſiæ cauerit, nu.1. 473
Aſtrologi quinam hæretici ſint, & in hæreticorum pœnas incidant, nu.10. 49
Aſtrologi quinam damnati à Siſto Quinto, nu.11. ead.
Audiens legentem librum hæretici hæreſim continentem in excommunicationem non incidit, nu.4. 91
Audiens libros hæreticorum libenter dum leguntur, idq; ſigno aliquo declarans hæreticorum fautor dicitur, nu.10. 79
Auditor quisnam ſit, nu.1. 346
Augentes vectigalia in excommunicationem incidunt, quæ excommunicatio declaratur quouſque pateat, nu.1. 160
Auocantes cauſas ſpirituales, eiſuè annexas à Iudicibus Romanæ Curiæ in excommunicationem incidunt, quę excommunicatio quouſque pateat, declaratur, nu.1. 362
Aurum ad Chriſtiani nominis hoſtes deferri non poteſt, nu.4. 215
Autor huius Bullæ Clemens Octauus fuit, nu.1. 32
Autoritatem Romani Pont. negans, vt hæreticus punitur, nu.5. 505
Auxilium præſtans ad delictum committendum mortiferè peccat, nu.1. 21
Auxilium præſtans ad delictum aliquod committendum ex ijs, quæ per Bullam Cęnæ Domini prohibentur, in excommunicationem non incidit, vid. in verb. Conſilium.
Auxilium ab hæreticis recipere poßumus, quò res noſtras tueamur etiam contra Chriſtianos, nu.6. 72
Auxilium ferens hoſtibus Chriſtiani nominis in damnum Chriſtianorum in excommu-

communicationem incidit, quæ excommunicatio quouſque pateat, declaratur,nu.1. pag.228
Auxilium fauorem,conſilium prębens alicui,quo romipetas offendat in excommunicationem incidit,nu.1. 227
Auxilium quodnam ſit,nu.1. 314
Auxilium multis modis præſtari poteſt,nu.2. ead.
Auxilium ferentes iis, qui in Cardinalem delictum aliquod committere volũt, in excommunicationem incidunt,quæ excommunicatio quouſque pateat, declaratur,nu.3. 315
Auxilium præſtantes iis, qui delictum aliquod in Cardinales committere volunt,quando in excommunicationem non incidant,nu.4. ead.
Auxilium ferre quinam propriè dicatur,nu.2.ibi.Illud quoque.277. & nu. 2. ibi.Atquid ſi ſocius. 315
Auxilium ferens iis,qui Cardinalem offenderunt poſt offenſam in excommunicationem non incidunt ratione auxilij,ſed ratione fauoris. 316. iunc. verſ. Vel fauorem,nu.1.ibi.Et qui aſſiſtet. 320
Auxilium præſtans ad delictum committendum,vid.in verb. Conſilium,auxilium,fauoremuè præſtans.
Auxilium,conſilium,fauoremuè preſtantes iudicibus ſecularibus contra eccleſiaſticos iudices in excommunicationem incidunt,nu.1. 401
Auxilium præſtantes iis,qui imponunt onera Eccleſiaſticis, ſeu exigunt,in excommunicationem incidunt,quę excommunicatio quouſque pateat,declaratur,nu.1. 424

B

BAnnire quid ſit,nu.3. 429
Baptizatus qui non eſt offendens hanc Bullam in eius excommunicationem,ac cenſuras non incidit,nu.1. 14
Baſilica Principis Apoſtolorum de Vrbe eſt Eccleſia Sancti Petri in Vaticano Monte,nu.2. 498
Bellica inſtrumenta deferri ad hoſtes Chriſtiani nominis nequeunt, & quæ ſint hæc,nu.1. 217
Beſtijs ferris,vt lupo,vulpi,miluio res ſubreptę, atque liberatę, cuius ſint,numero 7. 150
Blaſphemus,an hæreticus ſit,nu.1. 50
Blaſphemiæ hęreticales quænam ſint,nu.2. ead.
Bulla Cœnæ Domini in tres partes diuiditur, & quid in vna quaque agatur,numero 1. 3
Bulla Cœnæ Domini,cur ſic nominetur,nu.2. 5
Bulla Cœnæ Domini,quibus temporibus promulgare olim conſueuit,nu.3. 6
Bulla Cœnæ Domini idcirco ſingulis annis promulgatur,vt Chriſti fideles vni-

...uerſi in officio contineantur, num. 1. pag.6
Bulla Cœnæ Domini aliquando, ſed in paucis mutatur, nu. 1. 9
Bulla Cœnę Domini quando obliget, vt eius offendens in eius cenſuram incidat, num. 1. 26
Bulla Pij V. excommunicantur, qui non patefaciunt conſpirationem factam in Cardinalem, nu. 7. 323
Bulla prohibens abſolutionem caſuum, qui reſeruati ſunt, vid. in verb. Decretũ.
Bulla Cœnæ Domini durat, eſto qui illam tulit moriatur, vel Epiſcopatu ſe abdicauerit, vel ob hæreſim ſit depoſitus, vel eſto alia facta ſit, ſed non promulgata, nu. 2. 443
Bulla hæc quot modis extinguatur, nu. 1. 445
Bulla hæc Cœnæ Domini cur in valuis Eccleſię Lateranenſis, & S. Petri affixa fuerit, nu 3. 408
Bulla hęc cur multis nominibus appelletur, nu. 3. 504
Bullę nomen quid ſignificet, & in quam partem hic accipiatur, nu. 1. 5
Bullę Cœnę Domini caput, in quo excommunicantur offendentes clericos nõ eſt ſuperuacaneum, nu. 1. 332
Bullam Cœnę Domini habere debent omnes animarum curam habentes, vt Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Parochi, Vicarij perpetui, Capellani, Sacerdotes tam regulares, quàm ſeculares ad ſacramentum pœnitentiæ adminiſtrandum admiſi, nu. 1. 501
Bullam Cœnæ Domini quinam habere non teneantur, nu. 2. 502
Bullam Cœnæ Domini offendi quot modis contingat, nu. 2. 504

C

Caluiniſtæ hæretici quinam ſint, nu. 6. 51
Cannabis ad hoſtes Chriſtiani nominis deferri non poteſt, & quamobrem, num. 1. 219
Capientes eos, qui ad Sedem Apoſtolicam eunt, in excommunicationem incidunt, quæ excommunicatio quouſque pateat, declaratur, nu. 1. 257
Capientes eos, qui ad Apoſtolicam Sedem eunt, quando in excommunicationẽ non incidunt, nu. 2. 258
Capiens, detinens, ſpolians, mutilans, interficiens euntem ad Apoſtolicam Sedem, an in plures excommunicationes incidat, nu. 4. 260
Capientes romipetas in excommunicationem incidunt, nu. 1. 274
Capi ne hæreticus ſe permittat hortans fautor hæreticorum dicitur, nu. 11. 80
Capientes Eccleſiaſticas perſonas, & pro earum redemptione pretium volentes, in pœuam huius capitis non incidunt, nu. 7. 421
Capitales cauſæ quænam ſint, nu. 1. 428
Capitula, Conuentus, & Collegia Eccleſiaſtica quid ſint, nu. 2. 371
Carcere incluſum hæreticum illinc eruens hæreticorũ fautor dicitur, nu. 12. 80

Carcerare

Carcerare quid ſit,nu.1. pag.299
Carcer cur inuentus,nu.2. ead.
Carcerantes Cardinalem, aut ratione alia detinentes in excommunicationem incidunt,nu.4. 300
Carcerem frangendi cauſa inſtrumenta præbens hæretico, an in excommunicationem incidat,vid.in verb. Frangendi carcerem.
Cardinales quinam ſint,nu.1. 278
Cardinalem interficientes in excommunicationem incidunt, quæ excommunicatio quouſque pateat,declaratur,nu.1. 280
Cardinalis ſeipſum interficiens in excom.incidit, nu.2. 282
Catechumenus excommunicari non poteſt,nu.3. 15
Catechumeni hæretici propriè dici nequeunt,nu.3. 37
Cauſa quid ſit,num.4. 335
Cautio, quam Bulla præſtari iubet antequam à cenſuris quis abſoluatur, quænā ſit,nu.1. 470
Cautio de ſatisfaciendo,quænam ſit,nu.5. 472
Cautione omiſſa ab excommunicato nihilominus valet,nu.2. 473
Cenſuræ latæ per Bullam Cœnæ Domini,an ſint a iure,vel ab homine,nu.1. 10
Cenſuræ aut ab homine,aut à iure feruntur,nu.1. 447
Chalybs ad hoſtes Chriſtiani nominis deferri non poteſt,nu.1. 214
Chriſtiani omnes offendentes Bullam Cœnæ Domini in eius pœnas incidunt,numero 1. 166
Citatio quid ſit,& quotuplex,nu.1. 348
Clamando ſi quis opem ferre potuit Cardinali,an in excommunicationem incidat ſi non clamauit,nu.4. 322
Clericus ſeipſum percutiens in excommunicationem incidit,nu.3. 282
Clericus habitum clericalem dimittens ſine cauſa in excommunicationem non incidit,nu.4. 59
Clericum interficiens de licentia Romani Pont. in excom.non incidit. Item nec ſe ab eo legitimè defendens,nu.1. 283
Clericum prius percutiens timens probabiliter ne ab eo interficiatur in excommunicationem non incidit,nu.2. 284
Clericum interficiens non incidit in excommunicationem, ſi aliter vitare non poteſt quin ab ipſo mutiletur,nu.3. ead.
Clericus furioſus,dormienſuè,an interfici poteſt,ſi in eo furore,ac ſomno aliquē aggrediatur,& aggreſſus ratione alia ſe tueri ab eo non poſſit,nu.4. 285
Clericum interficiens, quò filium, vxorem, patrem, familiamuè ſuam ab ipſo tueatur,immò vel extraneam perſonam in excommunicationem non incidit, num.5. 286
Clericum mulier interficiens cùm aliter ſuam pudicitiam tueri non queat, in excommunicationem non incidit,nu.7. 287
Clericum,an interficere liceat pro rebus ſuis tuendis,nu.8. 288

Clericum interficiens, vbi talem eum eſſe ignorat, in excommunicationem non incidit, nu. 9. pag. 289
Clericum aliquem interficere quis volens in excommunicationem, an incidat, ſi alium caſu interficiat, nu. 10. 290
Clericum interficiens, qui vſu rationis caret in excommunicationem non incidit, nu. 11. 291
Non itidem, qui clericum interficit, qui ea dignitate priuatus eſt, nu. 12. 292
Non etiam, qui inuentum turpiter aut cum vxore, aut cum matre, aut cum ſorore, aut cum filia propria, aut cum filio interficit, nu. 13. 292
Clericos plures percutiens vna percuſſione in tot excommunicationes incidit quot ſunt clerici percuſſi, nu. 4. 13
Clerici coniugati duo priuilegia habent tantùm, & quæ hæc ſint, nu. 6. ibi. Poſtremò. 415
Clericum capiens euntem ad Apoſtolicam Sedem in duas excommunicationes incidit, nu. 4. 261
Coacti remigare in nauibus hoſtium contra Chriſtianos, an in excommunicationem incidant, vid. in verb. Remigantes. ea'.
Collectæ, Taleę, præſtantiæ quid ſint, nu. 1. 410
Collegium quid ſit, nu. 1. pag. 121. & vid. in verb. Capitula.
Colonis clericorum grauiora onera imponentes in excommunicationem incidunt, nu. 2. 423
Compellentes actorem, reumuè, qui coram iudicibus Romanæ Curiæ ſpirituales cauſas commiſerunt, vt reuocent acta facta, in excommunicationem incidunt, quæ excommunicatio quouſque pateat, declaratur, nu. 1. 365
Compellentes actorem, reumuè, vt conſentiant, faciantuè, vt à cenſuris, pęnisuè abſoluantur ij, contra quos emanarunt à iudicibus Romanæ Curiæ iu excommunicationem incidunt, quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur, num. 2. ead.
Concilium non eſt ſupra Papam, magna olim contentio erat, nu. 6. 116
Condemnatum iniuſtè hæreticum dicens hæreticorum fautor hic dicitur, numero 10. 79
Confeſſarij inquirere diligenter debent, an pænitentes, qui de fide malè ſentiunt ſigno aliquo ſuam hæreſim expreſſerint, nu. 19. 45
Confratres Sanctiſſimi Corporis Chriſti, Sanctiſſimivè Roſarij, & huiuſmodi abſolui nequeunt ab his cenſuris, eſto priuilegium ad id habeant ob illius cōfraternitatcs, nu. 2. 477
Conſilium præſtans ad delictum committendum mortiferè peccat, nu. 1. 21
Conſilium, auxilium, fauoremuè præſtans ad delictum aliquod committendum ex ijs, quæ per Bullam Cœnæ Domini prohibentur in excommunicationem incidit, quæ regula, quouſque pateat, declaratur, nu. 2. 22
Conſilium, auxilium, fauoremvè præſtans ad delictum committendum, vbi & contra hunc excommunicatio fertur, an ante, poſtuè delictum in excommunicationem

nicationem incidat, nu. 3. pag. 24
Conſilium præſtans hoſtibus Chriſtiani nominis in damnum Chriſtianæ religionis in excommunicationem incidit, quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur, nu. 2. 230
Conſilium præſtare quid, nu. 1. 316
Conſilium dare quot modis contingat, nu. 2. 317
Conſilium dans vt quis Cardinalem interficiat in excommunicationem incidit, quæ excommunicatio quouſque pateat, declaratur, nu. 3. ead.
Conſilium reuocans, quod dederat, vt Cardinalis offenderetur, quando proſit, ac liberet à cæna, nu. 4. 318
Conſilium præbens alicui, quò Romipetas offendat, an in excommunicationem incidat, vid. in verb. Auxilium.
Conſilium præſtantes ad ſtatuta contra Eccleſiaſticos facienda, & dicta onera exigenda in excommunicationem incidunt, nu. 2. 424
Conſiliarij munere fungens apud hoſtes contra Chriſtianos in excommunicationem incidit, nu. 2. 230
Idem de eo, qui munus eius facit, qui vulgò dicitur Ingegniero.
Conſulens alicui, vt romipetam interficiat, an in excommunicationem incidat, ſi is, cui conſilium dedit, ſolùm vulnerauerit, nu. 2. 277
Conſtantinus Imperator Silueſtro Pontifici Max. ac eius ſucceſſoribus loca multa conceſſit, nu. 2. 434
Conſtitutiones quid ſint, nu. 3. 377
Conſuetudines etiam immemorabiles non proſunt quominus offendentes hanc Bullam Cœnæ Domini, in eius pœnas incidant, nu. 2. 484
Conſuetudo immemorabilis vim pacti, & priuilegij habet, nu. 2. 495.
Conuentus quid ſit, vid. in verb. Capitula.
Corrector libri, qui imprimitur, ſi animaduertit hæretici librum eſſe, & hæreſim continere, & tacet, vti fautor hæreticorum in excommunicationem incidit, nu. 3. ibi. At quid de correctore. 99
Credens hæreticorum quiſnam dicatur, nu. 1. 60
Credere hæreticis duobus modis contingit, nu. 2. ead.
Credere quem hæreticis duobus modis conuincitur, ibid. nu. 3. 61
Credentes hæreticorum in excommunicationem Bulla Cœnæ Domini incidunt, quæ regula declaratur, quouſque pateat, nu. 1. 61
Cultum diuinum exhibens creaturæ hæreticus eſt, nu. 4. 47
Curantes, vt mandata fiant iudicibus Eccleſiaſticis à ſecularibus in excommunicationem incidunt, nu. 3. 400
Curiæ neceſſariæ quænam ſint, nu. 3. 235
Curia Romana quid ſit, & vbi eſſe dicatur, nu. 1. 236

D

Dantes arma, & alia prohibita Chriſtianis, qui ſunt apud hoſtes, an in excommunicationem incidant, nu. 6. 182

Decretum

Decretum prohibens abſolutionem caſuum, qui & Romano Pontifi. & alijs ordinarijs reſeruati ſunt, refertur. pag. 449
Decreta quid ſint, nu. 5. 377. & nu. 5. 349
Defendens libros hæreticorum hæreſim continẽtes in excommunicationem incidit, quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur, nu. 2. 100
Defendens libros hæreticorum hæreſim continentes diſputationis gratia, in excommunicationem incidit, nu. 3. 101
Defendens librum hæretici hæreſim continentem, quando in excommunicationem non incidat, nu. 4. 102
Defendentes eos, qui impediunt, ne ea, quæ ad victum pertinent, & alia prædicta ad Curiam deferantur in excommunicationem incidunt, quæ excommunicatio quouſque pateat, declaratur. nu. 1. 243
Defendens hæreticum non in hæreſi ſed in alia cauſa, vel ciuili, vel criminal, in excommunicationem non incidit, nu. 2. 84
Defenſio quotuplex ſit nu. 1. 100
Defenſor quis dicatur, nu. 1. 83
Defenſor hæreticorum in excommunicationem incidit, quę regula quouſque pateat declaratur, nu. 2. ead.
Defenſores hæreticorum an hęretici ſint, nu. 3. 84.
Deferentes arma, ac reliqua per Bullam Cęnæ Domini prohibita in excommunicationem incidunt, quæ excommunicatio, quouſqne pateat, declaratur, nu. 1. 180
Deferentes nomine alterius, cuiuſmodi ſunt muliones, ac nautæ, arma, & alia prohibita ad Chriſtiani nominis hoſtes, in excommunicationem incidunt, numero 4. 181
Deferentes arma, & alia prohibita in excommunicationem incidunt, eſto non hoc animo deferant, vt Chriſtiani per illa oppugnentur, nu. 10. 183
Deferens arma, & prohibita hoſtibus Chriſtiani nominis in excommunicationẽ incidit eſto cum illis paciſcatur, ne in Chriſtianis illis vtantur, nu. 12. 184
Deferentes arma ad Chriſtiani nominis hoſtes in excommunicationem incidunt, eſto deinceps ab ipſis ea recuperent, nu. 13. 184
Deferentes arma ad Chriſtiani nominis hoſtes in excommunitionem incidunt, eſto contra Chriſtianos illis non vtantur, nu. 14. 185
Vel tempore pacis eam diferant, nu. 15. ead.
Et vndecunque ipſa arma habeant & quid iuris ſi ab ipſis hoſtibus, numero 16. ead.
Deferentes arma ad Chriſtiani nominis hoſtes in excommunicationem incidunt, eſto priuilegium habeant à principibus laicis eam deferendi. Et quid iuris ſi Romanus Pontif. priuilegium hoc concedat, nu. 17. 186
Deferentes arma, & alia prohibita in excommunicationem non incidunt in his caſibus ſcilicet.
Qui de licentia Romani Pont. id facit, nu. 1. 190

Qui neceſſitate compulſus, vtpote vi ventorum, & maris tempeſtate cum ar-mis eò defertur, nu.2. pag.ead.

Qui ab eiſdem hoſtibus captus eſt, nu.3. 191

Qui fame compulſus hæc tradit, nu.4. ead.

Qui ad fauorem Chriſtianorum infidelibus ea tradit, nu.5. 192

Qui iniuria oppugnatus ad ſuam defenſionem infideles vocat cum aliunde id non poſſit, & arma, & huiuſmodi illis tradit, nu.6. ead.

Qui illis infidelibus tradit, qui hoſtes Chriſtiani nominis non ſunt, nu.7. 193

Qui prohibitionem hanc probabiliter ignorans Chriſtiani nominis hoſtibus tradit, nu.8. 194

Qui Chriſtianis arma tradunt, qui in terris huiuſmodi Chriſtianorũ hoſtium ſunt, quò ipſis oblata occaſione contra hoſtes vtantur, nu.9. ead.

Qui parua deferunt, nu.10. 195

Qui pro redemptione captiuorum deferunt, nu.11. 196

Dentem euellens eunti ad Sedem Apoſtolicam, an in excommunicationem incidat, nu.4. 252

Denunciare nolens hæreticum is, ad quem hoc ex officio pertinet, fautor hæreticorum dicitur, nu.9. 79

Deprædari quid ſit, nu.1. 274

Deprædantes romipetas in excommunicationem incidunt, nu.2. ead.

Deprædantes muliones, qui ferunt res romipetarum, an in excommunicationem incidant, nu.3. ead.

Deſtruere quid ſignificet, nu.4. 436

Deſtruentes loca Romanæ Eccleſiæ in excommunicationem incidũt, nu.1. 438

Detinere quid ſignificat, nu.1. 259

Detinentes, qui ad Apoſtolicam Sedem eunt in excommunicationem incidunt, quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur, nu.2. ead.

Detinentes, qui ad Apoſtolicam Sedem eunt, quando in excommunicationem non incidant, nu.3. 3.

Detinentes romipetas, ſeu peregrinos in excommunicationem incidunt, numero 1. 273

Detinere quid ſignificat, & quomodo differat à carcerare, nu.3. 299

Item quid ſignificet detinere, nu.6. 436

Detinentes loca Romanæ Eccleſiæ in excommunicationem incidũt, nu.3. 439

Detinentes Cardinalem inuitum, an in excommunicationem incidat, vid. in verb. Carcerantes Cardinalem.

Deuotionis, ſeu peregrinationis cauſa quiſnam ad Vrbem accedere dicatur, num.5. 266

Deuotio quid ſit, & vnde naſcatur, nu.6. ead.

Diœceſis quid ſit, nu.1. 328

Dæmoni honorem duliæ tribuens hæreticus eſt, nu.7. 48

Dæmonem conſulens de futuris contingentibus, de abſconditis vè cordium, hæ-

Exigere vectigal quando quis dicatur, nu. 2. pag. 163
Exigens onera impoſita bonis, fructibus, & reditibus Eccleſiarum, & Monaſteriorum à perſonis Eccleſiaſticis in excommunicationem incidit, quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur, nu. 1. 420
Exigentes à perſonis Eccleſiaſticis vectigalia pro rebus, quas negociandi cauſa deferunt in excommunicationem non incidunt, nu. 5. 421
Exigentes à perſonis Eccleſiaſticis onera non ipſis impoſita, ſed laicis in excommunicationem hanc non incidunt, nu. 8. ead.

F

Faciens aliquid pro quo à diuerſis excommunicatio lata eſt, an in plures excommunicationes incidat, nu. 1. 12
Falſans literas Apoſtolicas in excommunicationem incidit, quæ excommunicatio declaratur, quouſque pateat, nu. 1. 168
Falſare litteras Apoſtolicas, vid. in verb. Litteras Apoſtolicas falſare.
Fame laboranti hæretico ſubuenire poſſumus, nu. 8. 73
Fauens hæretico in excommunicationem incidit, quæ regula, quouſque pateat, declaratur, nu. 1. 82
Fauens Chriſtiani nominis hoſtibus contra aliquam Principem Chriſtianum, ne Princeps ille Chriſtianus maior fiat, an in excommunicationem incidat, num. 4. 231
Fauere in iudicio hæreticis dicitur, qui hæreſis gratia omittit contra hæreticum procedere, nu. 2. 77
Fauere piratis quot modis quis dicatur, nu. 2. 134
Fauorem præſtans ad delictum committendum mortiferè peccat. nu. 1. 21
Fauorem præſtans ad delictum aliquod committendum ex iis, quæ per Bullam Cœne Domini prohibentur, an in excommunicationem incidat, vid. in verb. Conſilium.
Fauorem, auxiliumvè præſtans appellanti ad futurum Concilium, in excommunicationem incidit, quæ regula declaratur, nu. 1. 125
Fauorem præſtans Chriſtiani nominis hoſtibus in perniciem Chriſtianæ religionis, vel Chriſtianorum in excommunicationem incidit, nu. 3. 230
Fauorem præſtans ad offendendum Cardinalem in excommunicationem incidit, quæ regula quouſque pateat, declaratur, nu. 2. 320
Fauorem præbens alicui, quò offendat romipetas an in excommunicationem incidat, vid. in verb. Auxilium.
Fauorem præſtans ad delictum committendum, vid. in verb. Conſilium, auxilium, fauorem.
Fauorem, conſiliumvè præſtantes iis, qui impediunt executionem litterarum Apoſtolicarum, decretorumvè, in excommunicationem incidunt, nu. 2. 368
Fauorem præſtantes ad imponenda onera Eccleſiaſticis perſonis, ſeu ad ſtatuta

contra ipſos facienda in excommunicationem incidunt, nu.3. pag.425
Fautor hæreticorum quis dicatur, nu.1. 76
Fautores hæreticorum an hæretici ſint, nu.3. 84
Fautor piratarum quiſnam ſit, nu.1. 134
Fautor Piratarum in excommunicationẽ incidit quæ regula quouſque pateat, declaratur, ibid. nu.3.
Fautores Piratarum qui in excommunicationem non incidant, ibid. nu.4.
Ferrum ad Chriſtiani nominis hoſtes deferri non poteſt, nu.1. 212
Tam factum, quàm infectum, ibid. nu.2.
Ferrum factum, & infectum quodnam ſit, ibid. nu.3.
Ferri parua quantitas ſi ad hoſtes Chriſtiani nominis deferatur, an deferens in excommunicationem incidat, nu.5. 213
Filum ferri ad Chriſtiani nominis hoſtes deferri non poteſt, & quamobrem, numero 1. 214
Fluminis impetu delata, vt linum, ligna, & id generis, an, qui ea capit, ſua faciat, reſtituereuè teneatur, nu.5. 148
Forma neceſſaria abſolutionis ab excommunicatione adhibenda eſt, alioquin ſolutio non valet, nu.3. 473
Forma non neceſſaria ad abſoluendum quænam ſit, & quando adhibeuda, numero 4. ead.
Frangendi carcerem gratia inſtrumenta præbens hæretico, hæreticorum fautor dicitur, nu.13. 80
Fructus Eccleſiaſtici quinam ſint, nu.1. 404
Fructus quid, & quotuplex ſint, nu.2. 402
Fugere potens, ne à clerico interficiatur, an ſi tueatur, & non fugerit in excommunicationem incidat, nu.6. 287
Fugiat vt hæreticus admonens an in excommunicationẽ incidat, vid. in verb. Admonens.
Funes deferri ad Chriſtiani nominis hoſtes nequeunt ex quacumque materia, nume.1. 220
Furantes aliquid romipetis an in excommunicationem incidant, nu.5. 275
Fures ſpoliãtes eos, qui ad Romanam Curiam confugiunt pro ſuis cauſis in excommunicationem non incidunt, ſicut nec ij, qui auferunt ipſis aliquid pro eo, quod ipſis debetur, nu.2. 342
Furantes aliquid ijs, qui ad Curiam Romanam res deferunt an in excommunicationem incidant. 240
Furantes fructus Eccleſiæ in excommunicationem incidunt, nu.2. 407
Fures, & latrones rapientes bona Eccleſiaſtica in excommunicationem non incidunt, nu.6. 421

G

Gabella Datia, & Duana quæ nomina, et quid ſignificent, nu.5. 152
Gabellas iniuſtas imponens in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini non

ui non incidit,modo aliàs imponendi facultatem habeat, nu.1. 159
Genus quid ſit,nu.13. 414
Gladiolos deferens ad hoſtes Chriſtiani nominis an in excommunicationem incidat,numero 10. 210
Guidagium quid ſit,nu.2. 151

H

Habitum clericus dimittens ſine cauſa an in excommunicationem incidat,vid.in verb.Clericus habitum.
Hæreſis græca vox eſt,& vnde dicta,nu.1. 34
Hæreſis nomen vi ſua vitium non ſignificat,ſed eccleſiæ conſuetudine, numero 2. ead.
Hæreſis omnium peſſimam electionem ſignificat,nu.3. 35
Hæreſis catholica fides,ac religio dici non poteſt,& quamobrem, nu.4. ead.
Hæreſis in eos cadit,qui baptiſmum ſuſceperunt,nu.2. 36
Hæreſis eſt contra ea,quæ ſunt fidei,nu.6. 37
Hæreſes plures habens an in plures excommunicationis incidat, nu.11. 54
Hæreſim nouam inueniens in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini incidit,nu.9.53.& nu.10. 54
Hæreticus per multos annos an noua excommunicatione obligetur ſingulis annis,ex quo ſingulis annis Bulla hęc promulgatur,nu.3. 12
Hæreticus quiſnam ſit,nu.1. 36
Hæreticus quis eſt ex electione,nu.4. 37
Hæreticus ſit is an apoſtata,qui in omnibus fidei repugnat,nu.7. 38
Hæreticus eſt is,qui pertinaciter contra fidem aliquid ſentit,nu.9. ead.
Hæretici in excommunicationem huius Bullæ Cœnæ domini incidunt,quæ regula,quouſque pateat,declaratur,nu.1. 51
Hæretici quinam ſint,qui in excommunicationem non incidunt, nu.12. 55
Hæreticus non eſt,nec in excommunicationem incidit,qui non credit id,quod ab aliquo Epiſcopo damnatū eſt,& non ab Eccleſia vniuerſali,nu.14. ead.
Hæretici per Apoſtolicam Sedē expreſsè,nominatimvè declarati quinam ſint, numero 6. 206
Hæreticis regno priuatis,ſed adhuc in poſſeſſionem exiſtētibus,an licitè opem feramus ad regnum tuendum,nu.10. 74
Hæreticus mentalis an in excōicationē incidat,vid.in verb. Animo hæreſim.
Hæreticum inſtruens,vt veritatem celet, falſumvè dicat,fautor hæreticorum dicitur,nu.11. 80
Hæreticus antequam abſoluatur abiurare hæreſim prius debet, nu.4. 474
Hæreticus mentalis,qui ab hæreſi diſceſſit,non incidit in excommunicationē hæreſim patefaciēs,quò ſciat qd facere debeat,vel in cōfeſſione,nu.4. 475
Homines deferri,ac duci nequeunt ad Chriſtiani nominis hoſtes,quò eorum ope contra Chriſtianos vtantur,nu.1. 220
Honorans hæreticum quando hæreticorum fautor dicatur,nu.15. 81

Hoſtes

Hoſtes Chriſtiani nominis præter Turcas, & Saracenos ſunt alij Mahometicę perfidiæ ſectatores, Iudæi, Pagani, Apoſtatæ fidei, nu.4. pag. 203
Hoſtes Chriſtiani nominis quinam ſint propriè, nu.5. 205
Hoſtil. ex loco ad alium locum hoſtilem quando arma deferens in excommunicationem incidat, nu.16.186.& nu.11.ibi. Nono euaditur. 198
Hoſtiliter inſequi quid ſit, nu.2. 300
Hoſtiliter inſequentes Cardinalem in excommunicationem incidunt, nu.1. 301
Hoſtibus, exulibusvè res adeptæ, atq; ab ipſis recuperatæ cuius ſint, nu.6. 149
Hugonotti hæretici quinam ſint, nu.7. 52
Huſſitæ hæretici quinam ſint, nu.2. 51

I

Ignorantia probabilis huius Bullæ, an excuſet ipſam offendentem, nu.2. 27
Ignorans quem hæreticum eſſe in excommunicationem non incidit eum recipiens, nu.4. 70
Immediatè, mediatevè loca ſubiecta quænam ſint, nu.7. 436
Impedire quid ſignificat, & in quam partem hic accipiatur, nu.1. 232
Impedire quot modis quis dicatur, ne victualia ad Romanam Curiam deferantur, num.2.
Impediens deferentes victualia, & alia ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria ad ipſam curiam in excommunicationem incidit, quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur, nu.1. 237
Impedientes deferentes victualia, & alia ad Romanam Curiam neceſſaria ne deferantur, quando in excommunicationem non incidant, nu.1. 240
Impedientes, ne ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria deferantur, an in alias pœnas ab excommunicatione incidant, nu.2. 243
Impedientes, ne executioni mandentur decreta à iudicibus Romanæ Curiæ in excommunicationem incidunt, quæ excommunicatio declaratur, quouſque pateat, nu.1. 353
Impedientes, ne decreta iudicum Romanæ Curiæ executioni mandentur, quando in excommunicationem non incidant, nu.3. 355
Impedientes, ne quis gratias, vel litteras à Sede Apoſtolica impetret, in excommunicationē incidunt, quæ excōicatio, quouſq; pateat, declaratur, nu.2. 359
Impedientes, ne quis impetratis gratijs, litterisvè à Sede Apoſtolica vtatur, in excommunicationem incidunt, nu.3. 359
Impedientes, ne ſpirituales cauſæ coram iudicibus Romanæ Curiæ agantur, in excommunicationem incidunt, quę excommunicatio, quouſque pateat, declaratur, nu.1. 364
Impedire quid ſit, nu.1. 392
Impedire aliquid quot modis contingat, nu.2. ead.
Impediens iudices Eccleſiaſticos, quominus iuriſdictione vtantur in excommunicationem incidit, quæ excōicatio, quouſque pateat, declaratur, nu.1. 395
Impediens iudicem Eccleſiaſticum quominus ſua iuriſdictione vtatur, quando in ex-

in excommunicationem non incidat,nu.1. pag. 397
Imponentes collectas,taleas, praſtantias, & alia onera rerum perſonis Eccleſiaſticis in excommunicationem incidunt,quæ excommunicatio,quouſq; pateat,declaratur,nu.1. 411
Imponens onera Eccleſiaſticis perſonis quando in excommunicationem non incidat,nu.1. 414
Imponentes onera bonis perſonarum Eccleſiaſticarum, quæ aliunde habent, quàm ab eccleſiis in excommunicationem incidunt,nu.1. 416
Imponentes onera bonis perſonarum Eccleſiaſticarum, quæ aliunde habent, quàm ab eccleſiis quando in excommunicationem non incidant,nu.2. ead.
Imponens onera bonis Eccleſiarum in excommunicationem incidit, quę excommunicatio, quouſque pateat,declaratur,nu.1. 417
Imponens onera bonis Monaſteriorum,in excommunicationem incidit,quæ excommunicatio,quouſque pateat,declaratur,nu.1. 418
Imponentes onera bonis beneficiorum Eccleſiaſticorum à prædictis in excommunicationem incidunt,nu.3. 419
Imponentes onera fructibus, & redditibus Eccleſiarum in excommunicationē incidunt,nu.4. 420
Imponentes & per alios dicta onera Eccleſiaſticis perſonis in excommunicationem incidunt,nu.1. 425
Impeditus quominus Romanum Pont.adeat per hanc Bullam excommunicatus an ab alio abſolui poſſit,& quis abſoluat,nu.1. 462
Impedimentum legitimum quodnam ſit,quò ab alio,quàm à Romano Pont.extra mortis articulum abſolui poſſit ab excommunicatione,nu.2. 466
Imprimere libros quid ſit,nu.1. 96
Imprimentium nomine quinam comprehendantur,nu.2. 97
Imprimentes libros hæreticorum hæreſim continentes, in excommunicationem incidunt,quæ regula quouſque pateat,declaratur,nu.1. 98
Imprimentes libros hæreticorum hæreſim continentes, quando in excommunicationem non incidant,nu.3. 99
Indignatio Oīpotentis Dei,& beatorū Petri,et Pauli,quæ pœna ſit,nu.2. 504
Indignationem Omnipotentis Dei habent,qui hanc Bullam offendūt,nu.4. 505
Indiuiduum quid ſit,nu.5. 414
Infamans verbis, ſcriptove confugientes ad Romanam Curiam in excommunicationem incidit,nu.4. 341
Infideles,qui baptiſmum non ſuſceperunt hæretici propriè non ſunt,nu.3. 36
Infidelium in terris vbi quis eſt, an in excommunicationem an incidat,ſi ad alium locum infidelium arma deferat,vid.in verb.Hoſtili.
Inhibitio quid ſit,nu.2. 348
Innouantur decreta quinque per hanc Bullam,& quænam ſint,nu.1. 426
Inquiſitores hæreticorum in excommunicationē incidunt,ſi odio,amoreve contra hæreticos omittant inquirere,nu.18. 44

Inſequi

Inſequi aliquem duobus modis contingit,nu.1. pag.300

Inſequi hoſtiliter quibus modis quis dicatur,nu.3. 301

Inſequi volens Cardinalem, ſed pœnitentia ductus non inſequens in excommunicationem non incidit,nu.4. 302

Interficientes eos, qui ad Sedem Apoſtolicam veniunt, in excommunicationē incidunt,quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur,nu.1. 245

Interficiens iudæos aliosvè à Chriſtiana Religione remotos euntes ad Sedem Apoſtolicam in excommunicationem incidit,nu.2. 246

Interficiens clericum euntem ad Sedem Apoſtolicam in duas excommunicationes incidit,nu.3. ead.

Interficiens euntem ad Sedem Apoſtolicam quando in excommunicationem non incidat,num.4. 248

Interficiens recedentem à Sede Apoſtolica in excōmunicationem incidit, quæ excommunicatio quouſque pateat,declaratur,vbi, et quouſque priuilegiū hoc duret,& vagabundo quandiu proſit,explicatur,nu.1. 249

Interponentes ſe in cauſis,quæ aguntur coram Iudicibus Romanæ Curiæ tanquam Iudices in excommunicationem incidunt,nu.2. 364

Inuadere quid ſit, nu.3. 435

Inuadere quid ſignificat,nu.3. 233

Inuadentes almam Vrbem,locavè alia Romanæ Eccleſiæ in excommunicationem incidunt,quæ excommunicatio,quouſque pateat declaratur,nu.1. 473

Inuadens,occupans,& deſtruens loca Eccleſiæ Romanæ, an in vnam,pluresvè excommunicationes incidat,nu.4. 439

In virtute Sanctæ obedientiæ præceptū quid ſignificat,& operetur,n.1. 499

Inuitus ſoluere vectigal quis dicatur,nu.3. 163

Iudæi, ac Turcæ excommunicari non poſſunt,nu.2. 14

Iudæus in clericum violentas manus iniiciens in excommunicationem non incidit,nu.2. 15

Iudex laicus hæreticorum fautor dicitur,ſi requiſitus non curat, vt conſtitutiones contra hæreticos latæ ſeruentur,nu.3. 77

Iudex nolens exequi ſententiam contra hæreticum,hæreticorum fautor dicitur,nu.5. ead.

Iudex ſecularis nolens commodare ſuos milites ad hæreticos capiendos hæreticorum fautor dicitur,nu.5. 78

Iudex quiſnam ſit,nu.2. 346

Iudices, & domini terrarum,qui non prohibent,ne à perſonis eccle. vectigalia,& alia onera exigantur,excommunicati ſunt,nu.3. 425

Iudices laici trahentes ad ſuum tribunal perſonas eccleſiaſticas in excommunicationem incidunt,nu.1. 371

Iudices laici moleſtia afficientes colonos eccleſiarum ob res eccleſiæ in excommunicationem incidunt, nu.2. 373

Iudices laici trahentes ad ſuum tribunal perſonam eccleſiaſticam in excom-

municationem non incidunt in his caſibus, vbi.
De licentia Romani Pontif. id faciunt.
Clericum eſſe ignorant.
In caſibus à Iure canonico permiſſis.
Clericus ſuccedit in cauſam iam ceptam coram Iudice laico.
Feudum habet à laico.
Ob delictum, quod ante ordinis ſuſceptionem commiſsit.
Ob reconuentionem.
Vbi priuatus eſt priuilegijs huiuſmodi, nu. 3. cum octo ſeq. 373. 374. & 375
Iudices ſeculares decernentes aliquid contra Iudices eccleſiaſticos in excommunicatiõe incidunt, quę excõicatio quouſq; pateat, declaratur, n. 1. 400
Iudex laicus interponens ſe in cauſis capitalibus cõtra eccleſiaſticas perſonas in excommunicationem incidit, quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur, num. 1. 429
Iudex laicus interponens ſe in cauſis contra perſonas eccleſiaſticas, quando in excommunicationem non incidat, nu. 1. 431
Iudex eccleſiaſticus quinam ſit, cuius mandatis abſoluendus à cenſuris parere debet, nu. 3. 471
Iuriſdictio Eccleſiaſtica quæcunque quando à Chriſto Domino Eccleſiæ tributa ſit, nu. 3. 394
Iuriſdictio eccleſiaſtica in quibus verſetur. ibid.
Iuriſdictio Eccleſiaſtica quid ſit, nu. 3. 394
Iuriſdictio quid ſit, nu. 1. 402
Iuriſdictio ſuprema quænam ſit, nu. 1. 440

L

Laicus an abſoluere poſſit à cenſuris, & ab excommunicatione in mortis articulo conſtitutum, nu. 1. 459
Lamiæ hæreticæ ſunt, ſi dæmonem colant, nu. 6. 48
Lamiæ apoſtatæ ſunt, nu. 5. 58
Lapides deferens ad Chriſtiani nominis hoſtes, quò turrim contra Chriſtianos fabricent in excommunicationem incidit, nu. 9. 211
Lateranenſis Eccleſia omnium eccleſiarum totius orbis Princeps eſt.
Eius clerici alijs præcedunt.
A Conſtantino Imperatore Saluatori fuit dicata.
Cur ſic nominata, nu. 1. 497
Laudans hæreticum fautor hæreticorum dicitur, nu. 10. 79
Legati Apoſtolicæ Sedis triplicis generis ſunt, & qui, nu. 9. 279
Legatos eijcientes è ſuis prouincijs in excommunicationẽ incidunt, nu. 2. 329
Legati è latere an abſoluere poſsint ab excõicatione Bullæ huius, num. 3. 333
Legens litteras hæreticorum hæreſim continentes an in excommunicationem incidat, nu. 2. 88
Legens libros hæreticorum hæreſim continentes in excommunicationem incidit, quæ

Digitized by Google

dit,quæ regula,quouſque pateat,declaratur,nu.1. pag.85
Legens ob curioſitatem libros hæreticorum hęreſim cōtinentes in excommunicationem incidit,nu.3. 89
Legens libros hæreticorum,quando in excōicationem non incidat,nu.1. ead.
Legens librum catholicorum hæreſim continentem in excommunicationem non incidit,nu.2. 91
Legens libros gentilium hęreſim continentes in excommunicationem non incidit,nu.3. ead.
Legens libros hæreticorum, de religione tractantes in excommunicationem incidit,quæ excommunicatio,quouſque pateat,declaratur,nu.2. 103
Legere quot modis quis dicatur,quò in excommunicationem quis incidat, nu.1. ibi.Decimò. 88
Lex Chriſtiana diuinitus data eſt,nu.5. 35
Liber hæretici repertus apud aliquem facit vt hæreticus exiſtimetur,nu.2. 93
Librarij retinentes libros hæreticorum hæreſim continentes in excommunicationem incidunt,nu.3. 93
Libros hæreticorum habens hæreſim continentes, debet Inquiſitori tradere cōburendos,nu.4. 94
Libros habens hæreticorum hęreſim continentes quando in excommunicationē non incidat,nu.1. ead.
Libri hæreticorum quinam licitè retineri poſſint,nu.1. 105
Libri hæreticorum vt imprimantur vendens neceſſaria ad impreſſionem ſciēs fautor hæreticorum dicitur,nu.2. 99
Libros hæreticorum hæreſim continentes retinens in excommunicationem incidit ob quamcunque cauſam ipſos retineat,nu.3.ibi.Quartò. 94
Librum hæretici hęreſim continentem non impreſſum legens in excommunicationem incidit,nu.1.ibi.Quarto. 85
Librum hæretici hæreſim continentem legens in ea parte, in qua non eſt hæreſis,an in excommunicationem incidat,nu.1.ibi.Septimò. 86
Librum hæretici hæreſim continentem ſiquis legat etiam quoad partem minimam in excommunicationem incidit,ſub nu.1. 87
Librum hęretici hereſim continentem legere incipiens in excommunicationem incidit,eſto deſinat,nu.1. 87
Librum hæretici hęreſim continentem tradens alicui,vt eum legat,vel ſuadēs vt legat,vel dicta hæreticorum memoriter recitans, vt fautor hæreticorum in excommunicationem incidit,nu.4. 92
Librum hæretici defendens,vid.in verb. Defendens libros hæreticorum.
Liberans hęreticum è manu iudicis , aut falſis teſtibus, rationibusvè fautor hæreticorum dicitur,nu.9. 89
Idem ſi precibus. ead.
Idem ſi pecunia,nu.14. 81
Idem ſi corrumpat iudicem. ead.

Libertas Eccleſiaſtica quid ſit, nu. 6. pag. 377
Libertas Eccleſiaſtica à quo ſit conceſſa, nu. 1. 378
Libertas Eccleſiaſtica quando violetur, & quando contra libertatem Eccleſiaſticam quid fiat, nu. 1. 380
Licentia imponendi onera Eccleſiaſticis perſonis, quando conceſſa intelligatur, num. 2. 414
Ligna deferens ad hoſtes, quò vallum conſtruant in excommunicationem incidunt, nu. 6. 210
Lignamina deferri ad Chriſtiani nominis hoſtes nequeunt, & quæ ſint hæc liguamina, nu. 1. 217
Ligna ad ignem faciendum, an deferri ad hoſtes poſſint, nu. 3. 219
Linum, lanaq; ad Chriſtiani nominis hoſtes deferri nequeunt, nu. 2. 220
Litteræ Apoſtolicæ quænam ſint, nu. 1. 166
Litteras Apoſtolicas falſare quid ſit, et quot modis cõtingat falſare, nu. 2. ead.
Litteras Apoſtolicas mutans quando in excommunicationem non incidat, numero 1. 169
Litteram, vel punctum corrigens in litteris Apoſtolicis, an in excommunicationem incidat, nu. 2. ead.
Litteras Apoſtolicas falſandas conſulens, mandanſvè, in excommunicationem hanc non incidit, nu. 3. 170
Litteras Apoſtolicas delens, aut ſcindens, an in excommunicationem incidat, num. 4. 171
Litteras priuatas Romani Pont. falſas in excõicationem non incidit, nu. 5. ea.
Litteras alterius à Romano Pont. falſans in excommunicationem non incidit, num. 6. ead.
Litteris Apoſtolicis falſis vtens in excommunicationem non incidit, nu. 7. 172
Litteras Apoſtolicas falsò fabricare quid ſit, nu. 1. 175
Litteras Apoſtolicas falsò fabricare quot modis contingat, nu. 2. ead.
Litteras Apoſtolicas falsò fabricans in excommunicationem incidit, quæ excommunicatio declaratur, quouſque pateat, nu. 3. 176
Litteras mittens ad hoſtes Chriſtianæ Reipublicæ, an in excommunicationem incidat, ſi ad eos non peruenerint, nu. 2. 226
Litteræ ne deferantur ad Curiam impediens, an in excommunicationem incidat, ſub nu. 1. 241
Litteras obſignare, vid. in verb. Obſignare litteras.
Loca, quæ habet Romana Eccleſia quo iure habeat, nu. 1. 434
Loquens de rebus ad Rempublicam Chriſtianam pertinentibus cum eo, quem veriſimile eſt ad hoſtes Chriſtiani nominis delaturum, in excommunicationem incidit, nu. 1. ibi. Secundò. 225

M

Maior excommunicatio quid operatur, nu. 4. 31
Mandans alicui, vt Cardinalem interficiat, vel mutilet, vel vulneret, vel

vel percutiat, vel capiat, in carcerem vè conijciat, vel vt hoſtiliter inſequatur, in excommunicationem incidit, nu. 1. pag. 304
Mandans offendi Cardinalem, an in excommunicationẽ ſtatim incidat, an poſt mandati executionem, nu. 1. 306
Mandans Cardinalem offendi, ſi mandati eum pœniteat, an in excommunicationem incidat, ſi nihilominus mandatarius mandatum exequatur, nu. 2. ea.
Mandans offendi Cardinalem, ſi interim moriatur, an in excommunicationem incidat, ſi poſt eius mortem mandatarius rem exequatur, nu. 3. 308
Mandatarius exequens mandatum ipſi factum de offendendo Cardinalem, an in excommunicationem incidat, nu. 4. 309
Mandatarius mandatum de offendendo Cardinalem per ſe non exequens, ſed per alium, an in excommunicationem incidat, nu. 5. ead.
Mandans alicui, vt Cardinalem verberet, mutilet vè, an in excommunicationẽ incidat, ſi mandatarius Cardinalem interfecit, nu. 6. 310
Mandãs, vt Cardinalem aliquem offendat, an in excommunicationem incidat, ſi alium offendat, nu. 7. ead.
Mandantes electionem Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, ſed s ſue Apoſtolicæ Legatorum, vel Nuntiorum, vel factam ratam habentes, vel ad ipſam auxilium, fauorem vè præſtantes, in excommunicationem incidunt, nu. 3. 330
Mandans Cardinalem occidi in excommunicationem non incidit, vbi mandatum reuocauit, nu. 2. 306
Idem ſi ratione alia mandatarius id nouit, ead. ibi. Quintò. Incidit tamen, vbi mandans certiorem non fecit mandatarium, ſi id potuit, quando mandatarius mutatam voluntatem non nouit, ead. ibi. Secundò loco.
Mandata Eccleſiæ, quæ abſoluendo à cenſuris dari debẽt, quænã ſint, nu. 4. 472
Mandatum quid ſit, nu. 1. 303
Mandatum à iuſſu differt, & à præcepto, nu. 2. ibid.
Materia capitis xv. Bullæ Cenæ Domini iure antiquo quoq; acta eſt, nu. 2. 391
Medicinã ægroto hæretico, an facere poſſumus, vid in verb. Aegroto hæretico.
Membri partem abſcindens, an mutilare hic dicatur, & in excommunicationẽ incidat, ſi eunti ad Sedem Apoſtolicam abſcindat membri partẽ, nu. 3. 252
Memoriter recitans dicta hæreticorum fautor eorum dicitur, vbi libenter id facit, num. 10. 79
Mentalis hęreticus, an in excõicationem incidat, vid. in verb. Animo hęreſim.
Metallorum genera nulla ad hoſtes deferri poſſunt, nu. 1. 215
Metallorum genera ſeptem ſunt, & quæ, nu. 2. ibid.
Metu negans fidem verbis, animo tamẽ eã retinens, an hæreticus ſit, nu. 13. 41
Metu negans fidem mortiferè peccat, nu. 14. 42
Metu recipiens hæreticum in excommunicationem non incidit, nu. 3. 69
Minor excommunicatio quid operetur, nu. 3. 31
Mittentes arma, & alia prohibita ad Chriſtiani nominis hoſtes in excommunicationem

cationem incidunt,num. 3. pag. 180
Monaſteriorum nomine quæ comprehendantur,nu.6. 403
Monitorium quid ſit,nu.4. 349
Morari in Curia quinam dicantur quoad rem hanc,nu.1. 261
Mutilare quid ſit,nu.1. 251
Mutilantes eos,qui ad Apoſtolicam Sedem eunt in excommunicationem incidunt,quæ excommunicatio,quouſque pateat,declaratur,nu.2. ibid.
Mutilantes romipetas in excommunicationem incidunt,nu.1. 272
Mutilantes,vulnerantes, percutientes Cardinalem in excommunicationem incidunt,nu.1. 299

N

Naues, triremes, & huiuſmodi ad Chriſtiani nominis hoſtes deferri nequeunt,num.2. 218
Naufragium quid ſit,& vnde dictum,nu.1. 137
Naufragium paſſi bona capiens quando in excõicationẽ nõ incidat,nu.1. 141
Naufragio ſi quid periÿſſet, niſi quis illud liberaſſet, an liberans ipſum retinere poſſit,eſto dominus pro derelicto non habuerit,nu.3. 147
Nauis in tempeſtate derelicta in mari præterquam ab vno,an eius fiat,ſi ſalua in portum venerit,nu.4. 148
Neceſſitatis cauſa hæreticum recipiens in excommunicationem non incidit, ſiue ſit neceſſitas animæ,ſiue corporis,ſiue famæ,ſiue rei,nu.5. 71
Neceſſitate aliqua ſi hæreticus prematur opem ferre ei poſſumus, nu.7. 72
Negocium quid ſit,nu.5. 335
Negociorum geſtor quinam ſit,nu.1. 344
Nobis,& Romanæ Eccleſiæ,ideſt verba hæc quid ſignificent,nu.2. 400
Noua pedagia,nouæque gabellæ quænam ſint,nu.6. 152
Noua vectigalia imponere poteſt Imperator,Papa,Reges,Concilium generale, Habens facultatem à dictis;Non recognoſcens ſuperiorem:Qui hoc præſcripſit tanto tempore,cuius memoria non extat,nu.1. ead.
Noua pedagia, ſeu gabellas imponens in excommunicationem incidit, quæ excommunicatio declaratur,quouſque pateat,nu.1. 156
Noua vectigalia imponentes,qui in excommunicationẽ nõ incidant,nu.1. 158
Numi aurei,argentei, alterius vè materiæ,an ad Chriſtiani nominis hoſtes deferri poſſint, nu.6. 215
Nunciata Chriſtiani nominis hoſtibus quænam ſint in perniciem Chriſtianorum,num.1. 223
Nunciata Chriſtiani nominis hoſtibus quænam ſint in perniciem Chriſtianæ religionis,num.2. ibid.
Nunciantes Turcis,& Chriſtianæ religionis hoſtibus ea, quæ in perniciẽ Chriſtianæ Reipublicæ vertuntur in excommunicationem incidunt, quæ regula quouſque pateat,declaratur,nu.1. 224
Nunciantes aliqua Chriſtiani nominis hoſtibus quando in excommunicationem

nem non incidunt,nu.2. pag.226
Nunciantes aliquid in damnum Catholicæ religionis in excommunicationem incidunt,quæ excommunicatio quouſque pateat declaratur, nu.3. 227
Nuntiãs hoſtibus Chriſtianæ religionis,quæ ipſi hoſtes ſciunt an in excõmunicationem incidat,nu.2.ibi. At quid de ijs. 227

O

OBedire nolẽs Romano Pontifici ob aliquod intereſſe non eſt ſchiſmaticus numero 4. 113
Obſeruantiæ quæcunque non proſunt quominus offendentes hanc Bullam in eius pœnas incidant,nu.4. 495
Obſignare literas quid ſit,nu.1. 177
Obſignare falsò ſupplicationes duobus modis contingit,nu.2.
Obſignantes falsò ſupplicationes ſub nomine Romani Pont.aut gerentis vicem eius,in excõmunicationem incidunt,quæ excommunicatio quouſque pateat, declaratur,nu.3.
Obſidens Cardinalem,vt eum capiat,vel vt interficiat,inſultumvè faciens ad ædes Cardinalis in excõicationem incidit,eſto nihil damni dederit,n.3.302
Obſidens Cardinalem,quò illum infamet,an in excõicationem incidat,n.5. 303
Occidentes eum,qui ad Rom.Curiam pro ſuis cauſis, & negotijs vadit in excommunicationem incidunt,quæ excommunicatio, quouſque pateat declaratur,nu.1. 336
Occidentes Iudæos,& alios infideles pro ſuis cauſis,& negotijs ad Rom.Curiam euntes,in excommunicationem incidunt,nu.2. 337
Occidentes ad Rom.Curiam euntes pro ſuis negotijs quando in excommunicationem non incidunt,nu.3. 338
Occultans hæreticum ob hæreſim hæreticorum fautor dicitur,nu.17. 82
Occupantes loca Romanæ Eccleſiæ in excommunicationẽ incidunt, nu.3.439
Occupare quid ſignificet,nu.5. 436
Offendens hanc Bullam an pluribus excommunicationibus obligetur, ex quo ſępius promulgatur,nu.2. 12
Offendens Bullam hanc in pluribus capitibus in tot excommunicationes incidit,quot capita ipſius offendit,nu.4. 13
Offendentes Romipetas dum in Vrbe morantur in excommunicationem incidunt,num.1. 275
Offendentes ab Vrbe peregrinos recedentes in excommunicationem incidunt, quæ excommunicatio,quouſque pateat, declaratur.nu.1. 276
Offendens vno ex modis contentis in Bulla aut Patriarchas, aut Archiepiſcopos, aut Epiſcopos in excommunicationem incidit; quæ excommunicatio,quouſque pateat,declaratur,nu.1. 326
Offendens electum in Epiſcopum an in excommunicationẽ incidat,nu.3. ead.
Offendentes Apoſtolicæ Sedis Legatos, & nuncios in excommunicationem incidunt,num.1. 327

Offendens

Offendens Bullam hanc quoad cap.11. an in excommunicationes plures incidat,num.2. 335

Offendentes eos,qui ad Romanam Curiam pro ſuis negotijs confugerunt,dum in curia ea proſequuntur,aut procurant,ac demum, vbi à Curia diſcedũt, in excommunicationem incidunt,nu.1. 342

Offendentes negotiorum geſtores,aduocatos, procuratores,actores eorum,qui pro ſuis cauſis ad Curiam confugerunt earum cauſarum gratia in excommunicationẽ incidunt, quæ excõicatio,quouſq; pateat,declaratur,n.1. 344

Offendentes auditores,iudicesvè eorum,qui pro ſuis cauſis ad Curiam confugerunt earum cauſarum gratia,in excommunicationem incidunt, quæ excommunicatio quouſque pateat,declaratur,nu.3. 346

*Onera triplicis generis ſunt perſonarũ, rerum,& mixta,et quæ ſint,n.2.*410

Onera imponens perſonis eccleſiaſticis, an in excommunicationem incidat, vid.in verb.Imponens onera.

Oppugnandi Chriſtianos ab eiſdem,quæ ſe defendendi gratia nihil ad Chriſtiani nominis hoſtes deferri poteſt,nu.3. 221

Ordinationes quid ſint,nu.2. 377

Ordines mendicantium quinam ſint,nu.2. 418

P

PAleas,& ligna deferens ad hoſtes,quo illis Chriſtianorum vrbes incendant, in excommunicationem incidit,nu.8. 211

Papa immediatus Chriſti domini Vicarius,nu.3. 116

Papa Eccleſiæ caput eſt conſtitutus,nu.4. ead.

Papa à nemine iudicari poteſt, nu.5. ead.

Papa errans admoneri poteſt,nu.5. 120

Papæ an reſiſti poſſit, ſi iniquam ſententiam contra aliquem ferat in executione,numero 6. 121

Papæ plures, vbi ſunt, cui adhærendum,nu.3. 112

Patriarchæ ſunt Epiſcopi,qui pluribus prouincijs præſunt,nu.2. 279

Patriarchę dicuntur primates,nu.3.

Patriarchæ vnde dicti, nu.4.

Patriarchæ qui primi, ibid.nu.5.

Patrimonium,quod pro titulo alicui clerico eſt aſſignatum priuilegia bonorum Eccleſiæ habet,nu.1. 406

Peccator ſimplex ſchiſmaticus non eſt,nu.7. 110

Peccati materia, vbi agitur Romanus Pontif. in quoſcunque iuriſdictionem habet,nu.2. 17

Pecuniam an dare teneatur ei,qui vult Cardinalem interficere,niſi pecuniam ei tribuat, nu.5. 322

Pedogia noua imponens,vid.in verb.Noua pedagia.

Pedagium,& vectigal exigens,vel ſponte accipiens publicanus ab Eccleſiaſticis perſonis in excommunicationem Bullæ Cęnæ Domini non incidit,vbi

Eccleſiaſticis

Digitized by Google

Eccleſiaſticis perſonis impoſitum non eſt per ſtatutum, decretumvè aliud, num.9. pag.421
Percutere quid ſit,nu.1. 340
Percutere quot modis contingat,nu.2. ead.
Percutiens recurrentes ad Romanam Curiam pro ſuis cauſis,& negotijs in excommunicationem incidit,quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur,num.3. ead.
Peregrini quinam dicantur,nu.2. 264
Peregrinos ad Vrbem deuotionis cauſa accedentes qui interficiunt, in excommunicationem incidunt, quæ excommunicatio, quouſque pateat,declaratur, num.1. 268
Peregrinos deuotionis cauſa ad Vrbem accedentes qui interficiunt quando in excommunicationem non incidant,nu.1. 270
Perſcriptio longiſſima multa operatur,nu.3. 495
Perſonæ Eccleſiaſticæ quænam ſint,nu.1. 370
Perſonis quæ onera imponantur,nu.2. 420
Item quæ bonis,nu.3. ead.
Item,quæ fructibus,nu.4. ead.
Pertinax quot modis quis dicatur,quò hæreticus ſit,nu.10. 39
Perturbare quid ſignificet,nu.4. 440
Piratæ quinam ſint,& vnde dicti,nu.1. 126
Piratæ,ſeu Curſarij, & Latrunculi maritimi diſcurrentes mare Eccleſiæ in excommunicationem incidunt, quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur,nu.1. 128
Piratæ, qui per multos annos piraticam exercuerunt, an in excommunicationes plures inciderint,nu.2. ead.
Plumbum ad Chriſtiani nominis hoſtes deferri non poteſt,nu.3. 215
Plura delicta committens, pro quibus ſingulis excommunicatio fertur, an in plures excommunicationes incidat,vid.in verb. Capiens, detinens, ſpolians.
Plures clericos percutiens, an in plures excommunicationes incidat, vid. in verb.Clericos plures.
Pœna ordinaria vbi inferri non poteſt arbitraria infertur,nu.3. 15
Poteſtas Eccleſiaſtica quamobrem pertineat ad gubernandum etiam naturalia,ac ſecularia,nu.2. 16
Poteſtas Eccleſiaſtica ad gubernandos fideles ſecundum Euangelicam legem in ſupernaturalibus à Chriſto Domino in primis eſt inſtituta,nu.2. 16
Poteſtas Eccleſiaſtica pertinet etiam ad gubernanda naturalia, & ſecularia quatenus ſupernaturalia ipſis opus habent, & ad ſupernaturalem finem pertinent,nu.2. 17
Precibus impediens iudicem Eccleſiaſticum, an in excommunicationem incidat,vid.in verb.Pretio mouens.
Præceptum à quo fiat,nu.3. 303

Præeminentiæ quid ſint,nu.4. pag.37
Prælatus veniens ad ſuam diœceſim, ſi non recipiatur,in excommunicationem incidit non recipiens ſecus tamen in legatis, & nuntijs, quamuis puniantur per Extrauag. Super gentes,& regna de conſuetud. Quare,& dici poteſt per hanc Bullam in excommunicationem non recipientes incidere,nu.4.ibi.Tertiò. 331
Præſcriptiones quæcunque non proſunt quominus offendentes hanc Bullam in eius pœnas incidunt,nu.3. 495
Pretio mouens Eccleſiaſticum iudicem ne ſua iuriſdictione vtatur in excommunicationem non incidit,ſub nu.1. 398
Principes, qui nolunt in ſuis regnis clericos beneficiorum, quæ ab Apoſtolica Sede habuerunt,poſſeſſionem recipere,in excõicationem incidunt,nu.2. 354
Priuilegia conceſſa per viam contractus non facilè tolluntur ſicut ea, quæ per gratiam,nu.2. 484
Priuilegia conceſſa ab Imperatore Eccleſiaſticis perſonis,an tolli poſſint ab ipſo ſine excommunicatione,nu.1. 387
Priuilegia à Deo qui Eccleſia habeat,nu.2 378
Priuilegia à Romano Pont.quæ Eccleſia habeat,nu.3. 379
Priuilegia ab Imperatore quæ Eccleſia habeat,nu.4. 380
Priuilegia quæcunque non poſſunt quominus offendentes hanc Bullam in eius pœnas incidant,nu.1. 484
Procurator quiſnam ſit, nu.3. 344
Procurator,an ſine licentia poſſit defendere hæreticum,vid.in verb. Aduocati.
Procurantes trahi ad ſuum tribunal perſonas Eccleſiaſticas in excommunicationem incidunt,nu.2. 376
Procurare cauſam quid ſit,nu.8. 335
Procurantes prædicta contra Eccleſiaſticas perſonas in excommunicationem incidunt,nu.4. 423
Pro ceſſare quid ſit,nu.2. 428
Pro derelicto quando quid habere dicatur,nu.2. 146
Prohibens, ne ea, quæ ad victum pertinent ad Romanam Curiam deferantur in excommunicationem incidit, quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur,nu.1. 242
Prohibere quomodo differat ab impedire,ſeu perturbare,nu.2. ibid.
Prohibere potẽs,ne Cardinalis offendatur,an in excõicationẽ incidat,n.3. 320
Prohibentes, ne quis ad Romanam Curiam accedat pro ſuis negotijs in excommunicationẽ incidunt,quæ excõicatio,quouſq; pateat,declaratur,nu.1. 357
Propoſitum autoris in hoc opere quodnam ſit. 1
Proſequi cauſam quid ſit,nu.7. 335
Publicare hanc Bullam Eccleſiæ Antiſtites, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & huiuſmodi ſolemniter in ſuis Eccleſiis debent, & quoties, & quinã excuſentur ab obligatione,nu.3. 499

Publica-

Digitized by Google

Publicationis ſolemnis huius Bullæ forma quænam ſit,nu.2. *pag. ead.*

R

Ratihabitio quid ſit,nu.1. 311
Ratihabitio duobus modis fit,nu.2. *ibid.*
Ratum habentes delictum commiſſum in Cardinalem in excommunicationem incidunt,quæ excommunicatio,quouſque pateat,declaratur,nu.3. *ibid.*
Ratum habens animo tantum delictum aliquod in Cardinalem commiſſum in excommunicationem non incidit,nu.4. 312
Ratum habens delictum haud nomine ſuo in Cardinalem commiſſum in excommunicationem non incidit,nu.5. 313
Ratum habens delictum in Cardinalem commiſſum,ubi prius illud improbauit, in excommunicationem non incidit,nu.6. *ead.*
Ratam percuſſionem clerici habens mortiferè peccat,nu.1. 21
Receptator hæreticorum quiſnam dicatur,nu.1. 63
Recipi hæreticus poteſt ob multas cauſas,nu.2. *ibid.*
Receptatores hæreticorum in excommunicationem Bullæ incidunt, quæ regula, quouſque pateat,declaratur,nu.1. 64
Receptator hæreticorum in excommunicationem Bullæ incidit, eſto ſemel tantùm recipiat,nu.2. 65
Receptator piratarum in excommunicationem incidit,quæ regula,quouſque pateat,declaratur,nu.1. 135
Receptatores hæreticorum,an hæretici ſint,nu.3. 84
Recipiens patrem,fratrem, amicumvè, vt hæreticum in excommunicationem incidit,nu. 3. 66
Recipiens hæreticum ob aliam cauſam quàm ob hęreſim in excommunicationem non incidit,nu.1. 68
Recipiens conſanguineum hæreticum, an exiſtimetur ob hæreſim, conſanguinitatemvè recepiſſe,nu.2. *ibid.*
Reccurere quid ſit,nu.6. 335
Reccurrẽtes,appellantesvè à decretis iudicis Romanæ Curiæ ad laicos indices, & curias in excommunicationem incidunt, quæ excommunicatio, quouſque pateat,declaratur,nu.1. 350
Reccurrentes, appellantesvè à decretis iudicum Romanæ Curiæ, quando in excommunicationem non incidant,nu.2. 352
Reccurrentes à decretis iudicum Eccleſiaſticorum ad iudices ſeculares, in excommunicationem incidunt, quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur,nu.1. 399
Reccurrentes à iudicibus Eccleſiaſticis ad indices ſeculares,quando in excommunicationem non incidant,nu.2. *ead.*
Reditus,& prouentus quid ſignificent,nu.3. 403
Religio quot modis ſumatur,& in quam ſententiam hic accipiatur,nu.1. 103
Remigantes coacti in nauibus piratarum in excommunicationem Bullæ Cœnæ

Digitized by Google

Domini non incidunt,ſub nu.4. pag. 135
Idem ſi in nauibus Turcarum,nu. 16.81..& nu. 1.ibi. Item afficit. 229
Reſeruans ſibi Epiſcopus crimen hereſis,an intelligatur ſibi reſeruaſſe hereſim, quam quis animo tantùm incluſam habet,nu.20. 45
Reſeruans ſibi Epiſcopus peccatum aliquod,an intelligatur reſeruaſſe, quod & animo tantùm conceptum eſt,nu.21. ead.
Retinens libros hæreticorum hæreſim continentes in excommunicationem incidit,quæ regula quo uſque pateat,declaratur,nu.1. 93
Retinens,aut imprimens libros hæreticorum de religione tractantes, in excõica tionem incidit,quæ regula declaratur,quouſque pateat,nu.3. 104
Retinentes gratias,litteras vè impetratas à Sede Apoſtolica in excommunicationem incidunt,nu.4. 360
Retinere quid ſignificet,nu.5. 440
Romano Pont. pſente Bulla hæc pmulgatur ceremonijs qbuſdã adhibitis,n.1. 7
Romanus Pont. Reges Imperio priuare,coadiutoremq; illis dare põt,nu.3. 17
Romana Curia,qui locus ſit,nu.3. 335
Romipeta quis dicatur,nu.1. 263

S

SAluo condotto quomodo accipiatur, vid.in verb.Securitate.
Saraceni vnde dicti, & qui propriè Saraceni, & quando Chriſtianorum hoſtes eſſe cęperunt,nu.1. 201
Saraceni quinã ſint,ad quos arma,et alia prohibita deferri nequeũt,nu.2. 202
Satelites,i. sbirri,q hæreticos capere nolũt,an fautores hereticorũ ſint,n.8.79
Sbirri ideſt publica familia interponentes ſe cõtra clericos,vid.in verb. Exec.
Schiſma quid ſit,nu.1. 108
Schiſma græcum nomen eſt,nu.2. ead.
Schiſmatis ſpecies duæ ſunt,nu.4. 109
Schiſmaticus quid ſit,nu.5. ead.
Schiſmaticus non ſemper hæreticus eſt,nu.9. 110
Schiſmaticus,qui ſubtrahit ſe ab obedientia Romani Pont. quatenus caput eſt vniuerſalis Eccleſiæ,in excommunicationem incidit,quę regula declaratur, quouſque pateat,nu.1. 111
Schiſmaticus,qui non obedit Romano Pont. quinam ſit, qui in excommunicationem non incidit,nu.2. 112
Schiſmaticus,qui ſubtrahit ſe ab vnitate Eccleſiæ vniuerſalis,ne ſit eius membrum in excõicationẽ incidit,q̃ regula,quouſq; pateat,declaratur,nu.1.114
Sciens quem in mortem Cardinalis inſpiraſſe, an in excommunicationem incidat,ſi id non patefecerit,nu.6. 323
Scribentes proceſſum, & ſententias in cauſis criminalibus contra Eccleſiaſticas perſonas in excommunicationem incidunt,nu.1. 432
Secularis perſona quænam ſit,nu.2. 335
Securitate data de veniendo ad aliquem locum, & data intelligatur ad morandum,

dum, & recedendum, ſub num. 4. pag. 249
Sedes Apoſtolica quid ſit, nu. 1. 244
Sedem Apoſtolicam adire, ab eave recedere quiſnam dicatur, ibid. nu. 2.
Sepeliens hæreticum fauere dicitur hæretico. nu. 18. 82
Sequeſter, & ſequeſtrum quid ſint, nu. 3. 349
Sequeſtrantes ſine licentia legitima fructus eccleſiaſticos in excommunicationem incidunt quæ excommunicatio quouſque pateat, declaratur, nu. 1. 408
Species quid ſit, nu. 1. 414
Spirituales cauſæ quænam ſint, nu. 1. 361
Spirituales cauſæ annexæ quænam ſint, nu. 2. 362
Spoliare propriè quid ſit, nu. 1. 254
Spoliare quot modis contingat, nu. 2. ead.
Spolians hic quando in excommunicationem incidat, nu. 3. ead.
Spolians euntem ad Apoſtlicam Sedem in excommunicationem incidit, quæ excommunicatio quouſque pateat declaratur, nu. 4. 255
Spolians vxore ſua maritum euntem ad Apoſtolicam Sedem an in excommunicationem incidat, nu. 5. ead.
Spolians euntem ad Apoſtolicam Sedem an in excommunicationem incidat, ſi ijs rebus eum ſpoliet, quas ei accommodauit, num. 6. 256
Spolians euntem ad Apoſtolicam Sedem quando in excommunicationem non incidat, num. 7. 257
Spolians romipetam, quē alius interfecit, an in excõicationem incidat, n. 4. 275
Spoliãtes eos, qui per mare eũt quãdo in excõicationē non incidant, n. 1. 130
Spoliantes bonis confugientes ad Romanam Curiam pro ſuis negotijs, & cauſis in excommunicationem incidunt, ſi earum cauſarum, & negotiorũ cauſa id faciant, quæ excommunicatio declaratur, nu. 1. 341
Stamnum ad Chriſtiani nominis hoſtes deferri non põt, & quamobrē, n. 1. 214
Statutum faciens, quo inquiſitores hæreſis officium impeditur hæreticorum fautor dicitur, nu. 4. 77
Statutum non valet prohibens in funeribus, vt ſolùm tot miſſæ, & non plures celebrentur, num. 2. 389
Statutum diminuens libertatem eccleſiaſticam non valet, & ſtatuentes in excommunicationem incidunt, nu. 1. 384
Statutum quid ſit, nu. 1. 377
Statutum contra libertatem eccleſiaſticam facientes in excommunicationē incidunt, quæ excommunicatio quouſque pateat, declaratur, nu. 1. 382
Statutum faciens contra libertatem eccleſiaſticam quando in excommunicationem non incidat, nu. 1. 385
Statutum faciens, vt in funeribus, in primis miſſis tot ſumptus fiant, & tot religiones vocentur, & cruces adſint, an in excõicationem incidat, n. 2. 389
Statutis contra libertatem factis vtentes in excõicationem incidunt, n. 1. 389
Statutum facientes, vnde præiudicatur Romano Pont. & iuribus Apoſtolicæ Sedis,

Digitized by Google

Sedis,necnon iuribus quarumcunque Eccleſiarum, in excommunicationem incidunt,nu.1. 390
Subripientes bona eorum,qui naufragium paſſi ſunt, in excommunicationem incidunt,quæ regula,quouſque pateat,declaratur,nu.1. 138
Superſtitio quid ſit,nu.1. 46
Superſtitio duplex eſt,nu.2. ead.
Superſtitiones manifeſtam hæreſim quænam ſapiant,nu.5. 47
Superſtitioſi in excommmunicationem incidunt,nu.10. 53
Supplicare licet Pontifici,nu.2. 120
Supplicari ei poteſt,a quo appellari non licet,nu.3. ead.
Supplicans pro hæretico hæreticorum fautor dicitur,nu.7. 78
Supplicationes quid ſint,nu.1. 173
Supplicationes gratiam,aut iuſtitiam continentes quænam ſint,nu.2. ead.
Suſpecti de hæreſi an in excommunicationem incidant,nu.13. 55

T

Taciturnitas an operetur,vid.in verb.Tolerantia.
Telum torquens in Cardinalem,lapidem vè conijciens in excommunicationem incidit,eſto eum non attigerit,nu.2. 302
Tempus,quo Bulla hæc promulgari cępta eſt,non omnino ſcitur, nu.1. 8
*Terra in quã ſñiam accipiatur,in c.11.verſ.Aut eos à ſuis diœceſib.n.3.*328
Terram deferentes ad hoſtes, quò illa vallum faciant contra Chriſtianos in excommunicationem incidunt,nu.7. 211
*Terra,vnde ferrũ fit,an prohibita ſit deferri ad hoſtes Chriſtiani noĩs,n.4.*212
Terris infidelium,id eſt in terris eorum vbi quis eſt, ſi de vno loco ad aliũ eorum arma deferat,an in excommunicationem incidat vid. in verb. Hoſtili.
Territorium quid ſit,nu.2. 328
*Tolerantia nõ operat̃ quoad ea,quæ in Bulla Cęnæ Domini habẽtur,n.1.*492
Tolerantia,& patientia Romani Pont.erga eos,qui contra contenta in hac Bulla venerint, necnõ abſolutio tributa,iuribus Apoſtolicæ Sedis,ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ nullum præiudicium faciunt,nu.1. 492
Tormentis captus ab hoſtibus ſi cogatur ſecreta Chriſtianorum patefacere an in excommunicationem incidat,nu.1.ibi.Tertiò 225
Tradentes arma hoſtibus Chriſtiani nominis vbicunque ſint, in excommunicationem incidunt,nu.8. 183
*Tradens arma turcis, qui ſunt apud Xp̃ianos in excõicationẽ incidit,n.9.*ead.
Trahi faciẽtes perſonas Eccleſiaſticas ad ſuum tribunal in excommunicationem incidunt,nu.1. 375
Transfugæ,qui cũ armis,alijs vè prohibitis ad Chriſtiani nominis hoſtes confugiunt,in excommunicationem incidunt,nu.2. 180
Trinitarij quinam hæretici ſint,nu.9. 52
Turcæ populi quinam ſint,& vnde dicti,nu.3. 202
*Teſtes falsũ deponẽtes ꝓ hęretico in cã hæreſis eorũ fautores dicuntur,n.6.*78

Timore

Timore honorans hæreticum, an hæreticorum fautor ſit, nu. 16. pag. 81

V

VAgabundum euntem ad Apoſtolicam Sedem quando offendens in excommunicationem incidat, nu. 1. 250
Vectigalia quid ſint, nu. 3. 151
Vectigalia accipiens à ſponte dante in excõmunicationẽ non incidit, nu. 1. 163
Vectigalia exigens quando in excommunicationem non incidat, nu. 4. ead.
Vectigalia augens, an in excommunicationem incidat, vid. in verb. Augentes.
Vectigalia noua imponens, vid. in verb. Noua vectigalia.
Vectigalia exigens à clericis ſponte dantibus, an in pœnam incidat, vid. in verb. Accipientes.
Vela nauium, & pannus, vnde fiunt vela, deferri nequeunt ad Chriſtiani nominis hoſtes, num. 2. 219
Vendens arma, cartas luſorias, fucos, & id generis, quibus benè, maleque vti poſſumus, an peccet, nu. 2. 98
Vendentes, donantes, permutantesvè arma, & alia prohibita cum Chriſtiani nominis hoſtibus in excommunicationem incidunt, nu. 1. 181
Vendentes arma, & alia prohibita ijs, quos ſciunt ad hoſtes delaturos in excommunicationem incidunt, nu. 7. 182
Verberans euntẽ ad Sedem Apoſtolicam, an in excõicationẽ incidat, nu. 5. 253
Verberantes romipetas, an in excommunicationem incidant, nu. 2. 273
Verba contumelioſa in Cardinalẽ dicens in excõicationẽ nõ incidit, nu. 6. 303
Verba ſecundum communem vſum loquendi accipienda ſunt, nu. 2. 34
Vexare quid ſignificet, nu. 6. 440
Victus gratia, q̃ parantur deferri ad Chriſtiani nõis hoſtes nequeunt, nu. 2. 220
Victualium nomen idem ſignificat quod nomen Victus, nu. 1. 234
Victus nomine, quæ compræhendantur, nu. 2. ibid.
Vniuerſitas in excõicationes huius Bullæ nõ incidit, eſto ipſam offendat, n. 1. 18
Vniuerſitas Bullam hanc offendens, an puniri poſſit alia ratione, ex quo in excommunicationem non incidit, nu. 2. 20
Vniuerſitas, ſi offendat hanc Bullam, an ſinguli ex ea in excommunicationem incidant, nu. 3. ead.
Vniuerſitas interdici, non excommunicari poteſt, & quamobrem, nu. 2. 122
Vniuerſitas in interdictum incidit appellans à Romano Pont. ad futurum Concilium, quod interdictum quouſque pateat, declaratur, nu. 1. 123
Vniuerſitas appellans ad futurum Concilium à Papa quando in interdictum nõ incidat, num. 2. ead.
Vniuerſitati appellanti ad futurum Concilium à Papa fauorem præbens in quam pœnam incidat, nu. 3. 124
Vniuerſitas excommunicari non poteſt, & quamobrem, nu. 1. 18
Vniuerſitas homo verus non eſt, nec baptizari poteſt, ſub nu. 1. 19
Vouens non nere die Sabbathi hæreticus non eſt, nu. 3. 47

Digitized by Google

Vrbis nomine quid comprahendatur, nu. 3. pag. 264
Vrbs vnde dicta, nu. 4. 265
Vſurpantes iuriſdictionem contra morantes in Curia in excommunicationem incidunt, quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur, nu. 2. 262
Vſurpare quid ſignificet, nu. 3. 440
Vſurpare fructus Eccleſiarum quarumcunque, ſeu Eccleſiaſticos fructus in excõicationem incidunt, quæ excõicatio, quouſq; pateat, declaratur, nu. 1. 403
Vſurpantes Eccleſiaſtica bona quando in excõicationẽ nõ incidant, nu. 1. 405
Vſurpantes ſupremam iuriſdictionem, quam habet Romanus Pontifex in terris Eccleſię in excommunicationem incidunt, ſicut etiam perturbantes, & retinentes, necnon vexantes, nu. 7. 441
Vuicleſitæ hæretici quinam ſint, nu. 3. 52
Vulnerantes romipetas in excommunicationem incidunt, nu. 1. 272

Z

Zvingliani quinam hæretici ſint, nu. 5. 52

FINIS.

ERRATA SIC CORRIGITO.

Pag.	col.	lin.	Mendum.		Emendatio.
17	1	4	Locus habent.		Opus habent.
ead.		19	Ne ſupernaturalibus.		Ne ſupernaturalis.
22	1	30	Quoniam ſibi.		Quoniam vbi.
37	1	20	Hæretici.		Hæreticæ.
40	1	22	Eccleſia credat, ac teneat.		Credit, ac tenet.
59	1	12	Ac vna.		At vna.
65	2	24	Odoar.		Oldrad.
103	1	8	Vt collegio Deum colentium per fidem.		Vel collegio Deum colentium, & hac ratione quatuor modis primò pro vniuerſitate hominum colentium Deum per fidem.
124	1	24	Hæc ibi.		Tolle hæc verba.
164	1	25	Noua ſunt.		Noua non ſunt.
168	2	12	Graff.	Adde	Tu tene contrarium ob ſupradicta pag. 65. lin. 4. & pag. 124. lin. 23.
170	2	2	Transfugere;		Transfugæ.
212	1	vlt.	Lininis.		Laminis.
237	1	9	Amplificandum.		Explicandum.
303	1	7	Locis.	Adde	Tu tene contrarium ob verſ. Capientes, Carcerantes, Detinentes, poſitum. pag. 99
305	1	8	Non eſt.	Adde	Huic repugnant, quę diximus de remigibus. pag. 135. & pag 219.
331	2	26	Ibi.	Adde	Tene tamen contrarium ob veriſimilem mentem latoris Bullæ, & fauorem Apoſtolicæ Sedis.
388	1	5	Quòd.		Quò
417	2	11	Eccleſiæ Epiſcopalis.		Eccleſia Epiſcopalis, vbi Epiſcopus Cathedram tenet. Matrix verò.
456	2	2	Sanct. Trid.		Ante Trid.

BARTHOLOMAEI VGOLINI EX MONTE SCVTVLO DIOECESIS ARIMINEN.

Iuriſconſ. ac Barbiani Archipresbyteri De cenſuris, atque caſibus Romano Pontifici reſeruatis.

PARS PRIMA.

SVMMA.

1 *Propoſitum auctoris in hoc opere quodnam ſit.*

GEneratim de cenſuris eccl. id eſt de excõmunicatione tam maiori, quàm minori, necnon de ſuſpenſione, atque interdicto ſuperioribus annis tractaui, in lucemque tractatum ipſum edidi: nũc mihi agendum propoſui de cẽſuris eiſdem ſpeciatim, & primùm de ijs, quarum abſolutio Romano Pontifici reſeruata eſt; deinceps de alijs ob rationes in procœmio allatas. Verùm, quòd cenſuræ, de quibus primo mihi agendum eſt, partim per ſententiam feruntur, partim per ius, ſeu iure ipſo; & in ijs, quæ per ſententiam, principem locum obtinent, quæ feria V. maioris hæbdomadæ per litteras promulgantur (generaliores enim ſunt, & diuturniores) ob eam rem de his priùs, & vt nouiſſime à Clemente VIII. per ſuas litteras latæ ſunt, agamus. Id quod vt dilucidius fiat, litteras ipſius proponamus: ſed in hac prima parte procemium; in ſecunda cẽſuras ipſas: in poſtrema tractationem abſolutionis earum. Procemium igitur hoc eſt.

Digitized by Google

LITTERAE PROCESSVS S. D. N. D. CLEMENTIS PP. VIII. LECTAE DIE

Cœnæ Domini Anno 1598.

Clemens Epiſcopus Seruus Seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

PAſtoralis Romani Pontificis vigilãtia, & ſolicitudo cùm in omni chriſtianæ Reipublicæ pace, & trãquillitate procurãda pro ſui muneris officio aſſiduè verſatur; tum potiſſimum in Catholicę fidei ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, vnitate, atque integritate, retinenda, & conſeruãda maximè elucet: nimirum, vt fideles Chriſti non ſint paruuli fluctuantes, neque circumferantur omni vento doctrinæ in nequitia hominum ad circumuentionem erroris, ſed omnes occurrant in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum; neque ſe in huius vitæ ſocietate, & communione lædant, aut inter ſe alter alteri offenſionem prębeat, ſed potius in vinculo charitatis conuincti; tanquam vnius corporis mẽbra ſuo Chriſto capite; eiuſque in terris Vicario Romano Pontifice Beatiſſimi Petri ſucceſſore à quo totius Eccleſiæ vnitas dimanat, augeantur in ædificationẽ,

atque

Digitized by Google

atque ita diuina gratia adiutrice ſic præſentis vitæ quiete gaudeant; vt futura quoque Beatitudine perfruantur. Ob quas ſanè cauſas Rom. Pontifices prædeceſſores noſtri hodierna die, quæ anniuerſaria Dominicæ Cœnæ commemoratione ſolemnis eſt, ſpiritualem Eccleſiaſticæ diſciplinæ gladium, & ſalutaria iuſtitiæ arma per miniſterium Summi Apoſtolatus ad Dei gloriam, & animarum ſalutem ſolemniter exercere conſueuerũt. Nos igitur, quibus nihil optabilius eſt, quàm fidei inuiolatam integritatem, publicã pacem, & iuſtitiam Deo Auctore tueri, vetuſtum, & ſolemnem hunc morem ſequentes. Excommunicamus, & c.

De Diuiſione huius Bullæ, & quid in ſingulis eius partibus agatur. Cap. I.

SVMMA.

1 *Bulla hæc in tres partes diuiditur, & quid in vna quaque agatur.*

QVoniam Bulla hęc in duas primarias partes diuiditur, in procœmium, & tractationem, quæ tractatio incipit ibi. Excommunicamus, & anathematizamus. tractatio autẽ in alias duas primarias partes ſubdiuiditur; quarũ poſterior incipit ibi volẽtes; 1 † ideo rem hãc totam in tres partes diuiſimus; in quarum prima generatim de quibuſdam ad totam Bullam pertinentib. agimus, & quæſtiones plures diſſoluimus; in altera cẽſuras per hãc Bullam latas ea ratione, quam in procœmio diximus, explicamus; in tertia de abſolutione harum cenſurarum; necnõ de alijs quibuſdam ad Bullam p̄tinentibus tractamus. De his omnibus igitur ſigillatim, & prius de prima parte agamus: quod vt dilucidius ſit, res, quę in hoc capite explicabuntur, recenſebimus. Deinde in Ca-

pita eas diſtributas explicabimus.

Primùm igitur explicabitur, cur litteræ huiuſmodi Bulla dicantur, & cur Bulla Cœnæ Domini.

Deinde, quamobrē promulgentur.

Tertiò, quando promulgentur, & quibus cerimonijs.

Quartò, quis primò eas promulgauerit.

Quintò, an mutentur.

Sextò, an ex quo ſingulis annis promulgantur, toties excommunicatio iteretur, & nouis excommunicationibus afficiantur eam offendentes.

Septimò, an à iure vel ab homine ſint, id eſt, an ſentētiæ, legeſve ſint.

Octauò, an offendens plura capita huius Bullę, in plures excommunicationes incidat.

Nonò, an Bulla hæc afficiat infideles.

Decimò, an afficiat omnes chriſtianos, & quo iure Romanus Pont. id faciat.

Vndecimò, an vniuerſitatē afficiat.

Duodecimò, an afficiat, conſilium, fauoremve præſtātem iis, qui delicta p Bullam prohibita committunt.

Decimotertiò, quando Bulla hæc obliget.

Decimoquartò, an afficiat probabiliter eam ignorantes.

Decimoquintò, an ſi notorium ſit quem delictum aliquod commiſiſſe ex iis, quæ per Bullam hanc prohibētur, notorium etiam ſit ipſum excommunicatum eſſe, adeo, vt vitare eum debeamus, eſto denunciatus non ſit.

Decimoſextò, ea verba, Excommunicamus, & Anathematizamus: quid ſignificent, & an inter ſe differant.

Decimoſeptimò, qs auctor huius Bullæ ſit. Hæ igitur quęſtiones ſunt, quas ſingulas ſuo capite, & priùs primam declarabimus.

De hiſce litteris, cur Bulla Cœnæ Domini dicantur.

Cap. II.

SVMMA.

1 *Bulla nomen quid ſignificet, & in quam partem hic accipiatur.*

2 *Bulla hæc cur Cœna Domini Bulla nominetur.*

3 *Bulla hæc quibus temporibus promulgari olim conſueuit.*

Quo

QVo ad primā quęſtionē igitur,cur hæ litterę,Bulla dicantur,& cur Bulla Cęnæ Domini,antequam eam diſſoluamus, explicandū priùs eſt nomē hoc Bulla quid ſignificet.

1 †Bulla igitur quatuor ſignificat.Primùm,ac proprie inſigne quoddam triumphantiū ad cordis formam factum, quod in triūpho Romani gerebant incluſis quibuſdam in eo, q̄bus contra inuidiam ſe tutos exiſtimabant. Significat etiam ornamenta quædam.Tertiò plumbum, quod appenditur litteris apoſtolicis, in quo capita Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli impreſſa ſunt, in quam ſententiam accipitur in c.licet,ibi vt falſa Bulla falſis litteris apponatur.de crim.falſ. Significat demum litteras apoſtolicas,q̄ idcircò ſic nominantur, quoniam plumbo ornantur; & ipſis pro ſigno appenditur; in quo,vt dixi,capita Apoſtolorum impreſſa ſunt. Hoc pręmiſſo in hanc poſtremam ſententiam hic accipitur, ſcilicet pro litteris Apoſtolicis, nomine ſumpto à plumbo illis appēſo, quod Bulla nominatur, eo ꝙ ſæpius litteræ Apoſtolicæ eo ſigno muniri ſolēt, & ſicut alię litterę, ita hæ ſigno appoſito vim habent, vt tradunt DD.ac Iaſ.in l.admonendi.in repet.num.91.ff.de iureiur.& facit ca. poſt ceſſionem,& ibi Canoniſtæ de probat. Quare & litteræ etiam dicūtur,vt in initio huius Bullę habetur, atque ſic tradidit Rebuff. in ſua Prax.benefi. in explanatione Bullæ Cœnæ Domini artic.4.in verb. Bullarum,& in Bullę nouæ declaratione in tertia parte ſignaturæ,vbi declarat,quibus prædita qualitatibus eſſe Bulla debeat,& ſequitur Iacob. de Graff.lib.4.deci.c.18.num.3. verſic.Ad ſecundam: Ex quo igitur Bulla Apoſtolicę litteræ dicuntur;iam quęſtionem diſſoluamus,cur Cęnę Domini Bulla nominetur.

2 Bulla† Cœnę Domini ergo hæ litterę dicuntur,quoniā in die iouis ſancto,quo tempore Chriſtus Dominus poſtremā illam, venerandamque cœnā cum ſuis diſcipulis habuit,publicantur, & promulgantur, vt colligitur ex Gloſſ. Clem. 1.in verb.Solemnes,& in ver.

Ge-

Generales de iud. & vt dixit Nauar. in Man. capi. 27. num. 52. verſic. Quartò no. & vt habetur in præfatione harum litterarum, ſeu huius Bullæ, & vt ego obſeruatum vidi, Romę dum eſſem, quo tempore S. Iacintus in Sanctorum numerum à Clemente VIII. adſcriptus eſt.

3 Olim verò † tribus temporibus proceſſus huiuſmodi promulgari cõſueuit, ſcilicet die iouis ſancti, & die Aſcẽſionis, & die dedicationis Baſilicæ Sanctorum Petri, & Pauli, vt ait Gloſſ. in cit. Clement. 1. in verb. Solemnes de iud. Sed de quæſtione hac latis; ad aliam veniamus.

De Bulla Cœnæ Domini, cur ſingulis annis promulgetur. Cap. III.

SVMMA.

1 *Bulla hæc idcirco ſingulis annis promulgatur, vt Chriſti fideles vniuerſi in officio cõtineantur.*

1 Altera quæſtio eſt, † quamobrem Bulla hæc, & hę litterę ſingulis annis promulgentur. Ratio ea eſt, vt Chriſti fideles omnes in officio contineantur; nam cùm Eccleſia vnum corpus ſit, vt ait Apoſ. ad Eph. capitul. 4. & huius corporis vnum caput Chriſtus Dominus in Cœlo ſit, vnum in terris eius Vicarius Romanus Pont. vt habetur in Extrauag. vnam ſanctam. de maior. & obed. ideo, ne vnitas hæc lędatur, ſed vna ſit fides, vnum corpus, & vnum caput, & ſic fides vna, pax ſancta, charitas vera inter fideles ſeruentur, his litteris Romanus Pontif. Chriſti Domini Vicarius delicta quædam grauiſſima, quibus fidei puritas impediri, vnitas diuidi, charitas tolli poſſit, coercere pęnis propoſitis, ſtudet, atque elaborat, vt optimè ex procemio harum litterarum habetur, ac belliſſimè declaratur. At planè dum hęreticos anathemate ferit, atque excommunicatione, quid aliud tunc ſe velle ſignificat, quam vt in fide vna Chriſti fideles vniuerſi viuant? Dum itidem eiſdem pœnis ſchiſmaticos, apoſtataſque proſequitur, quid aliud ſe velle indicat quam ne Eccleſiæ vnitas tollatur?

latur? Dum denique eiſdem armis contra libertatē Eccleſiaſticam impedientes inuehitur, in eoſque, qui oneribus grauiſſimis populos afficiunt grauiterve lędunt, quid aliud ſtudet, quàm vt charitatem tueatur? Hę igitur cauſę ſunt, quamobrem hæ litteræ ab vniuerſis Rom. Pontificibus promulgantur; hę quamobrē ſingulis annis tanta maieſtate renouantur, vt ſcilicet, ex quo tanta res agitur, ea firmius hominū memorię inhæreat, Bullę huius iterata publicatione. argumen. l. Balliſta. ff. ad Trebell. Sed de hoc ſatis, ad alia tranſeamus.

De Cerimonijs, quæ adhibentur, dum Bulla hæc promulgatur. Cap. IV.

SVMMA.

1 *Romano Pon. præſente Bulla hæc promulgatur cerimonijs quibuſdam adhibitis.*

Tertia quęſtio eſt, quando Bulla hęc promulgetur: ſed quoniam in ſecundo Capite id explicauimus, vbi, quamobrem Bulla Cœnę Domini diceretur, expoſuimus; ob eam rem hoc omiſſo, breuiter quib. cerimoniis promulgetur, aperiamus.

1 Pontifex Max. † igitur in die iouis ſancto diuinis de more in Palatio pontificio celebratis, pontificiis veſtibus indutus, & diademate ex triplici corona conſtructo capiti impoſito decoratus, pręcedentibus Cardinalibus quamplurimis pontificiis veſtibus indutis, in ſella ſerico panno obrizo, aureiſque Bullis expolita maieſtate quadam ad Xyſtum, & porticum Baſilicæ Sancti Petri, vnde ab vniuerſo populo conſpici poteſt vehitur: vbi eo ſedente, duo Cardinales alter latina lingua, alter noſtrati alta voce has litteras recitant, cereo accenſo ante Pontificem ſtante. Quibus litteris recitatis, Romanus Pont. ad deteſtandos, qui cōtra eam Bullam venerint, in vulgus cereum dictum proiicit, & hoc facto inde diſcedit. Hæc ſumma breuis eſt cerimoniarum, quæ fiunt, dum hæ litteræ promulgantur, quæ partim etiam adhibentur, dum excommunicationes ab aliis inferiori-

Digitized by Google

inferioribus proferuntur, vt declarauimus in Tractatu noſtro de Cenſuris Tab. 2.

De tempore quo Bulla hæc promulgari cœpta eſt. Cap. V.

SUMMA:

1 *Tempus, quo Bulla hæc promulgari cœpta eſt, non omnino ſcitur.*

QUarta quæſtio eſt, quando Bulla huiuſmodi promulgari cępta eſt; in qua quęſtione Sot. d. 22. qu. 2. art. 3. concluſ. 5. libr. 4. ait Bullam huiuſmodi antiquam nō eſſe, ſed anno 1420. ſub Martino Quinto publicari cœptam eſſe; idem ſenſiſſe videtur Nauar. in c. ita quorundam nota. 11. num. 23. de iudæ. & Iacob. de Graff. lib. 4. deciſ. caſ. conſc. capit. 18. num. 3. Hanc opinionem reprobat Ioan. Bapt. Antonucius in Catecheſi Neapolitana lib. 3. capit. 1. in fine. Et hoc ob eam rationē; quoniam ante Martinum Quintū Clementinæ conſtitutiones à Clemente Quinto latæ emanarunt, in quibus Bullæ huius mentio fit, vt habetur in Clemen. 1. iunct. Gloſſ. in ver. Solemnes, & in verb. Generales de iud. ibi enim mentionē facit Clemens V. ſolemnium dierum, in quibus Romani Pōtifices proceſſus generales facere conſueuerunt; Gloſſ. igitur hæc interpretans ait hos dies eſſe diem iouis hæbdomadæ ſanctæ, & diem Aſcenſionis, & diem dedicationis Baſilicarum Petri, & Pauli. Proceſſus autē generales hos eſſe contra hæreticos, eorum credentes, & contra portātes ſarracenis merces, & contra huiuſmodi. Ex quibus verbis Glo. apparet Bullam hanc ante Martinum promulgari conſueuiſſe; nam Clemens V. Clementinarum auctor fuit anno 1305. Martinus V. vero anno 1417. vt habetur in Cathalogo Romanorum Pont. nuper impreſſo.

1 Quid ergo concludendū. † Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut quærimus, an caſus, q in Bulla ſunt, a iure antiquo prohibiti ſint; & multos prohibitos ſine dubitatione fuiſſe cōcludendum eſt, vt de hęreticis habetur in cap. excommunicamus. 1. & 2. de hæretic. in

antiq.

antiq.de deferentibus ad hoſtes prohibita in c.ita quorundam de iudæ.de romipetis in c.ſi quis romipetas.24.q.3.de aliis in capit. ſi quis ſuadente diabolo.17. qu.4.& in c. quoniam,de immunit. Eccl.lib.6. Aut quærimus, quando per Bullam, & per litteras huiuſmodi prohiberi cœperunt, & multò poſt id factum fuiſſe cẽſeo,ſed quo tempore, à nemine pro certo habetur,vt ex dictis patet.Et ſanè, quòd quæſtio hæc parũ vtilitatis affert, ob eam rem nõ grauis iactura fit,ſi id ignoretur, atque idcirco de hoc ſatis,ad alia tranſeamus,

De Bullæ huius mutatione. Cap. VI.

S V M M A.

1 *Bulla hac aliquando,ſed in paucis mutatur.*

1 QVinta quæſtio eſt an Bulla hæc mutetur, ideſt an caſus alii ad eam addantur, ex eave, qui ſunt,ammoueantur. Et in hac quæſtione breuiter concludendum eſt,quoniam in arbitrio Romani Pontif.id poſitum eſt, pro temporum ratione,ac rerum neceſſitate in aliquibus, aliquando mutari,& ad eam etiam aliqd aliquando addi,vt id conſpici poteſt ex Bulla Gregorii xiij. quam interpretatur Nauarr. in Man.cap.27.nume.54.quæ in aliquibus non conuenit,cũ Bulla Clementis VIII. quam interprætandam nos ſumpſimus;quamuis in pluribus ſemper cõueniat,vt colligitur ex eiſdem Bullis,& ex Bulla Pauli III.quam refert Rebuff.in Prax.benef.vbi eam declarat, & probatur in extrauag. Etſi dominici gregis.de pœniten. Hæc autem ſunt ea, quæ pertinent ad hæreticos,ad libertatem Eccleſiaſticam, & id generis. Quare interpretatio vnius & ad aliarum cognitionem pertinet.Et de quæſtione hac itidem ſatis.

De Bulla hac, an ſit lex, Vel ſententia. Cap. VII.

S V M M A.

1 *Cenſura latæ per hanc Bullam an ſint à iure,vel ab homine.*

1 SExta quæſtio eſt,†an excõmunicationes,& cenſuræ per hanc Bullam latæ ab homine,à iureve ſint, Felicianus Epiſcopus Scalenſis in Enchiridio de excommunicatione capit. 16. & Martin. Alfonſ. de Viuald. in Candelabro pa.2. in explicatione huius Bullę in §. volentes,à iure ipſas eſſe exiſtimarunt. Primò,qnoniam mortuo Romano Pont.non extinguũtur,ſed durant,donec alij proceſſus fiant,vt habetur in Bulla,ergo à lege ſunt;nam legiſlatoris morte leges non extinguuntur cap.fin.de off. leg. & l.leges,& conſtitutiones C.de leg.Hæc ratio mihi non quadrat; nam Bulla hęc non ſua natura perpetua eſt, ſed quoniam id Pontifex cauit: id qđ hinc patet, quoniam ante Piũ V. extinguebatur cum ipſo Romano Pontif.ſed ipſe deinceps, & alii ſucceſſores, quo in officio fideles chriſtiani cõtinerentur,& vt poſt mortem duraret,ſanxerunt: non igitur ratio hæc quicquam facit. Secundò probatur horum opinio hac ratione,Bulla hæc reſpicit futurum tempus; contra enim eos cenſuras fert; q delicta per ipſam prohibita fecerint;at in futurum proſpicere proprium legis eſt,cap. cognoſcentes,& cap.fin. de conſti.ſententia vero non vtique, ergo Bulla hæc lex,& non ſententia eſt.Hęc ratio etiam mihi non probatur,nec vera eſt; nam generales ſententię pro futuris etiam feruntur,vbi ratio id ſuadet:argum.c.à nobis. c.de ſent.excommuni.& c.romana.§.caueant.eod.libr.6.& vt id aſſeruit Couar.in c.alma p.1.§.10.num.1.in fin.de ſen. excomm.lib.6.vbi ait ita forẽ ſi vſu,& praxi iam diu inductũ eſſe, vt excommunicationes generales ab homine pro futuris culpis ferri poſſint; neq. ratio igitur hæc quicquam facit. Tertiò probatur horũ ſententia,quoniam excommunicationes, quæ per Bullam feruntur,nulla indigent admonitione:quæ vero per ſententiam ſic.Hæc ratio itidem opinionem hanc non tuetur;tum quod ſatis admonitio pręuenit,vbi promulgatur, & ſemp̱ admonet;tum quòd & excommunicationes pro futuris culpis latæ per ſententiam admonitionem non requirunt,vt id abũdè probauimus in Tracta-

tu

tu de Cenſuris cap. 18. §. 3 nu. 2. propè finem Tab. 1. Poſtremo probatur horũ ratio hoc modo caſus huius Bullæ plures habẽtur in iure, ſcilicet in extrauag. Etſi Dominici gregis de pœnit & in extrauag. 5. eod. ergo iuris ſunt. Hæc ratio etiam non me mouet; nam, etſi recenſentur inibi caſus Bullæ, non tamen ob id iuris ſunt; qđ enim iure prohibitũ eſt & ſentẽtia prohiberi poteſt, arg. cap. ita quorundam. iunct. Gl. de iudæ. Poſtremò in cit. iuribus non ſtatuitur de nouo, vt hi caſus reſeruati ſint, ſed declarantur eſſe reſeruati.

Quare, cùm nullis rationibus opinio hęc nitatur, contrariam ſententiam, vt excommunicationes huiuſmodi ab homine ſint, ego ſequor, quam & ſequitur Nauar. in Man. ca. 27. & Rebuff. in Prax. benefi. in explicatione Bullę in principio in verb. Ad futuram; ibi iſta tamen Bulla, & Iaco. de Graf. lib. 4. deciſ. caſ. conſc. capi. 18. nu. 4. & ſenſit idem Addit. ad Nauar. in conſ. 1. q. 9. verſi. Aduerte. lib. 1. de conſtitu. & Sot. d. 21. q. 2. art. 3. & Illuſtriſſim⁹ Frãciſcus Toletus in Bulla Cęnę Domini in principio. nu. 5. Probatur autem primo, quoniam per modum ſententiæ fertur, ac promulgatur, & dicitur proceſſus, qui non fit in ferendis legibus; ergo ſententia, & non lex eſt. Secundo loco, quoniam, antequã Romani Pontifices ſtatuerent, vt poſt eorum mortem duraret, morte extinguebatur; ergo ſententia, & non lex eſt; nam lex, eſto id non caueatur, tamẽ perpetua eſt, argum. ca. fin. de off. leg. & habetur in c. fin. de conſtit. & ibi not. ſententia verò generalis extinguitur cum eius auctore, vt probauimus in Tractatu noſtro de Cenſuris, Tab. 1. cap. 2. §. 2. & cap. 9. §. 4. in fine, & vt tradunt Gloſ. Abb. Mar. Socin. Sen. Felin. ac DD. in c. à nobis. 1. de ſenten. excomm. ac Federic. de Sen. in conſ. 16. etenim ſunt, vt edicta, & banna; quæ feruntur, quò facilior gubernatio ſui temporis ſit, vt ſenſit Bald. in le. 1. C. de poſtulan. Poſtremò facit, quoniam Romanus Põtif. ſententias appellat, vt habetur in tertia parte, verſicul. Non obſtantibus, ibi Per quæ contra hos vniuerſales proceſſus, ac ſententias. Ex his igitur concludo ab homine, &

non à iure Bullam hanc eſſe: quid autem referat, an ab homine, à iureve ſit, in Tractatu meo de Cenſuris declaraui. ſed iam ad alia Capita veniamus.

De publicatione huius Bullæ ſingulis annis, an offendens eam ſæpius cenſuris obligetur. Cap. VIII.

S V M M A.

1 *Faciens aliquid, pro quo à diuerſis excommunicatio lata eſt, an in plures excommunicationes incidat.*

2 *Offendens hanc Bullam an pluribus excommunicationibus obligetur, ex quo ſæpius promulgatur.*

3 *Hæreticus per multos annos an noua excommunicatione obligetur ſingulis annis, ex quo ſingulis annis Bulla hæc promulgatur.*

4 *Offendens Bullam hanc in pluribus capitibus in tot excommunicationes incidit, quot capita ipſius offendit.*

SEptima quęſtio eſt; an ex quo ſingulis annis Bulla hęc promulgatur, toties nouis excommunicationib. con-
1 ſtringatur, qui eam offendit.† Generatim an ſi pro eodem facto ab eodem, à diuerſisve per ſententias plures, legeſve plures excommunicatio lata ſit, in excommunicationes plures incidat offendens, diſputauimus in Tractatu de Cenſuris cap. 16. §. 3. Tab. 1.

Quoad quęſtionem propo-
2 ſitam †breuiter concludo hũc in excommunicationem vnã tantùm incidere; nam hoc ſenſit Nauar. in ca. ita quorundã, not. 11. num. 32. de iudæ. & Felicianus Epiſcopus Scalenſis in Enchiridio de Cenſuris c. 16. de excomm. verſic. Ad rationes; etenim innouare potius excommunicationes latas, quàm nouas fere credendum
3 eſt.† Quare, qui in hęreſim incidit, & ſi in excommunicationem huius Bullæ ſtatim incidit; non tamen, ſi per multos annos in ea perſeueret ſingulis annis noua excommunicatione irretitur, vbi Bulla hęc promulgatur. Id quod locum habet, vel à diuerſis Romanis Pontificibus promulgetur, atque ſic ſenſit Nauar. eo. not. 11. num. 34. verſicu. Dixi ita latas, vt ſint ſuæ. Ita igitur

in

in hac re concludendum cenſeo;etenim iterata illa publicatio fit, vt ſupra dixi, quò magis,magiſque fidelium memoriæ hæc inhæreant,ac perteriti ab offenſione huius Bullæ auocentur.

4 Verùm quid† ſi quis plura capita,vel vniuerſa huius Bullę offendat,an in vnam,pluresve excommunicationes incidet, in tot ſcilicet,quot Bullę capita offendit?Hoc nobis etiam diſſoluendũ propoſueramus. In hac quęſtione ſine dubitatione concludẽdum eſt in tot excommunicationes hunc incidere, quot Bullę capita offendit.Primò,quia, vbi quis quidpiam facit, ex quo plura delicta ſpecie diuerſa oriuntur,pro ſingulis delictis pœna imponi poteſt,dummodo iterari ea pœna poſſit,vt tradidit Bart.in l.ſenatus num.1. verſi. ſi vero reſultant.ff.de accuſat. & in l.nunquam plura.nume. 11.verſic. Pro hoc.ff.de priuat.delict. ergo multo magis hic in excõmunicationes plures incidet,ex quo diuerſa facta ſunt, pro quibus ſingulis excommunicatio per Bullam lata eſt; iterari enim excommunicatio poteſt, vt id nos pluribus probauimus in capi. 16.§.3.Tract.de Cenſur.Præterea id probatur etiam, quoniam qui plures clericos vna percuſſione percutit,in tot excommunicationes percutiẽs incidit,quot ſunt clerici,quos percuſſit,vt id aſſeruit Ioann. Andr.in cap.delictum. de regu.iur.lib.6.in Mercur.& nos diſputauimus in eod.capi.16. §.3.num.8. ergo multo magis in caſu noſtro.Alioquin ſi cõtrarium vellemus, impunitatem aliquorum conſequeretur,prętere a quod plura delicta committit contra.l.2.ff.de priuat.delict.Nunquam plura delicta concurrentia, dicitur enim ibi,faciunt,vt vllius impunitas detur; neque enim delictum ob aliud delictum minuit pœnam. Hæc ibi:facit quoque l.ſi ſeruus ſeruum. ff. ad leg.aquil.ibi enim dicitur, ſi ſeruus alienum ſeruum ſurripuerit,& occiderit,& furti, & damni iniuriæ actionem cõpetere. Ergo multo magis in caſu noſtro id aſſerendum eſt. Quare, ſi quis in hæreſim aliquam incidat,ſi appellet ad futurum concilium, ſi rompipetas offendat,ac demum,ſi reliqua omnia peragat cõtra Bullam,

lam, in omnes Bullæ excommunicationes incidet; non enim ob vnam cauſam excommunicatus excuſatur, quò minus in alias excommunicationes incidat. argum. cita. l. 2. ff. de priuat. delict. Immo & in eodem genere delicti ſi in plures ſpecies eius committit, in plures excommunicationes incidit, vt ſi in plures hæreſes; nam pro omnibus hæreſibus excommunicatio fertur, & q vnã hęreſim habet, hæreticus eſt. Non eſt igitur, quod hac de re dubitemus, ad alia tranſeamus.

De Bulla hac an infideles afficiat. *Cap. IX.*

SVMMA.

1 *BaptiZatus qui non eſt, offendẽs hanc Bullam in eius excommunicationem, ac cenſuras non incidit.*

2 *Iudæi, ac turcæ excommunicari non poſſunt.*

3 *Catechumenus excommunicari non poteſt.*

1 NOna quæſtio eſt, † in Bulla hæc infideles afficiat; ideſt an, qui baptizatus nõ eſt, ſi Bullam hanc offendat, in excommunicationem incidat. In qua quæſtione concludimus, qui baptizatus non eſt, eſto Bullam hanc offendat, in excommunicationem non incidere; nam per excommunicationem quis vſu communionis ſpiritualium Eccleſię priuatur, vt probauimus in Tractatu de Cenſuris cap. 6. Tab. 2. quorum baptiſmi ſuſceptione participes efficimur vt tradidit Catechiſ. multis in locis in expoſitione eius articuli. Credo ſanctorum communionem, & Nauar. cap. 20. numer. 53. cum ſeq. de orat. & hor. canon. ergo, qui Chriſti fidẽ baptiſmi ſuſceptione profeſſi nõ ſunt, nec ad Eccleſiæ communionem recepti ipſis priuari excommunicatione non poſſunt; non enim, quod quis nõ habet, illud ei adimi poteſt. argum. cap. ad diſſoluendum, & ibi Abb. de ſponſ. impub. & le. decem, vbi Iaſ. ac DD. no. ff. de verb. obli. 2 † Non igitur Iudęi, non Turcæ, nõ alii, qui baptiſmo initiati non ſunt, in excõmunicationem, & cenſuras huius Bullæ eam offendentes incident; nam excommunicari non poſſunt ob prædictam rationem,

tionem,& vt tradidit Abb. in c.a b excommunicato.numer. 9.verſicu.Exemplum ſecundi. de reſcript.& in c.relatum ver ſicu.Not.1.vbi quoque Felin. de ſentent.excomm. & Gemi. in capi.romana.§.in vniuerſitatem.nume.10. verſicu. Item baptizatam,& Philipp. Fran. in verſic.In Gloſſ. de ſentent. excommun.lib.6.& Couar.in cap.alma p.1.in princip.num. 1.de ſentent.excomm.libr. 6. & Mar.Socin.Sen.in cap.mulieres,nume.26. cum ſequent. verſic.Quintò quæro,& in c. relatum.num.4. eod. in antiq. & Syl.in verb. Excommunicatio.p.num.7.& Tabien.eod.4. nu.1.& Marquar. de Suſſann. in Tractatu de iudæ.& aliis in feli.cap.8.num.2.in 2. p.prin. & Nauarr.in Tractatu de iubileo,not.31.num.4.verſicu.An autem ibi quartò, vbi communiter opinionem hanc receptam eſſe teſtatur, & in ca. ita quorundam,not.8.nume.4.& num.7.de iudæ.& in Man. ca. 27.num.13. Et probatur etiā in cap.omnis chriſtianus. 11. q.3.& in cap.audiuimus.§.fin autem, verſicu.ſicut autē. 24. q.1. Hinc Iudæus violentam manum in clericum iniiciens, in excommunicationem non incidit eius,cap.ſi quis ſuadente diabolo.17.q 4.vt habetur in capi. poſtulaſti,de iudæ. Id quod ſenſit Mar. Socin.Seni. in c.peruenit.num.28.cum ſequent. verſic.Septimò principaliter,de ſentent. excommu. & Archid.in citat.capi.ſi quis ſuadēte diabolo ,& Marquar. eod.cap.8.numer.5.qui ergo baptizatus non eſt, in excommunicationes ac cenſuras huius Bullæ non incidit.

3 Id quod locum habet ob eaſdem rationes,† eſto catechumenus ſit, ideſt ad chriſtianā fidem , baptiſmumve venire velit;nam nec hic excommunicari poteſt,vt dixit Nauarr. in eod.Tracta.de iubileo. not. 31.num.48. verſic. Quartò,& in Man.capit.27.numer.13.& vt nos id aſſeruimus in Tractatu de Cenſuris,cap.17.§.5.numer.3.Tabul.1.Alia igitur pœna ad arbitrium iudicis punietur.argumen.cap.de cauſis,de off.deleg.& l.1.ff.de iur. deliber.vbi enim pœna ordinaria in reum non cadit,ad arbitriū iudicis punitur , vt tradidit Menoch.de arbitr.iud.libr. 2. cent.5.caſ.449.ſed iam ad alia veniamus.

De

De Bulla hac, an vniuerſos chriſtianos afficiat Ca. X.

SVMMA:

1 *Chriſtiani omnes offendẽtes hãc Bullam in eius pœnas incidũt.*
2 *Poteſtas Eccleſiaſtica quamobrem pertineat ad gubernanda etiam naturalia, ac ſecularia.*
3 *Romanus Pont. Reges imperio priuare, Coadiutoremque illis dare poteſt.*

1 DEcima quæſtio eſt,† an Bulla hęc vniuerſos fideles, & chriſtianos afficiat. Videbatur igitur dicendum vniuerſos non afficere, eos ſcilicet, qui in temporalibus Romano Pont. ſubiecti non ſunt, ac propterea ob delationẽ armorum ad chriſtiani nominis hoſtes, Imperatorem, Reges, & huiuſmodi Principes viros in excommunicationem Bullæ non incidere; nam Romanus Pont. in laicos, qui ipſi in temporalibus ſubiecti nõ ſunt, quoad temporalia iuriſdictionem non habet, vt aſſeruit Felin. in cap. quæ in eccleſiarum. num. 44. verſic. Tertia declaratio, de conſtitut. ergo non videntur puniri poſſe, q arma (ne à propoſito exemplo diſcedam) ad prędictos hoſtes deferunt; nam ad pœnam inurẽdam iuriſdictio poſtulatur, vt habetur in l. imperium, & ibi DD. ff. de iuriſd. omn. iudi.

Contrariam ſententiam tamen amplexari debemus, ſcilicet omnes Chriſtianos, quacunque dignitate pręditi ſint, & in quocunque gradu conſtituti Bullam hanc offendentes in eius pœnas incidere. Primò, quia hoc in multis locis Bullæ dicitur, & præſertim in cap. 2. & in capi. 7. & in cap. 18. & in verſic. Non obſtãtibus; at veriſimile non eſt tot Romanos Pontifices, qui in iure Pontificio, ac ciuili floruerint, quique doctiſſimos viros apud ſe ſemper habent, & in omni ſcientiarum genere peritiſſimos: argume. l. omnium. C. de teſtamen. iunct. cap. 1. de conſtitut. libr. 6. rem hanc conatos fuiſſe, ſi iure id non poſſent. Præterea probatur id ẽt 2 rationibus: †nam poteſtas eccleſiaſtica, quam supremã Romanus Pont. habet, etſi ad gubernandos fideles ſecundum euangelicam legem in ſupernaturalibus à Chriſto Domino

ao in primis inſtituta eſt, pertinet tamen etiam ad gubernãda naturalia, ac ſecularia, quatenus ſupernaturalia ipſis locus habent, & ad ſupernaturalem finem ſpectant, vt tradũt DD. Nauar. in cap. nouit. not. 3. num. 82. & num. 97. de iudi. & in conſil. 1. de for. compet. lib. 2. & in re noſtra, in cap. ita quorundam not. 11. in Gloſſ. 5. de iudæ. & Alphonſ. Aluarez. in Theſauro Chriſt. relig. cap. 16. in principio, & in cap. 31. num. 20. & Couar. in Reg. peccatum. in 2 p. relect. §. 9. numer. 7. vbi & alios idem ſentire innuit, ergo Romanus Pontif. ne ſupernaturalibus ille finis impediatur, de naturalib. ac ſecularibus diſponere poteſt, & ob id propoſitis pœnis prohibere cuique, ne arma, et alia huiuſmodi ad chriſtiani nominis hoſtes deferãtur, ne Eccleſia hæreſibus, ſchiſmate apoſtaſiaque polluatur, ne Eccleſiaſtica iuriſdictio violetur, ac, ne ſingula perſequar, q̃ in Bulla habẽtur, ne Chriſti fideles iniuſte oneribus iniuriave afficiantur; ex quo enim Chriſtus dominus eam poteſtatem Eccleſię tribuit, quò ad æternam vitam ſuum popu 3 lum dirigeret, & ea omnia tribuiſſe intelligitur, ſine quibus commode id fieri non poſſet, ac propterea cõceſſiſſe, vt impedimenta hæc Eccleſia tolleret. argum. l. 2. et eorũ, quæ ibi DD. not. ff. de iuriſd. omn. iud. et c. præterea. de off. dele. Poſtremò omnia, quæ ꝑ hanc Bullam cenſuris propoſitis ꝓhibentur, peccata grauiſſima ſunt, vt per ſe patet, et negari hoc non poteſt. At vbi tractatur de materia peccati Romanus Pont. in quemcumque iuriſdictionem habet, vt dicitur in c. nouit. de iudi. Nos enim intendimus, ait namq. ibi, decernere de peccato, cuius ad nos pertinet ſine dubitatione cenſura, quam in quemlibet exercere poſſumus, et debemus. Hæc ibi Summus Ponti. eadem paulo poſt etiam repetit: nam inquit: Nullus, qui ſit ſanę mentis, ignorat, quin ad officium noſtrum ſpectet de quocunque mortali peccato corripere quemlibet chriſtianum: et ſi correctionem contempſerit, per diſtrictionem Eccleſiaſticam coercere. Hęc ibi. Iure merito igitur chriſtiani omnes hac Bulla compræhenduntur. † Hinc, vbi reges,

atque Imperatores iuſtitiam non c lunt, colligere ve neſciũt, quamobrem ſubditorum animę detrimentum patiuntur, Romanus Pont. aut eos regno priuat, aut Coadiutores eis p̄bet, vt habetur in cap. 2. de re iud. lib. 6. et in cap. grandi, de ſupplend neglig. prælat. libr. 6. et facit ca. licet. de for. compet et c. 1. de homicid. libr. 6. Concludo igitur quoſcumq; hanc Bullam offendentes in ipſius pœnas incidere: ſed de quęſtione hac ſatis, ad aliam tranſeamus.

De Vniuerſitate, ſeu Collegio, an in excommunicationes huius Bullæ incidat eam offendens. *Cap. XI.*

S V M M A.

1 *Vniuerſitas in excommunicationes huius Bullæ non incidit, eſto ipſam offendat.*

2 *Vniuerſitas Bullam hanc offendens an puniri poſſit alia ratione, ex quo in excommunicationem non incidit.*

3 *Vniuerſitas ſi offendat hanc Bullam, an ſinguli ex ea in excommunicationem incidant.*

VNdecima q̃ſtio eſt, an Bulla hæc vniuerſitatem, Collegiumve afficiat, exẽpli gratia Cõmunitas, ſeu Reſpublica Lugi de communi cõſilio prohibita per hanc Bullã ad Turcas defert, an in excommunicationem incidet? In hac quæſtione, quò abſolutã eius cognitionem habeamus, tria contemplanda ſunt. Primũ id quod diximus, an ſcilicet vniuerſitas offendens hanc Bullã in excõmunicationes eius incidat; ſecundò, an aliàs puniri poſſit. Tertiò, an ſinguli ex vniuerſitate excommunicatione ipſi ſaltem obligentur.

1 Quoad primam quæſtionẽ † concludendum eſt vniuerſitatem in excõmunicationes huius Bullæ non incidere, eſto Bullam offendat; & hoc ob eã rationem, quoniam vniuerſitas excommunicari non poteſt, vt dixit Gloſ. in cap. ſicut, in uerb. Adulterata. 7. qu. 1. & in c. pen. in verb. vniuerſitas, de cenſ. lib. 6. & in extrauaga. vnic. in verb. ſingulares perſonæ ne ſed. vac. aliq. innouet. & Innocent. in c. grauem, de ſent. excomm. & Abba in cap. bonę memorię. n. 20. de elec. &

& in capi.dilectæ in Chriſto, & ibi quoque Feli.de except. & idem Felin.in ca.eam te, in verb.Illud.num.34.ibi:Secunda declaratio, de reſcript.& Bald.in cap.Imperatorum.numer.6.de iurament.calum. & Gemin.in capi.1.§.quo vero. numer.3.de vſur.lib.6.& Specul.de ſentent.excomm.communis denique DD.ſententia hæc eſt,& habetur in cap.Romana.§.in vniuerſitatem. de ſentent.excomm.lib.6. Idque iure merito; nam vniuerſitas homo non eſt,ſed corpus quoddam fictum.argumen.l. mortuo.ff.de fideiuſſ.& l.rerũ miſtura.verſ.Tertium.ff.de vſuc. & vt dixit Inn.in cit. c. grauẽ, & Gemi.in eo.§. in vniuerſitate.verſ.Et ob hoc nullũ eorũ, & Anch.nu.7.ver. Quare autẽ vniuerſitas nõ ſit capax,& Philip.Fran.verſ.In ea Gl.& communiter DD. ibi, & Felin. in cit.c.dilectæ in Chriſto.nu.1. de except.& in cit.ca.eam te. verſ.Aliud ſinguli.nu. 34.ibi. Secunda declaratio viden. de reſcrip.Si ergo vniuerſitas homo non eſt, ergo baptiſmum ſuſcipere non poteſt,homo enim baptiſmi tantum capax eſt,vt probauimus cap.16.Tabu.2.in comment.noſtro de ſacramentis,ergo nec in Eccleſiam communionem recipi(per baptiſmum enim in hanc communionem adſcribimur,vt tradidimus in Tractatu de Cenſuris.c.6.& ca.9.Tab.2.)ſi igitur vniuerſitas nec baptiſmum ſuſcipere poteſt, nec in Eccleſię communionum recipi, ergo nec ab ea communione per excommunicationem excludi poterit,quod fit excommunicatione, ac propterea nec excommunicari; vbi enim nõ eſt habitus,ibi priuatio nõ datur.arg.l.decem.& ibi cõmuniter not.ff.de verb.obli. non eſt ergo,quod de hoc dubitemus,quod et pluribus in Tractatu de Cenſuris probauim[9] ca.26.nu.4.Tab 2. in quo etiã capite quæſtiones alias ad rẽ hanc pertinẽtes diſputauim[9]. In excommunicationes huius Bullæ igitur vniuerſitas nõ incidet.Id quod ſignificauit nobis etiam auctor Bullę, quoniam,vbi vniuerſitatem Bullã offendentem punire voluit,ſeparatim interdicto eam ſubiecit,vt habetur in 2. par. huius Bullæ Cap.2.verſ. vniuerſitantes verò; &, de quæſtione hac ſatis.

2 Quoad alteram † an vniuerſitas Bullam hanc offendēs puniri alia ratione poſſit. Cōcludo breuiter ipſam puniri poſſe. arg. c. 1. & 2. de Schiſ. & habetur in eod. verſi. vniuerſitates, & de quæſtione hac itidē ſatis.

Quoad tertiam quęſtionē, 3 † an ſinguli ex vniuerſitate in excōmunicationem incidant, ſic diſtinguendum cēſeo. Aut eſt delictum, quod animo perficitur, & perſonæ ſingulari, non vniuerſitati conuenit, cuiuſmodi hæreſis, & ſchiſma ſunt; & in hoc caſu, quoniam qui conſentit etiam vt membrū vniuerſitatis, ſtatim ſchiſmaticus, hæreticuſve eſt; ob eam rem, quamuis vniuerſitas nihil deinceps ſtatuat, tamen in hoc caſu in excommunicationes ſinguli incident, qui in hoc conſentiunt. Sicut e contrario vbi non conſentiūt, eſto vniuerſitas aliquid contra fidem ſtatuat, tamen in excommunicationem non incident; nam, ex quo culpa vacant, & mortiferè non peccant, excommunicationem euadunt. argum. c. nemo, & c. nullus. 11. q. 3. Nec repugnat, ſi dicatur id, quod à maiori parte vniuerſitatis fit, ab omnibus factum cenſeri; nam ea regula locum in iis habet, q̄ vniuerſitati conueniunt, non autem in iis, quæ ſunt ſingulorum, cuiuſmodi hæreſis, ac ſchiſma eſt; in his enim anima quæ peccauerit, morietur; & hic locum habent, quæ habentur in c. 2. de iis, quæ fiunt à maior. part. cap. Aut eſt delictum, quod non animo tantùm perficitur, & vniuerſitati conuenire poteſt, cuiuſmodi eſt, exempli gratia, arma ad chriſtiani nominis hoſtes trāſmittere: & in hoc caſu ſinguli, qui cōſenſerint, in excommunicationem hanc non incidēt, quoniam non vt ſingulares perſonæ id faciunt, ſed vt vniuerſitas, & factum illud non ſingulorum, ſed vt vniuerſitatis factum dicitur. argum. l. ſi municipes & l. ſicut. ff. qđ cuiuſque vniuer. no. In hac q̄ſtione igitur ſic concludendum cenſeo. Sed de quęſtione hac ſatis; ad alteram veniamus.

De præſtante conſilium auxilium, fauoremve ijs, qui delicta per Bullam prohibita com-

committunt, an in excommunicationẽ incidat. C. XII.

SVMMA:

Conſilium } *Præſtans ad delictũ*
1 *Auxilium* } *committendum mor-*
Fauorem } *tiferè peccat.*

2 *Conſilium, Auxilium, Fauorẽve præſtans ad delictum aliquod committẽdum ex ijs, quæ per Bullam hanc probibentur, in excommunicationem non incidit: quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*

3 *Conſilium, auxilium, fauoremve præſtans ad delictum committendum, vbi & contra hunc excommunicatio fertur, an ante, poſtve delictum in excommunicationem incidat.*

DVodecima quæſtio eſt, an conſiliũ, auxilium, fauoremve p̃ſtans, ijs, qui delicta per Bullam prohibita committunt, in excommunicationem hanc incidat. Quo vt rei huius cognitionem abſolutam habeamus, duo contemplanda ſunt. Primùm, vbi excommunicatio, cenſurave alia in aliquos fertur, ſi quid delicti cõmiſerint, an ii comprehendãtur, qui illud committẽdũ mãdauerint, vel ad id conſilium, auxiliũ, fauoremve dederint. Deinde, eſto non comprehendãtur, quid iuris, ſi expreſſi ſint an ſcilicet in excõmunicationem incidant re non ſecuta, eſto per illos non ſteterit, quominus ea pręſtiterint.

Quoad propoſitas quæſtiones† omnino pro certo habendum eſt, qui delictum faciẽdũ mandant, vel ad illud cõmittẽdũ conſiliũ, auxilium, fauorẽve præſtãt, hos mortiferè peccare. arg. c. cũ quis, verſ. ſi verò iniectio eadem. de ſent. excõ. lib. 6. nam, ſi quis ratam percuſſionem clerici non ſuo nomine factam habuerit, eſto in excommunicationem nõ incidat, tamen hũc peccare ait ibi Romanus Põt. ergo multo magis in caſu noſtro, ex quo delicta p̃hibita grauiſſima ſunt, atque ſic dixit etiam Caiet. in Sum. in ver. excõicatio, c. 47. verſ. Tertiũ eſt, quod dãtes auxilium: & in ver. Reſtitutio. c. 1. verſ. Ingrediendo, ibi conſilium, hoc eſt dans conſiliũ efficax, & Naua. in Man. c. 11. n. 15. verſ. Sextò dicimus viden. vbi cit. Gl. vid. & Tabi. in ver. excõicatio. 5. caſ. 49. ibi: Nam omnia. Hoc præmiſſo.

Quoad

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Quoad primam quæſtionem
2 igitur,†an, qui delictum com mittendum mandauerit,conſilium,fauoremve præſtiterit in excommunicationem incidant. Cõcludo hos in excommunicationem non incidere. Primò,quia verba propriè accipienda ſunt,niſi aliter de mẽte loquentis conſtat,& in potiori ſentẽtia.arg.l. nõ aliter. ff.de leg.3.& l.cùm quęritur. ff.de ſtat.homin. ergo vbi lex excommunicat,qui hoc, illud ve fecit,ij non comprehendẽtur,qui illud delicti mandauerint,ad illudve committendum cõſilium,auxilium,fauoremve præſtiterint; quandoq; dem hi propriè facere non di cuntur.arg.l.1.§. deieciſſe.ff. de vi,& vi armat. ſed fictè, vt dixit optimè Barto. in l.ſed ſi vnus.§.1.nu.2.cum ſeq.vbi de mandante ait.ff.de iniu.;& idẽ viden.in l.ſi is qui pro emptore,& ibi quoque Iaſ.num.348. vbi quæſtio hęc diſputatur,q; per alium facit, an ipſe facere dicatur.ff. de vſuca. Præterea, quoniam ſibi lex vult hos cõprehendi,id exprimit, vt in c. 1.de hom.lib.6.& in c.felicis. de pœn.eod.lib.& in Clem. ſi quis ſuadente diabolo,eod. & in Bulla noſtra multis in locis in c.2.& in cap. 10. & ca.16.& ca.20.ergo aliàs non comprehẽdũtur; alioquin ſuperuacanea eſſet hmõi expreſſio. arg. l.1.ff.ad munic.& contra ca.ſi Papa,de priuileg.li.6. Tertiò, quoniam ſumus in pœnis, ergo benigna interpretatio facienda eſt.arg.c.in pœnis. de reg.iur.lib.6.& l.factum in pœnalibus.ff.eo.etenim in pęnis argumentum à ſimili nõ ſumitur,vt dixit Gloſ.in cit.c.in pęnis. Hinc etſi, qui matrimonium cum conſanguinea affine,monialive contrahit, excõmunicatus eſt per Clem. 1. de conſang. & affinit.non tamen in eam pœnam incidit, qui cũ eiſdem ſponſalia contrahit , vt inquit Gl.ibi in verb.cõtrahere; & hoc ob eam rationẽ, quoniam conſtitutio illa pœnalis eſt. Vbicũque igitur lex facientem excommunicat, ꝑ regula habendum eſt eũ, qui conſulit,mandat, fauet, auxiliatur,non comprehendi,atq; ſic dixit Caiet.in verb.Excõmunicatio.cap.47.no.3.nam, etſi per cit.Clem.1. de conſanguin.& affinit.excommunicãtur,qui inceſtas nuptias contrahunt, non tamẽ inquit eos

com-

comprehendi, qui cõtrahẽtiũ nomine eas contrahunt. Nõ igitur proxenetæ, qui ſtudent has nuptias faciendas; non ſacerdos, q his nuptiis intereſt, iuris illius pœna obligabuntur. Idem dixit Syl. in verb. excommunicatio. 10. nu. 5. verſ. Quartò, ibi; Tertium conſulentes, & Tabien. in verb. excommunicatio. 3. caſ. 49. & Naua. qui ipſos ſequitur in Man. ca. 27. n. 5 1. in quibus locis DD. illi rem hanc tractauerunt: ab hac opinione igitur non diſcedemus, ſed pro regula habebimus conſulentes, fauentes, auxiliantéſque in excommunicationem non incidere.

Excipitur tamen primò, vbi canon eos comprehenderet: hoc autem cognoſcitur, ſi & ipſos nominet, quod factum habetur in c. felicis. de pœn. li. 6. & in c. 1. de hom. lib. eod. & in Clem. ſi quis ſuadente diabolo, de pœn. & in locis allegatis in hac Bulla, atque ſic DD. eiſdem in locis inquiũt.

Secundò excipitur, vbi, etſi vnus canon id non dicit, alius tamen id addit, quod cõtingit canoni ſi quis ſuadente diabolo. 17. q. 4. nam excõmunicat ipſe inicientes manus violentas in Eccleſiaſticam perſonã & tamen comprehẽdit etiam id mandantem, conſulentem, iuuantem, non prohibentem; non quidem vi, ac proprietate verbi, cùm aliud ſit manus inii cere, aliud conſulere, vt per ſe patet, ſed legiſlatoris voluntate, qui ad hos quoque excõmunicationem. ca. ſi quis ſuadente diabolo, pertinere voluit, vt habetur in c. mulieres, & in c. quantæ. de ſen. excom.

Tertiò, vbi lex aliàs inutilis eſſet, cuiuſmodi caſus habetur in c. ſignificauit. de iudæ. nam ibi excommunicantur, qui ad ſaracenos arma deferunt, & in deferentium numero habentur etiam, qui mittũt: ſed hoc & lex ipſa declarauit.

Poſtremò excipitur, quoad aliam pœnam; nam, quòd delinquũt prædicta facientes, & pœna ordinaria non obligantur, ob eam rem extraordinaria ad arbitrium iudicis puniẽtur. arg. l. de cauſis. de off. deleg. & l. 1. ff. de iur. deliber. Hi omnes tamẽ in caſibus propoſitis, vbi eos in excommunicationem incidere diximus, excommunicationem etiã euadunt, vbi iis aut conſuluerũt, aut mandarunt, aut auxilium prę̄ſtiterunt,

prȩſtiterunt, qui ſine ipſis tamen ea delicta cōmittere volebant, eſto conſilium ipſis datum non eſſet, vel mandatum, vt ſenſit Gl. in c. felicis. in ver. fauorem, & in verb. ſimpli. de pœn. li. 6. & in Cle. ſi quis ſuadēte in verb. Defenſauerit. eo. & Naua. in Man. ca. 27. nu. 51. verſ. Quibus addendum, etenim neque ad alias pœnas, & ad reſtitutionem tenentur, niſi auctores fuiſſent, vt delictum fieret, & ſine quibus id factum non fuiſſet, ita dixit Caiet. in Sum. in verb. reſtitutio, cap. 1. verſ. Ingrediendo, ibi: Conſilium hoc eſt dans cōſilium efficax, & Nauarr. in Man. cap 17. nu. 17. ver. Nonò peccat, cum ſeq. Et de quæſtione hac ſatis, aliam aggrediamur.

3 Altera quȩſtio eſt,† an ubi cōſulentium, auxiliantium, fauētiumve canō, ſeu ſententia mentionem facit, an inquam ſtatim atque conſilium, auxilium, fauoremve præſtiterint, in excommunicationem incidant, eſto delictum ſecutū nō ſit, an verò delicto ſecuto. Caiet. in Sum. in verb. Excommunicatio, c. 25. verſ. ibi; Not. 1. ſic tacitò diſtinguit. Aut ſunt prædicti excommunicati acceſſoriè cum facientib. & committentibus delictum; & in hoc caſu, niſi re ſecuta, hos in excommunicationem non incidere ibi: ait. idque meritò; nam acceſſorium naturam ſui principalis ſeqtur, vt dicitur in c. acceſſorium. de regu. iu. lib. 6. ſicut igitur, qui delictū committere volunt, in excommunicationem non incidunt, niſi delicto ſecuto, ita nec p̄dicti. Acceſſoriè autem excōmunicati intelliguntur, qui cum principalibus excommunicantur, vt exempli gratia ſi dicatur excommunico appellantes ad futurum concilium vna cum fautoribus ſuis, & cōſilium, auxiliumque præſtantibus, vt habetur in Bulla Pii II. quam ibi refert Caiet. & acceſſoriè ipſos excommunicatos eſſe ſenſit. Aut ſunt excommunicati vt principales, & tunc in excommunicationem ſtatim incidunt, atque conſilium, auxilium, fauoremve p̄ſtiterunt, vt ſenſit Caiet. ibid. Hanc diſtinctionem ſequitur Nauar. in Man. cap. 27. nu. 51. verſ. Addo, quod refert, & aptius in extrauag. de datis, & promiſſis pro gratia, vel iuſtitia

tia

tia obtinendis not.26.nu.43. verſ. Ad oppoſita reſpondetur; nam in Man.ait referri; an diſponens loquatur principaliter de faciente,& ſecũdario de mandante, aut principaliter de omnibus; in primo caſu ait in excommunicationẽ nõ incidere con ulentem, aut mãdantem, antequam opus fiat, in poſteriori vero ſic. Idem & apertius ait in cit. extrauag. Ego autem ſic diſtinguendum cenſeo. Aut conſtat diſponentem voluiſſe prædictos in excommunicationem incidere ſtatim atque conſilium fauorem, auxiliumve præſtiterũt, eſto ſecuta res nõ ſit,& in hoc caſu huic ſtabimus; tum quòd in claris coniectura opus non eſt. arg.l.continuus. §. cũ ita. ff. de verb.oblig. tum quod excommunicatio ſecundum mẽtẽ proferẽtis obligat; vt DD. concludunt. Conſtare autem intelligo, vbi ex verbis diſponentis id colligitur, qđ multis modis contingere poteſt. Primò ſi hoc exprimat apertè dicendo, ſe velle conſulentes poſt conſilium ſtatim in excõmunicationem incidere, vel re non ſecuta. Secundò loco, ſi tacitò ex verbis colligatur, exempli gratia excõmunicauit conſulentem, non autem faciẽtẽ, vt habetur in Clem. cupientes. §. 1. de pœn. ibi enim religioſi excommunicantur, qui auditoribus ſuadere nituntur, ne decimas ſoluant, eſto auditores à ſoluendis non retrahantur, & non ſoluentes non excommunicantur. Tertiò, ſi æque principaliter, vt delictũ committens, & delictum mandans, excommunicentur, vt habetur in c. 1. de hom. lib. 6. nã ibi excommunicatur tam is, q̃ interficit, quam is, qui interficiẽdum per aſſaſſinos mãdat. Principaliter autẽ intelligo, vbi alternatiue excommunicatio fertur, vt pote, ſi dixerit, vel fecerit, vel mandauerit, vt habetur in eo. c. 1. ibi enim ſtatuitur, vt in ſententiam excõmunicationis incidat, qui interfecerit, vel mandauerit interfici; at in alternatiua ſat eſt partem adimpleri. arg. l. ſi hæredi plures. ff. de cond. inſti. & § hæredi plures, in inſti. de hæred. inſti. idem habetur in c. felicis. de pœn. & in Cle. ſi quis ſuadente diabolo. eod. nam alternatiue excommunicantur offendentes Cardinalem, aut id conſulentes. Aut conſtat di

ſponentem noluiſſe niſi re ſecuta hos in excommunicationem incidere, & in hoc caſu, ob rationes in initio huius q̃ſtionis allatas niſi re ſecuta non incidãt. Id autẽ cognoſcitur. Primò, ſi id exprimatur. Secundò, vbi tacitò ex verbis colligitur, ſcilicet ſi acceſſoriè ipſos excõmunicauerit, ſicut inquiunt Caiet. & Naua. Hoc autem fit, vbi quis excommunicatur cum ſuis fautorib. & conſiliariis, vt habetur in cita. Bulla Pii II. nam, ex quo excõmunicat delictum faciẽtes cũ fautoribus, & cõſiliariis, ſicut facientes ante factum non incidunt, ita nec conſulẽtes, aut fauentes. arg. ca. acceſſoriũ. de reg. iu. li. 6. Aut de mẽte diſponentis non cõſtat, & in hoc caſu concludendum eſt niſi re ſecuta in excommunicationem hos non incidere. Primò, quia ſi is, qui delictum cõmiſſurus eſt, eſto committere propoſuerit, ante delictum commiſſum in excommunicationem non incidit; multo minus, qui conſilium tãtum dedit. Poſtremò, quia ſumus in pęnis, ergo benignior interprętatio facienda eſt, vt ſcilicet in excommunicationem hos non incidere di- camus, antequã res ſecuta ſit. arg. c. odia. & c. in pœnis, cum cit. ibi à Gloſſ. de regu. iur. li. 6. & l. interprętatione. ff. de pę. atque ſic cõcluſit Naua. in extraua. de datis, & promiſſis ꝓ gratia, not. 26. nu. 43. ver. Trigeſimò not. ibi Dantes. Nõ cõſtare autem intelligo, vbi excommunicãtur ſimpliciter facientes, & conſulentes, & huiuſmodi, vt habetur in ead. extrauag. nam ibi excommunicantur facientes, & deinde dãtes ad id conſilium; & tamẽ ipſos in excommunicationẽ non incidere, ibi ait Nauarr. niſi re ſecuta. In hac igitur materia ſic concludendum cenſeo. Et de quæſtione hac ſatis, ad alias veniamus.

De Bulla hac quando obliget. Cap. XIII.

S V M M A.

1 *Bulla hac quãdo obliget, vt eius offendens in eius cenſuram incidat.*

2 *Ignorantia probabilis huius Bulla an excuſet ipſam offendẽtẽ.*

1 Decimatertia quæſtio eſt, †quando Bulla hæc obliget.

get. In quare breuiter dicim⁹ quoad ſe vim obligādi ſtatim habere. poſteaquā promulgata eſt. Id quod hinc patet, quoniam, qui ipſam ſtatim nouit, ſi eam offendat, in excommunicationes eius incidit, nec tē-
2 pus vllum expectādum eſt, ex quo eius expectatio nihil operatur; certus enim certior fieri non poteſt. argu. l. 1. ff. de act. empt. & vt habetur in c. eū q. de reg. iur. li. 6. nam etſi conſtitutiones, vbi aliter cautum non eſt, poſt duos menſes obligant, vt habetur in auth. vt factæ nouæ conſtitutiones, tamē ſcientes obligat, eſto lapſi duo menſes non ſint, vt dixit Gl. in c. 2. in verb. Hactenus de reb. Eccl. non alien. quam ſequtur ibi, & ad hoc eam ſemper allegari ait Phili. Fran. in ver. contractus. in fine, & Gem. in verb. laici. & Abb. in c. 1. n. 11. de poſtul. prælat. & Feli. in ca. 2. nu. 7. verſ. Circa ſecundum, ibi Secundò limita, de conſti. ergo multo magis Bulla hæc cum nullam præſcriptam diē, lex ab homine ve, habeat. Quo ad alios verò, vbi probabiliter ad notitiam ipſorū venit; nam, ex quo præſcriptum tempus nō habet, arbitrarium eſt. arg. l. 1. ff. de iur. delib. & c. de cauſis. de off. de leg. Quare, qđ Romę prius ꝓmulgatur, quā in aliis locis, ob eam rē citius ibi, quam alibi probabile eſt notam fore. Et de quæſtione hac ſatis.

Verùm tan poſteaquam tantum temporis elapſum eſt, vt veriſimile ſit, ad notitiam omnium veniſſe, qui tamen probabilem ignorantiam habet, excuſabitur, quò minus in excommunicationes Bullę incidat? Ego cenſeo, hunc excuſari. Primò, quia ignorantia ꝓbabilis admittitur etiam in cōſtitutionibus, & legibus; poſteaquam promulgatæ ſunt, vt dixit Felin. in eod. ca. 2. nu. 20. ver. Circa quartum & vltimū, de conſti. & Caie. p. 2. q. 90. ar. 4. nā ibi ait, ſi Romæ noua lex promulgetur, & curia ipſa nō procuret, vt promulgatio ad eccleſias cathedrales deueniat; nec prælati, qui ibi ſunt, inſinuant ſuis eccleſiis, accuſari nec apud Deum, nec apud homines ignorantiæ poſſe abſentes neſcios, & ſequitur cū Nauar. in conſ. 1. q. 4. nu. 18. de conſti. li. 1. & nu. 22. & probatur per c. ſi qui mat. acc. u. poſſ. & l. fin. ff. de decr. ab ord. fact.

ergo idem & hic. Poſtremo, quoniam auctor huius Bullæ, &ſi non incognitam fore Bullam hanc iis præſumit,ad quos pertinet,ex quo valuis Eccle. Lateran.& Baſilicæ principis Apoſtolorum eas affigi curauit,vt habetur in 3.p.cap. 5. non tamen prohibet,quin contra pſumptionem hāc ignorātia probari poſſit, & probata admitti pōt, ac debet;nā præſumptio hæc hominis eſt,quæ probationem cōtrariā admittit;vt ſenſit Abb.in c. quanto. nu.3.verſ.venio nunc ad ſecūdū,ibi;etſi male arbitrabitur, corrigetur factum per iudicē appel.de præſum.etenim & p̄ſumptio iuris tantum, quæ itidem eſt illa, quæ probationē contrariam non tollit, vt inquit Abb.in eod.c.quanto. n. 2.verſ.Circa primum,& ſequitur ibi Felin.nu.3.verſ. Et adde probabilis ignorantia, pro batione m contrariā admittit. Qua ratione autem probetur, declarauit Feli.in eod.c.quanto, de præſumpt. Quare ruſtici,& ſimplices homines p̄ſertim,qui in locis iis morantur, vbi Bulla hæc non promulgatur, ſępius excōmunicationes huius Bullę euadent, & ſic remanet diſſoluta. 14. q. an affi ciat ignorantes;nam aut probabilem ignorantiam habēt, & excuſantur;aut non,& tunc ſecus. ſed iam ad alias veniamus.

De excommunicato per hanc Bullam ob delictum notoriū, an vitandus ſit, antequam denuncietur. Cap. XIV.

SVMMA.

1 *Excommunicatus per hanc Bullam an notorius ſit adeo, vt & non denūciatus vitari debeat, propterea quod delictum commiſſum notorium eſt.*

1 Decimaquinta quæſtio eſt,†an, ſi notorium ſit quem delictum aliquod commiſiſſe ex iis,q̄ per Bullā hanc prohibentur,notorium etiam ſit ipſum excommunicatum eſſe, adeo vt vitare eum debeamus,eſto denunciatus non ſit, cum hodie vitare excommunicatū non debeamus,niſi aut notorius, aut denunciatus ſit, ob extrauag.ad euitanda,quā inſeruimus, & declarauimus in Tractatu noſtro de cēſuris,

cap.

cap. 13. §. 7. Tab. 1. vt exempli gratia notorium eſt hæreticũ ſchiſmaticumve quẽ eſſe, an igitur dicendum eſt & notorie ipſum eſſe excõmunicatũ? nam, ſi id eſſet, ſine dubitatione vitare eum deberemus, ob cit. extrauag. Hanc quæſtionẽ mouit Nauar. in c. 22. nu. 6. de Orat. & hor. canon. ſed tamen non apertè rem mihi explicaſſe videtur.

Ego igitur vt abſolutam rei huius cognitionẽ habeamus, ſic diſtinguendum cẽſeo. Aut notorium tantum eſt factum, exempli gratia arma ad chriſtianæ religionis hoſtes, quẽ detuliſſe, ſed notorium nõ eſt hunc nullam excuſationẽ habere, quamobrem id iure fecerit, & in hoc caſu hunc vitare nos non debere concludo; nã, vt quis excommunicatum vitet, non ſolũ requiritur, vt notorium factum ſit, quamobrẽ excommunicatio lata eſt, verũ etiam, & hoc ſcilicet nullam cauſam ipſum habere, quãob rem ſe excuſet, quominus deliquerit, vt id ꝓbauimus in Tractatu noſtro de Cẽſuris in Tab. 1. c. 13. §. 7. n. 4. Quare Iul. Cl. in Pract. crim. li. 5. §. fi. q. 9. ver. Sed aduerte, inquit, vt notoriũ delictũ ſit, non ſat eſſe ipſum delictũ notorium eſſe, verum requiri, vt notorium ẽt ſit delinquentem nullam defenſionem, nullamque excuſationẽ habere, ergo idem hic.

Aut notorium eſt factum ipſum, notorium etiam eſt nullam excuſationem ipſum habere, ſed tamen notorium nõ eſt qui tale delictum fecit, excõmunicatum eſſe, et in hoc ẽt caſu vitare hunc non debemus: eſto enim reliqua notoria ſint, excõmunicatio tamẽ, quæ eſt proxima cauſa, quãob rẽ ipſum vitemus, notoria nõ ẽſt, atq. ſic dixit Nauar. eo. nu. 6. non enim cõſequitur, notorium factum eſt, ergo & pœna eſt notoria, ex diuerſis n. illatio non fit. arg. Papinianus exuli. ff. de min. Quare quod multa per Bullam hanc prohibita ſunt, quæ facile ignorare poſſimus, an ſecũ excõicationem adiunctã habeant, ob eã rem, eſto ſciamus, quem talia commiſiſſe, non idcirco vitare ipſum cogemur, ſi ob id excõicatũ eſſe ignorabimus.

Aut notorium eſt delictũ commiſſum eſſe, item cõmittentem nullam in hoc excuſationem habere, poſtremò pro

tali

tali delicto excommunicatione quē obligari, & in hoc caſu his tribus concurrentib. hunc vitabimus, eſto denunciatus non ſit; quamuis quod raro tria hæc cōcurrūt, raro erit caſus ī quo quē vitare debeam*, pauci enim caſus ſunt, pro quibus excommunicationem latam notorium ſit. Hinc Illuſtriſſimus Toletus in Bulla Cęnæ Domini. excommunicatio. 1. n. 12. inquit, quod licet excommunicētur hæretici, & aliquorum ſectę exprimātur, non tamen ob id ſunt nominatim excommunicati quouſq. ab eccleſia declarentur tales, & propterea nō tenemur eos vitare, quamuis maxime debemus vitare hæreticos propter periculum peruerſionis. In hac igitur quęſtione ſic concludendum cenſeo, ad alia trāſeamus.

De explicatione horum verborum Excommunicamus, & Anathematizamus, quæ habentur in ſingulis capitibus ſecundæ partis. Cap. XV.

SVMMA.

1 *Excommunicamus, & Anathematizamus diuerſa ſunt.*

2 *Excōicamus. Anathematizamus* } *quid ſignificent quoad Bullā hāc.*

3 *Minor excommunicatio quid operatur.*

4 *Maior excommunicatio quid operatur.*

5 *Anathema ſignificat quid deteſtabile.*

6 *Anathematizare ſignificat deteſtari.*

DEcimaſexta quæſtio eſt, an ea verba, quę in ſingulis capitib* ſecundæ partis habentur: Excommunicamus, & Anathematizamus, idē ſignificent, & inter ſe differāt; duo igitur hic conſideranda ſunt. Primū, an diuerſa ſint; id eſt diuerſa ſignificēt. Alterum, eſto diuerſa ſint, quid ſingula ſint, ac ſignificent.

1 Quoad primum igitur † dico diuerſa eſſe inter ſe; tum ꝙ diuerſo nomine nominantur, ergo non idem. arg. l. ſi idem. C. de codicil. tum quòd copula Et, quę ponitur inter ipſa, inter diuerſa poni ſolet, vt ait Gl. communiter recept. in Rubr. ff. de iur. & fact. ignor. Poſtremò probatur id in ca. cum

non

non ab homine.de iud.vbi iubetur clericum incorrigibilẽ prius excommunicari, deinde anathematis mucrone feriri, ergo diuerſa ſunt, atq; ſic ſenſit Naua.in Commentario de datis,& promiſſis pro iuſtitia, vel gratia obtinen.n.20.

2 Quoad alterum† quid ſignificent DD.concludunt, vt inquit Nauar.ibid.per verb.Excommunicamus; minorem excommunicationem ferri, per verbum Anathematizamus; maiorem excommunicationẽ promulgari,& hoc ob cit. ca. cum non ab homine. de iud. Horum ſentẽtia hic nullo modo mihi quadrat; nam, ex quo eodem tempore & maior excõmunicatio fertur, quid minor operabitur, cùm per anathema & id efficiatur, quod minor excommunicatio efficit?

3 † nam minor excommunicatio ſacramentorum cõmunione tantum priuat;

4 † maior verò & ſacramentorũ, & chriſtianorũ communione, vt habetur in c.fin. de cler. excom. min.& in c.pen.de ſent. excõ. Nec obſtat c.cum non ab homine; nam ibi diuerſo tempore minor excõmunicatio fertur,& idcirco operatur; ibi enim Romanus Pontif. docens quomodo agendum ſit cõtra clericũ incorrigibilem, iubet vt prius minori excommunicatione afficiatur; deinde niſi ſe correxerit, maiori; ac demũ vt iudici Eccleſiaſtico tradatur; hic verò ſtatim & excommunicatio,& anathema ferũtur. Quid igitur cõcludendũ?

Ego cenſeo per verbũ excommunicamus; maiorem excommunicationem ferri, per verbum autem Anathematizamus; non cenſuram vllam, ſed maledictionem, ac deteſtationem promulgari,& ob id perinde eſſe, ac ſi dictum eſſet excommunicamus,& Maledicimus, ſiue execramur,& Detemur,& cęt. Primum probatur hinc, quia verbum excommunicare ſimpliciter prolatũ maiorem excommunicationem ſignificat, vt dicitur in ca.pen. de ſent.excom.ergo hic maiorem excommunicationem ſignificabit, ex quo ſimpliciter prolatum eſt, non autem minorem.

5 † Secundum hinc, quoniam verbũ Anathema ſignificat quid deteſtabile,& execrabile,

6 †& ob id verbum Anathematizare ſignificat Deteſtari,& execrari, vt probatur

in

in c.ſi is qui præeſt.11.q.3.& vt nos agimus abundè in c.ſi. §.1.nu.2.Tab.2. vbi quæ vox ſit Anathema, vnde dicta, & quid ſignificet, declarauimus, & in Tab.1.capit.2.§.10.nu.2. & Couar.in c.alma.par.1.§.8. nu.6.verſ.Et receptũ eſt. nam ibi ait: Anathema eſſe ſolemnem maledictionem, quæ fit per execrationes publicas aduerſus excõmunicatum, quo fit, vt anathema propriè excõmunicationem maiorem præmittat. Ecce hic vir hic doctiſſimus ſentit apertè id, quod diximus, verbũ Anathematizare; execrationẽ, ac deteſtationem ſignificare. Immò addit poſt excommunicationem ſequi, quod ꝑpetuo in hac Bulla ſeruatum eſt. Verba igitur hęc ſic interprętabimur; excõmunicamus ſcilicet maiori ex communicatione, & Anathematizamus, ideſt Execramur, ſeu deteſtamur, maledicimuſve. Quę interpratatio hinc etiam plurimũ comprobatur, quòd grauitati delictorũ, de quibus per Bullam agitur, optimè reſpondet, vt ſcilicet; qui delicta hęc commiſſerint, nõ ſolum extra Eccleſiam eiiciantur, quod fit excõmunicatione maiori, verumetiam & maledicti ſint, quod non ſemper cõtingit excommunicatione. arg.c.à nobis.2.de ſent. excõ. cum ſimul ſit. igitur in hac rè ſentit, & ſententiam hanc veriſſimam concludo. Sed de q̃ſtione hac ſatis, ad poſtremã veniamus.

De Auctore huius Bullæ. Cap. XVI.

S V M M A.

1 *Auctor huius Bullæ Clemens Octauus fuit.*

Poſtrema quęſtio eſt † Bullę hui⁹ auctor quiſnam ſit: qui planè Clemẽs Octauus Põtifex Max. eſt, vir cum omni libera li doctrina præditus, & Iuriſconſultus celeberimus: tũ ſanctitate, religioneque præclarus, atque his miſerrimis temporib. in Eccleſia Chriſti Domini gubernanda, eiuſdemq. grege cuſtodiendo, Summus paſtor vigilantiſſimus: de cuius laudib. ſatius eſt, vt ille alter de Africa dicebat, ſilere, q̃ pauca dicere; quamobrem ad ſecundam partem huius Bullæ veniamus; hæc.n.ꝑmiſim⁹, quò dubitationes quaſdam communes, quæ contingere poſſent, tolleremus.

BARTHOLOMAEI VGOLINI EX MONTE SCVTVLO DIOECESIS ARIMINENSIS

Iuriſconſ. ac Barbiani Archipresbyteri Tractatus de Bulla Cœnę Domini.

PARS SECVNDA.

De excommunicatione lata contra Hæreticos, eorum Credentes Receptores, Fautores, Defenſores, & offendentes ob eorum dem libros, & contra Apoſtatas, atque Schiſmaticos. Cap. I.

EXcommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis Patris, & filij, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac noſtra quoſcumque Huſitas, Vuiclepitas, Lutheranos, Zuinglianos, Caluiniſtas, Vgonottos, Anabatiſtas, Trinitarios. Et à chriſtiana fide Apoſtatas, ac omnes, & ſingulos alios Hæreticos, quocunque nomine cenſeantur, & cuiuſcunque ſectæ exiſtant, ac eorum credentes, receptatores, fautores, & generaliter quoſlibet illorũ defenſores; ac eorundem libros Hæreſim continentes, vel de religione tractantes ſine auctoritate noſtra, & ſedis Apoſtolicæ ſcienter legentes, aut retinentes, imprimẽtes, ſeu quomodolibet defendentes ex quauis cauſa, publicè, vel occultè, quouis ingenio, vel colore. Nec non ſchiſmaticos, & eos, qui ſe à noſtra, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis obedientia pertinaciter ſubtrahunt, vel recedunt.

E SVM-

SVMMA.

1 *Hæreſis græca vox eſt, & vnde dicta.*
2 *Hæreſis, nomen vi ſua vitium non ſignificat, ſed Eccleſiæ conſuetudine.*
3 *Hæreſis omnium peſſimam electionem ſignificat.*
4 *Hæreſis catholica fides, ac religio dici non poteſt, & quamobrem.*
5 *Lex chriſtiana diuinitus dicta eſt.*

IN hoc capite excommunicantur hæretici, à fide Apoſtatę, ipſis quacunque ratione fauentes, necnon Schiſmatici; & ob id in quatuor partes diuiditur, quarũ ſecunda incipit ibi. Et à chriſtiana fide. Tertia ibi. Ac eorum credentes. Quarta ibi. Necnõ ſchiſmaticos: de quibus ſingulis agẽdum nobis eſt, quatenus ad rem hanc pertinet, & primò de hęreticis, verum, ne terminos ignoremus, præmittenda hæc ſunt. Primum hæreſis nomen vnde dictum ſit, & quid ſignificet. Deinde quid hæreticus ſit. Tertiò, an ſuperſtitioſi hæretici ſint. Quartò an & blaſphemi, quib. præmiſſis regulã ponemus, qua excommnnicationis huius cognitionem dilucidiorem habebimus.

1 Hæreſis nomen igitur † gręca vox eſt ducta à verbo græco αἱρέομαι οῦμαι, quod ſignificat eligo, vt tradidit Couar. capit. 1. nu. 2. verſ. His accidit, lib. 3. var. reſol. & Alfon. de Caſtr. lib. 1. capi. 1. aduers' hęreſes omnes, & Mar. Socin. Sen. in Rubr. de hæret. n. 6. & Rebuff. in Prax. benef. in expoſit. Bullę Cœnæ Domini, art. 1. in verb. Hęreticos, ibi. Secundò, & Damianus Roſius in Tractatu de hęreſibus agnoſcendis. lib. 1. in principio. Hinc S. Hieronymus relatus in ca. hæreſis. 24. q. 3. ſic inquit: Hęreſis græce ab electione dicitur, quod ſcilicet eam ſibi vnuſquiſque eligit diſciplinã, quam putat eſſe meliorem. Hæc S. Hieronymus. † E- 2 lectio igitur facta ab aliquo de opinione, ac ſecta aliqua hæreſis dicit, & ob id ſua vi vox hæc vitioſa non eſt, vt inquiunt cit. auctores eiſdem in locis, & pluribus id probauit Couar.

Atqui, quòd verba ſecũdum communem vſum loquendi accipiuntur, & quod eam ſententiam habent, quam vſus cõprobauit. arg. l. Labeo. ff. de ſuppel. le. & l. cum de lanionis. §. aſinã. ff. de fund. instruct. & vt tradidit Bart. communiter recept. in l. omnes populi. num. 58. ff. de iuſtit. & iur. Vnde Horat. quem refert

fert Gloſſ.in cit.l.Labeo.in ver. Mutata,inquit,

Multa renaſcentur, quæ iam cecidere;cadentq.

Quæ nũc ſunt in honore,vocabula,ſi volet vſus.

Quem penes arbitrium eſt,
3 & uis,& norma loquendi.† Ob eam rem communi loquendi vſu apud Eccleſiam receptũ eſt nomen hoc Hæreſis electionem omnium peſſimam ſignificare, eam nempe, quæ cõtra chriſtianam, catholicamque fidem eſt.
4 Idque meritò;†nam lex chriſtiana hæreſis dici non poteſt; tum quòd non ab hominibus electa eſt,nec contra ipſam eligere q̃c
5 quam licet;†ſed ab ipſo Deo data eſt, ac diuino numine inſpirãte ab eam profitentibus accepta.Hinc apud Ioan.cap.6.Chriſtus Dominus inquit:Nemo poteſt venire ad me,niſi pater,qui miſit me,traxerit eum; & apud eundem cap.15. Non vos me elegiſtis,ſed ego elegi vos. Hinc Paul.ad Corinth.ſic quoque ait Sermo meus, & p̃dicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientię verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus,& virtutis, vt fides veſtra nõ ſit in ſapientia hominũ, ſed in virtute Dei. Ex quo igitur Deo inſpirante, & reuelante hominibus data eſt, ergo nec ex hominũ arbitrio, nec ex humano ingenio pendet.Tum q̃d eam baptiſmi ſuſceptione profeſſi ſumus,ergo ab ea recedere nobis non licet,aliudve, quod ipſi repugnet,eligere; alioquin hæreticus quis dicitur, & grauiſſimam infamiæ notam incurrit,atque ſic aſſeruit Coua.ibid. ver. verum enimvero,& Alfon. de Caſtr.& Damian.Rol.in cit. locis,& in hanc ſententiam hic accipitur.Hęreſis nomen igitur vnde ductum ſit,& quid ſignificet,& in quam partem hic accipiatur,iam vidimus; modò q̃d hæreticus ſit,explicemus:quod ſecundo loco explicandum nobis propoſuimus.

SVMMA.

1 *Hæreticus quiſnam ſit.*
2 *Hæreſis in eos cadit,qui Baptiſmũ ſuſceperunt.*
3 *Infideles,qui baptiſmum non ſuſceperunt hæretici proprie nõ ſunt.*
4 *Hæreticus quis eſt ex electione.*
5 *Errans in fide hæreticus non eſt.*
6 *Hæreſis eſt contra ea,quæ ſunt fidei.*
7 *Hæreticus ſit is, an Apoſtata,qui in omnibus fidei repugnat.*
8 *Apoſtaſia hæreſis ſpecies eſt.*
9 *Hæreticus eſt is, qui pertinaciter contra fidem aliquid ſentit.*
10 *Pertinax quod modis quis dicatur quo hæreticus ſit.*

11 Dubitans in fide an hæreticus ſit 1

12 Dubitationes, quæ alicui obrepũt, eorum, quæ ſunt fidei, non faciũt hæreticum, ſi ipſis non aſſentiatur.

13 Metu negans fidem verbis, animo tamen eam retinens, an hæreticus ſit. 2

14 Metu negans fidem mortiferè peccat.

15 Animo hæreſim incluſam habẽs hæreticus eſt.

16 Animo hæreſim incluſam habens in excommunicationem latam in hæreticos non incidit.

17 Animo hæreſim incluſam habẽs ſigno aliquo eam exprimens, in excommunicationem incidit.

18 Inquiſitores hæreticorum in excõmunicationem incidunt, ſi odio, amoreve contra hæreticos omittant inquirere.

19 Confeſſarij inquirere diligenter debent, an pœnitentes, qui de fide malè ſentiũt, ſignõ aliquo ſuã hæreſim expreſſerint.

20 Reſeruans ſibi Epiſcopus crimen hæreſis, an intelligatur ſibi reſeruaſſe hæreſim, quam quis animo tantum incluſam habet.

21 Reſeruans ſibi Epiſcopus peccatũ aliquod, an intelligatur reſeruaſſe, quod & animo tantum conceptum eſt.

I.

Secunda quæſtio, quã nobis præmittendam propo- 3 ſuimus, eſt, quid hæreticus ſit. † Hæreticus igitur, vt rem aggrediamur, eſt chriſtianus, qui eligit opinionem contra ea, quæ ſunt fidei Chriſtianæ pertinaciter.

2 Dixi Chriſtianus † quoniã hæreſis, quatenus crimen eſt, infidelitatis ſpecies eſt, ad eos pertinens, qui Chriſti fidem baptiſmo profeſſi ſunt, ſed ei⁹ dogmata corrumpunt, vt dixit S. Tho. 2.2.q.11.art.1.verſ. Reſpondeo dicendum. iunct. Caietan. ibi in principio art. idem Syl. in verb. Hęreſis. 1. num. 4. verſ. Tertiò requiritur, & Alfonſ. de Caſtr. aduerſus omnes hęreſes. lib. 1. ca. 9. verſ. Plurima ergo exigũtur, & Gloſſ. in Clemẽ. vnic. §. fin. in verb. Hæreticum. de vſur. & ſequitur Zabar. ibi. q. 19. & Mar. Soc. Sen. in Rubr. de hæret. nu. 22. & ibi quoque Abb. qui idem ait in c. firmiſſimè. num. 3. eod. & Damian. Roſ. eod. lib. 1. in principi. in definitione hęreſis ea ratione, qua quis hæreſis culpa afficitur, & nonnulli alii, quos refert Couar. cap. 1. nu. 2. verſ. At ſi hęreſim. var. reſol. & nouiſſimè Illuſtriſſimus Tolet. lib. 4. Inſtitutionis ſacerdot. cap. 3. nu. 5. ver. Adhuc opus eſt quarto, & Iuli. Clar. in pract. crim. lib. 5 §. hæreſis. verſ. Ad hoc autem. † quare, 3 qui baptiſmo initiati non ſunt cu-

cuiuſmodi iudęi, & pagani, hæretici propriè dici nequeunt, ſicut inquiunt cit. auctores eiſdē in locis: idq; merito; tum quòd ſi contrarium diceremus, & philoſophi plures, q dogmata plura contra chriſtianam fidem reliquerũt, hęretici dicẽdi eſſent, quòd abſurdum eſt; non enim Platonem, Ariſtotelemve hæreticum proprie quis dicet, tum q de hęretico hic agimus, qui per hanc Bullam excommunicatione punitur; at, qui baptizati nō ſunt, excommunicatione puniri nequeunt, vt probauimus in Tractatu de Cenſuris. capi. 17. §. 5. Tab. 1. Quamuis opiniones eorum chriſtianæ fidei repugnantes hæretici dici poſſint, vt aſſeruit Couar. eod. cap. & ſenſit Damian. Roſ. eo. in definitione hæreſis ea ratione, qua propoſitio hęretica conſtituitur. Chriſtianus ergo vt ſit, requiritur, quò hæreticus quis dicatur, & baptizatus. Nō ergo catechumeni hæretici propriè dici qũt; nec, qui baptizati ſed non ſecundum formam Eccleſię, quippe quia baptizati non ſunt.

4 Dixi Eligi, † quoniam, vt quis hæreticus ſit, hoc etiam requiritur, vt ſciēs contrarium dogma contra fidem habeat, quod fit e

5 lectione. † Quare, qui errore aliquo ductus contra fidem quidpiam ſentit, paratus tamen ad illud omittendum de errore doctus, hic hęreticus non eſt, vt habetur in c. dixit Apoſtolus. 24. q. 3. Sed, qui ſententiam ſuam, q̃uis falſam, atque peruerſam nulla pertinaci animoſitate defendũt, dicitur enim ibi præſertim quam non audacia ſuæ pręſumptionis pepererint; ſed à ſeductis, atque in errorem lapſis parentibus acceperunt; quęrũt autē cauta ſolicitudine veritatē, corrigi parati, cum inuenerint; nequaquam ſunt inter hæreticos deputandi. Hęc ibi S. Augu. Ex quibus patet errantem in fide hæreticum non eſſe, idem dixit S. Thom. 2. 2. q. 11. arti. 2. in reſp. ad tertium argum. & Damian. Roſ. eod. lib. 1. in definitione hęreſis, ea ratione, qua quis hæreſis culpa afficitur. Idq. meritò; nam hęreſim errorem intellectus eſſe inquiunt communiter DD. & Couar. libr. 3. capi. 1. num. 2. var. reſol. & Alfonſ. de Caſtr. cap. 1. contra hęreſes omnes, & Damia. Roſ. eodem in definitione hæreſis ea ratione, qua ex ſe hęreſis eſt.

6 Dixi contra ea, quæ ſunt fidei, † quoniam hæreſis venit contra ea, quę ſunt fidei, vt tradidit id pluribus Alfonſ. de Caſtr. eod. lib. 1. cap. 9. verſ. Deinde poſt fidei ſuſceptam, & S. Thom. 2. 2.

q. 11,

q.11.art.2.verſ.Reſpondeo di-
cendum,& Rebuff. in Prax.be-
neſi.in expoſitione Bullæ Cœ-
næ Domini art. 1.in verb.Hęre-
ticos,& Damian.Roſ.in cita.lo-
7 cis,& DD.communiter.†At q̃d
ſi contra fidei articulos omnes
quis teneret,an & hic hęreticus
diceretur?Nonnulli exiſtimarunt
hunc apoſtatam dici, vt Syl. in
verb.Hęreſis.q.2.nu.4.ver.quar
tò quò ad aliquam veritatem. &
quidam alii,quos refert, ſecutũ
que ſe aliàs fuiſſe inquit Alfon.
de Caſtr.eod.lib.1.cap.9.verſi.
Tertiò, vt quis verè dici poſſit
hæreticus. Contrarium tamen
ſentit idem Alfonſ.ibid. Nã cõ-
ſentaneum non eſt, vt ipſe ait,
eum,qui hæreticus eſt, hæreti-
cum eſſe deſinere hæreſum ad-
ditione,ſicut non deſinit is eſſe
albus,qui albus eſt,albi additio
ne,nec fur furtorum multitudi-
ne.immò ſicut hic magis fur,et
ille magis albus eſt,ita hæreti-
cus hic maximè hęreticus dici
debet.Ego autem ſic diſtinguẽ
dum cẽſeo.Aut quęritur, an ſen
tiens contra omnes articulos fi
dei hęreticus ſit,& ſine dubita-
tione hęreticum hunc eſſe cen-
ſeo:immò magis hęreticum eo,
qui contra articulum aliquem
tãtum ſentit ob rationes, quas
ibidem Alfonſ.reddidit. Aut q̃
ritur,an Apoſtata hęreticus hic
dici debeat;& in hoc caſu ſic ſub
diſtinguendum cenſeo. Aut hic
nihilominus chriſtianum ſe eſ-
ſe intendit,quod faciunt hęreti
ci,qui ſacrarum litterarum ſen
tentiam veram ſe tenere exiſti-
mant,& in hoc caſu Apoſtatam
propriè hunc dici non poſſe cẽ
ſeo;ſicut nec monacus Apoſta-
ta eſt, qui in religione manet,
ſed religionis vota tranſgredi-
tur. Aut aliam ſectam,& religio
nem ſequitur, vt pote ſit turca,
vel iudæus,nec chriſtianus eſſe
deinceps vult;et in hoc caſu hũc
verè apoſtatam eſſe concludo,
& eum,qui vulgò dicitur Rene
gato.Et quoniã,qui omnes ar-
ticulos fidei negat,à chriſtiana
religione hic deficere videtur,
ob eam rem,qui priorem ſentẽ
tiam ſequuntur,apoſtatam hũc
8 nominarunt. † Erit igitur Apo-
ſtaſia ſpecies hęreſis;hæreſis ve
rò genus,quod & infra videbi-
mus.

9 Dixi demum Pertinaciter;†nã
qui pertinaciter contra fidem
ſentit,hęreticus eſt.argu.Clem.
1.§.primò.verſ.Quod ſi quis,de
Summ.Trinit.& Clem.1.§.vlt.
in verb.Pertinaciter. de vſur. &
vt inquiunt Rebuff.eod.art.1.
in verb.Hæreticos,ibi.Secundò
requiritur,& Damian. Roſ. eo.
lib. 1.in principio,in definitio-
ne hęreſis ea ratione, qua quis

hæreſis

hæreſis culpa afficitur: Non ergo infans baptizatus,& apud in fideles nutritus hæreticus eſt, eſto hæreticam opinionem habeat ob ignorantiam, modo edoctus paratus ſit ſe corrigere.

10 Pertinax autem† multis modis quis dicitur. Primum, vbi ſciens aliquid ab Eccleſia definitum eſſe, contrarium tamen ipſe in eo ſentit, hic enim pertinax eſt, quoniam Eccleſiæ definitioni non ſe ſubiicit. Qui ergo, exempli gratia, ſcit Spiritum ſanctũ à Patre,& filio procedere, vel reſurrectionem mortuorum fore de ſententia Eccleſiæ,& contrarium ſentit, hic hæreticus ſtatim eſt, nec expectatur, an corrigi velit; nam, quomodo paratus hic eſt corrigi ab Eccleſia quã tunc ſciẽs manifeſte oppugnat? & cuius definitiones ſciẽs aſpernatur? Vbi ergo ab Eccleſia aliquid pro certò de fide definitũ eſt, qui contra illud ſciẽs ſentit, ſtatim eſt hęreticus, eſto dicat ſe paratum eſſe corrigi, vt aſſeruit,& ꝑ regula hoc poſuit Alfonſ. de Caſtr. eod, lib. 1. capi. 9. verſ. Ceterum circa ea, quę expreſſa ſunt. Item pertinax ille dicitur, qui errat in fide,& edoct⁹ de veritate, contumax tamen in errore perſeuerat, ac propterea eſt hæreticus. Edoctus autẽ ab eo eſſe debet, qui ipſum ex officio docere habet, vt pote vel ab Inquiſitore hæreſis, aut à ſuo Epiſcopo, ita ſenſit, ac declarauit Rebuff. in eod. verb. Hæreticos, ibi; quæret quis. non ergo contumax conſtituetur, ſi à priuata perſona edoceatur. Poſtremò contumax etiam ille dicitur, q aliquid credit, quod ab Eccleſia definitum adhuc nõ eſt; ſed ita credit, vt nolit ſuam opinionem dimittere, eſto Eccleſia cõtrarium definiat, ita dixit, ac declarauit Caieta. 2. 2. q. 11. art. 2. & in Sum. in verb. Hęreſis Hi ergo hæretici ꝓpriè ſunt; hi, quos Bulla pręſens excommunicat: quamuis hęreticorum nomine alii nominentur, quos refert gl. in c. firmiſſimè. de hæret. qui tamen propriè hæretici non ſunt. Verum quid de eo, qui dubitat in fide, an hic hęreticus eſt? Quid de eo itidem, qui ob timorem contra fidem aliquid dicit, animo tamen fidem retinens? Quid demum de eo, qui animo hæreticus eſt, extrinſecus tamẽ ſigno aliquo id non exprimit?

11 Quoad primam quęſtionem,† videbatur dicendum eum, qui dubitat de re aliqua, q̃ ad fidem pertinet, hæreticum eſſe; nã dubius in fide infidelis eſt, vt dicitur in c. 1. de hęret. Ego tamen, vt rem hanc totã dilucidius explicẽ, ſic diſtinguendũ cenſeo.

Aut

Aut hic, qui dubitat de fide, ſeu de aliquo, quod ad fidem pertinet, & Eccleſia tenet, ſcit Eccleſiam ſic credere, ac tenere, & in hoc caſu hæreticus hic eſt; nam non vult ſubiicere ſe Eccleſiæ definitioni, & ſic pertinax eſt, eſto affirmet ſe paratũ eſſe corrigi, atque ſic dixit Caieta. 2. 2. q. 10. art. 2. & in Summ. in verb. Hæreſis, & Nauar. in Man. cap. 11. nu. 22. verſ. Secundò, qui pertinaciter, & Illuſtriſſimus Tolet. lib. 4 Inſtit. Sacerd. cap. 4. nu. 8. & in Bulla Cœnæ Domini Excom. 1. num. 6. verſ. Non ſolum autem eſt hęreticus. & ut nos diximus ſupra proximè. & in hoc caſu loquitur citat. c. 1. de hæret. vt inquit Ioan. Andr. ibi, quẽ refert Abb. etenim, ex quo ſcit, quod Eccleſia credat, ac teneat & nihilominus dubitat, hic pro certo, ac firmiter non credit; at firmiter quis credere debet ea, quæ fidei ſunt, vt habetur in ca. firmiter. de Sum. Trin. & fid. cathol. & vt declarauit Catech. in explanatiõe primæ partis Symboli, & dicitur in Symbol. S. Athanaſ. ibi. Niſi quis fideliter. hic ergo hæreticus erit.

12 Excipitur tamen, †vbi ſubreptio, & dubitatio aliqua de fidei rebus non deliberata, & cõtra voluntatem contingeret, itidem & ſcrupuli; nam in hoc caſu hęreticus hic non eſt, vt dixit Ioan. Andr. in cit. c. 1. de hæret. quem ſequuntur Abb. ibi; & Feli. & communiter receptum teſtatur Nauar. in Man. cap. 11. nu. 22. verſ. Tertiò peccat mortaliter, et Zabar. in Clem. 1. nu. 6. q. 2. de Summ. Trin. et Tolet. eodem numero 8. nam quo dubius in fide hæreticus ſit, duo requiri ait, vt ſit cum pertinacia, et idcirco ſciat determinatum eſſe ab Eccleſia, et de fide, et tamen dubitet. Poſtremo, vt ſit dubium voluntarium: id quod inquit propter ſcrupulos, qui contra voluntatem veniunt, et facit ca. ſed pẽſandum c. d. 6. et c. inter hæc, de pœnit. d. 2. Idque iure merito; tum quod in manu noſtra non eſt, quo minus hi ſcrupuli nobis occurrãt, tũ quod hæreſis eſt electio cum conſenſu, qui conſenſus hic deſideratur: ſecus autem ſi illis aſſentiretur. Aut hic ignorat, quid Eccleſia definierit; et in hoc caſu ſi paratus eſt corrigi; et credit ea quæ credit, Eccleſiam quoque credere, ſine dubitatione hic culpa vacat, et hęreticus nõ eſt, ita tenet Inn. in ca. 1. in fine de ſum. Trin. et Naua. in Man. c. 11. n. 22. verſ. ſcdõ, qui pertinaciter, ibi: Addimus:, vbi et Inn. communiter receptum eſſe teſtatur; nam ex quo credit, quod Eccle-

Eccleſiam credere opinatur, ſuā opinionem fidei Eccleſiæ ſubmittit, vt dixit Inn. ibid. & ſequitur Felin. vbi & Bal. & Cardin. idem ſentientes refert in c. 1. de hæret. Poſtremò id habetur. in c. dicit Apoſtolus. 24. q. 3. Hæreticus igitur hic non eſt; & hoc non ſolum verum eſt, vbi ruſticus, & imperitus eſſet, verum etiam, ſi homo prudēs, & doctus ſit, qui opinionem aliquam contra fidem habeat, exiſtimās Eccleſiam ſic tenere, paratus corrigi edoctus de errore, vt aſſeruit Alfonſ. de Caſtr. cap. 9. verſ. At non idem eſt in prælatis, in tractatu ſuo aduerſus hęreſes omnes. Hinc Ioachim, qui contra Eccleſiam opinionem quandā habuit, pro hæretico habitus non eſt, quoniam ignorāns, & errans eam opinionem habuit, & veritati eam ſubiecit, volens ſe conformare ad ſententiam Eccleſię, vt dixit Zabar. Clemē. 1. num. 6. q. 2. de Sum. Trinit. & habetur in c. 2. eod. Aut ſcit ab Eccleſia determinatum id non eſſe; & in hoc caſu hęreticus nō eſt, ſi opinionem quampiam ſequatur; modo paratus ſit amplecti definitionem Eccleſię, ſi quā faciet, ita dixit Caiet. in Summ. verb. Hęreſis, in verſ. Quantum vero ad ambigua. Hæc aūt, quæ diximus, locum habent in iis, q̄ ad fidem pertinent; nam in aliis, quamcūque opinionem ſequatur, & quocunque animo prædictus ſit, hæreticus non erit, vt dixit Felin. in c. 1. verſ. Tertiò declarat. de hæret. & habetur optimè in c. in quibus. 22. q. 2. In quib. rebus, dicitur enim ibi, nihil intereſt ad capeſcendum regnū Dei, vtrum credantur, an non, & vtrum uera putētur, an falſa, & aliud pro alio putare, non eſt arbitrandum eſſe peccatū; aut, ſi eſt, minimum eſſe, atque leuiſſimum. Hæc ibi S. Auguſti. idem pluribus aſſeruit Alfonſ. de Caſtr. aduerſus hæreſes omnes lib. 1. cap. 1. verſ. Non eſt ergo omnis error; vbi ergo de fide non agitur hæreticus non eſt, nec dici poteſt, quamcunque opinionem quis tueatur, atque ſic DD. communiter concludunt: ſed de priori quæſtione ſatis; iam alteram aggrediamur.

13 Quoad alteram quæſtionem †quid iuris ſit de eo, qui ob metum grauem dicit, facitve quidpiam contra fidem, quam tamē animo retinet, an hæreticus ſit. Caiet. 2. 2. q. 93. arti. 1. quæſtionem hanc diſputans ſenſit hunc hæreticum eſſe, & ob id in excommunicationem incidere. tūquòd, etſi coactus id vult, vel'e tamen cenſetur quoniam uolūtas coacta voluntas eſt. argu. l. ſi mulier.

Digitized by Google

muli erff. quod met. cauſ. tum quòd non excuſatur ab excommunicatione ſtatuti lata contra fures, qui vt obediat domino, furatur: Hęc Caie. Contrariam opinionem tamen ſequitur Syl. in verb. Hæreſis. 1. num. 9. verſi. Sextò quęritur; nam hunc neq. hæreticum eſſe, neque excommunicatum ait, idem aſſerunt Ioan. Tabie. in verb. Hæreticus. num. 3. verſ. Secundò, & Nauar. in Man. cap. 10. nu. 27. & in conſi. 10. de hæret. lib. 5. & Illuſtriſſimus Tolet. lib. 4. Inſtit. Sacerdot. cap. 4. num. 1. cum ſequ. vbi idem ait de eo, qui ira, vel aliquo alio motiuo quid contra fidem facit; & Iul. Clar. li. 5. §. Hæreſis. verſ. ſed nunquid ille, in ſua practica crim. hanc opinionem ego etiam ſequor; & hoc ob eam rationem, quoniam hæretici definitio ei non cõuenit, non enim volens propriè hic dicitur; ergo nec excommunicatione quem Eccleſiam in tanto periculo obligare voluiſſe, q̃ ipſius pietas eſt, veriſimile videtur.

14 Peccat tamen mortiferè; † quis enim potiùs perpeti, quam contra fidem venire quis debet. arg. c. ſacris, de iis, quæ vi met. ve cauſ. fiunt, etenim corde creditur ad iuſtitiam, ore autem fit cõfeſſio ad ſalutem. Immò, qui contrarium aſſerit, hęreſis nomine damnatur, vt dixit Maiol. de irregular. lib. 5. cap. 34. num. 2. vbi hæreſim hanc damnatam ait, Fabio Pontifice, & refert Platina in vita d. Fabii. vide Maiol. qui multa de re hac dicit ibidem. At de quęſtione hac itidẽ ſatis; iam tertiam quæſtionem explicemus.

15 Poſtrema quæſtio hæc eſt, † an hæreticus ſit, qui animo hæreticam opinionẽ incluſam habens nullam tamen externam ſignificationẽ eius dedit. In qua quęſtione duo contemplanda ſunt; primum, an hic proprie hęreticus ſit: poſtremò, an in hæreticorum pœnas incidat.

Quoad primam quæſtionem concludendum eſt hunc hęreticum eſſe; nam huic definitio hęretici conuenit, ponimus enim hunc ſcienter, & pertinaciter opinionem hanc habere, quo caſu hæreticus dicitur, vt ſupra ꝓbauimus; præſertim quòd actus exterior deformitatem maiorẽ interiori non addit. Poſtremò hoc dixit Caie. in verb. Hęreſis, in Summ. Aduerte ſecundò, ait enim ibi, quòd licet hæreticus purè mentalis ſit verè, & ꝓpriè hæreticus. Hæc ibi, ſi ergo vere, & propriè hæreticus eſt, ergo eſt hæreticus; idem inquit. 2. 2. q. 11. art. 3. etenim ſicut fides ꝑficitur

Digitized by Google

ficitur interius, ita & hęreſis, & ſequitur hoc Nauar. in c. cogitationis. num. 10. verſic. Contra quod tamen facit. de pœnit. di. 1. & Tolet. eod. cap. 4. numer. 1. iunct. num. 2. & Clar. eod. verſi. quæro, an occultus hęreticus. Pro certo igitur habendum eſt hunc hęreticum eſſe, & facit cõmunis illa opinio hæreſim eſſe errorem intellectus, vt diximus.

16 Quoad alteram autem † an hæreticus hic in hęreticorum pœnas incidat, exempli gratia in excommunicationem, quæ à iure poſitiuo in hęreticos infert, concludendum eſt hunc non incidere. Primò, quoniam hoc aſſeruit Caiet. in Summ. in verb. Hęreſis, in fine. verſicu. Aduerte ſecundò, & 2.2. q. 11. in art. 3. & 4. verſi. Ex his autem patet primò, & Nauar. in Man. capit. 27. num. 56. verſic. Quinta, & in cita. c. cogitationi. num. 8. verſic. Ex his infertur, vbi quęſtionem hanc diſputauit, & Tabi. in ver. Excommunicatio. 5. caſ. 4. numer. 4. verſi. Quintò, vbi hoc diſputauit, & Armill. in verb. Excommunicatio. 9. in fin. & Ang. in verb. Hæreticus. num. 2. verſi. Sed ſi ſit occultus; & Iacob. de Graff. lib. 4. caſ. conſc. cap. 1. nu. 13. & Couar. in reg. Peccatum. 2. p. in initio. num. 7. & Illuſtriſſimus Tolet. in Bulla Cœnæ Domini, Excom. 1. num. 8. verſ. His ſuppoſitis, qui & hoc communiter receptum eſſe teſtatur eo. cap. 4. numc. 4. pertinent deniq. huc, quę diximus in Tractatu noſtro de Cenſuris. cap. 9. §. fin. Tab. 1. vbi & hoc aſſeruimus. Probatur poſtremò per doctrinam S. Thom. communiter receptam. 1. 2. q. 91. art. 4. nam, ut ibi ait, homo non poteſt de actibus huiuſmodi interioribus iudicare, quoniã latent, ergo nec pœnam inferre; etenim de his poteſt legem facere, de quibus poteſt iudicare; iudicium autẽ hominis non poteſt eſſe de interioribus mótibus, qui latẽt, ſed ſolùm de exterioribus actibus, qui apparent. Hæc ibi S. Thom. ex quibus deinceps infert neceſſariam legem diuinam humano generi fuiſſe; quoniam per illam prauæ cogitationes comprimuntur, ac puniuntur. Quod cùm ita ſit, manifeſtò cõſtat hæreticum hunc, ex quo animo tãtum incluſam hæreſim habet, in excommunicationem à iure poſitiuo latam non incidere, nec ratione alia ab eodem puniri poſſe; eſto igitur perfectum hęreſis delictum ſit, quod mente concipitur, non tamen humana lege puniri poteſt; quoniam ſub iuriſdictionem hominis nõ

cadit quoad forum exterius, ex quo ſua natura occultũ ẽ. Hinc Apoſtolus de his agens inqt ad Corinth. cap. 6. Nolite ante tempus iudicare, quouſque veniat dominus, qui manifeſtabit conſilia cordium: ex quibus verbis patet, quę occulta ſunt, ad exterius forum non pertinere; quod & ſenſit Caiet. 2.2. q. 11. art. 3. & 4. verſi. Ex his ſi quidem, & Tabien. in eod. loco, & innumeri alij, quos refert, ac ſequitur Couar. in reg. peccatum. 2. p. in initio numer. 7. Hæreticus ergo hic in excommunicationem nõ incidet.

17 Excipitur tamẽ† vbi externo ſigno ad id apto & ſufficienti hęreſim hanc ſignificaret; exempli gratia credit hic Eccleſiam poteſtatem non habere iubẽdi, ne ieiuniorum tempore carnibus veſcamur, atque idcirco huiuſmodi temporibus carnib veſcitur; vel rebaptizat pueros, vel alios; quoniã ergo hæreſim hãc animo conceptam hoc pacto explicat, ob eam rẽ, vt hæreticus in excõmunicationem incidet, ita inquiunt Caiet. in Summ. in verb. Hæreſis. & 2.2. q. 11. art. 3. & 4. verſ. Ex his autem patet primò, & Naua. in cit. c. cogitationis. nu. 10. verſ. Secundò infertur, & Armill. eod. vbi ſupra, & Martinus Alfonſ. de Viuald. in Candelabro. p. 2. in explanatiõne Bullæ. caſ. 1. n. 2. & nos in cit. c. 9. §. fi. & Iacob. de Graff. lib. 4. caſ. conſc. c. 1. nu. 13. & Clar. eo. §. hæreſis. verſi. ſed hic incidenter. vel igitur ſolus hic ſit, et nemo alius id ſciat, hunc carnib. veſci, in excommunicationem tamen incidet. Nõ enim per ſe, ſed per accidens occultum hoc eſt: ac propterea lex, quę certa eſt, eum obligat. arg. §. cõditionis. verſ. Quę enim per rerũ naturam ſunt certa, non morantur obligationem, licet apud nos in certa ſint, ita inquit Imperator ibi in Inſt. de verb. obl. namque ſua natura ſcibile, et cognoſcibile eſt, per accidens autem pbari nequit. Vel verbo igitur, vel facto hęreſim q̃s explicet, in excommunicationem incidit, eſto nemo alius eum videat, atq. ſic dixit Naua. in cit. locis.

18 Quare† inquiſitores, qui odio, vel amore, lucrove ducti omittũt inquirere contra aliquẽ de hęreſi ſuſpectũ, quòd illa omiſſione voluntatem ſuam explicant, in excommunicationem incidunt lata per Clem. 1. §. verum, vbi q̃ſtio hæc diſputatur de hæret. atque ſic dixit Caiet. in cit. ver. ex his autem patet. 2.2. q. 11. art. 3. et 4. et Alfon. de Viual. in Cãdelabro, in explanatione Bullæ. caſ. 1. nu. 3. in 2. p.

Ex

19 Ex his,quę diximus,† confeſſarii diligenter animaduertere debent,cum audiunt pœnitentes,qui victi tentationibus diſſentiũt à fide,an verbis,ſignove alio hęreſim illam prodiderint, quò ſciant an in excommunicationem Bullę, aliorumve canonum inciderint,vt hoc adnotauit Caiet.in cit.verſ. Ex his aũt patet primò,ibi:Et propterea oportet confeſſores, & ſequitur Nauar.in eod.c.cogitationis.n. 10.verſ.Tertiò infertur.de pœnit.d.1.nam,ſi ratione quapiam ſuam hæreſim explicarunt,in excõmunicationem in hæreticos latam inciderunt;non autem, ſi eam animo incluſam habuerũt,

20 At quid † ſi Epiſcopus peccatum hæreſis non ob cenſurã,ſed ob peccatum ipſum ſibi reſeruet;an,qui in animo hæreſim incluſam habet,adire,quo abſoluatur,Epiſcopum cogetur? Nã hãc qõnem mouit Caiet. in ci. verſ. Ex his autem patet,& concludit reſeruatum eſſe;nã quodcunque peccatum occultum ſibi Epiſcopus reſeruare poteſt, reſeruatio enim ademptio iuriſdictionis eſt,& nõ pœna; Quid igitur concludendũ?Ego vt generatim rem agã,ſic diſtinguendum cenſeo.Aut peccatũ,quod reſeruatur, ſuam perfectionem omnem habet,ſtatim atque animo tantum cõceptum eſt,vt hæreſis,& inuidia,& in hoc caſu,ſi inuidiam,hæreſimve Epiſcopus ſibi reſeruet,& animo tantũ conceptam reſeruatam eſſe cenſeo, vt dixit Caiet.Nam ea peccata, vt dixi,animo tãtum concepta perfecta ſunt,quæ ſiunt deinceps,ac ſequuntur ex illis, eorum peccatorum effectus ſunt;vt comedere carnes in dieb⁹ ieiunii, calumnias inferre proximo, & id generis.

12 Aut peccatum, † qđ reſeruatur, perfectionem ſuam omnem non habet, vbi animo tantum conceptũ eſt,vt homicidiũ,ſimonia,furtũ,& alia multa: & in hoc caſu,ſi Eps hęc ſibi reſeruet,intelligetur peccata hæc ſibi reſeruare,vbi peccata huiuſmodi perfecta omnino ſunt, vt pote homicidium cõmiſſum, & furtum factum; nã verba in potiorem ſignificationẽ re dubia accipienda ſunt,arg.l. cũ quęritur.ff.de ſtat.hom.de completo peccato igitur intelligetur reſeruatio facta; cuiuſmodi non ſunt prędicta animo tantum cõcepta,vt dixit Nauar.in eo.c. cogitationis.num.10.ver.Contra quod tamen.

Excipio tamẽ,vbi expreſſe cogitationis peccatum ſibi reſeruaret;id enim poteſt, ex quo & peccata cogitationis ad pœnitẽtię forũ pertinent, vt habetur

apud

apud Trid. Syn. ſeſſ. 14. c. 5. verſi. Ex his colligitur, de confeſſione; Nemo tamen id mea ſententia faciet ob animarum periculum. Et hæc notanda ſunt, quoniam non paſſim apud omnes inueniuntur; ac de hæreticis ſatis. Iam ad Idololatras, & ſuperſtitioſos veniamus, & hæretici ſint nec ne, contemplemur; explicato tamen priùs, quid ſuperſtitio ſit, & quotuplex, quod in ſequenti præſtabimus.

S V M M A.

1 *Superſtitio quid ſit.*
2 *Superſtitio duplex eſt.*
3 *Vouens non nere die ſabbati hareticus non eſt.*
4 *Cultum diuinum exhibens creatura hareticus eſt.*
5 *Superſtitiones manifeſtam hareſim quanam ſapiant.*
6 *Lamia haretica ſunt, ſi damonem colant.*
7 *Damoni honorem dulia tribuens hareticus eſt.*
8 *Damonem conſulens de futuris cõtingentibus, de abſconditiſue cordium, hareticus eſt, & manifeſtam hareſim ſapit.*
9 *Damones quare de futuris contingentibus conſulti ambigua reſponſa tribuant.*
10 *Aſtrologi quinam haretici ſint, & in hareticorũ pœnas incidãt.*
11 *Aſtrologi quinam damnati à Sixto Quinto.*
12 *Damonem conſulens de rebus futuris, vel praſentibus, hareticus nõ eſt, peccat tamen grauiſſimè.*
13 *Damonem requirens, vt tentet aliquam, & ad amandum impellat, hareticus non eſt.*

II.

§ Tertia q̃ſtio eſt, an idololatræ, & ſuperſtitioſi hæretici ſint: quàm rem, vt magis explicatam habeamus, prius contemplemur, quid ſuperſtitio ſit, & quotuplex. Superſtitio igi-
1 tur † eſt religio exhibita aut ei, cui non debetur, aut quomodo non debetur, vt colligitur ex traditis à San. Thom. 2. 2. q. 92. art. 1. in reſpõ. propè finem, ibi; ſic ergo ſuperſtitio eſt vitium, & ab Illuſtriſſ. Tolet. libr. 4. Inſtruct. Sacerdotis, cap. 14.
2 Duplex autem † eſt ſuperſtitio. Prima, qua exhibetur diuinus cultus vero Deo, ſed modo indebito; quod contingit, vel vbi perniciosus cultus adhibetur, vel vbi ſuperfluus, qui diuini cultus fini non reſpondet, ita dixit Sa. Thom. 2. 2. q. 93. art. 1. in reſpon. & arti. 2. Perniciosus cultus autem adhibetur, vbi cæremoniæ adhibitæ non conueniunt cum re ſignificata, vt ſi quis modo veteris legis cæremonias adhibeat, quæ venturum Chriſtum ſigni-

ſignificabant, hic planè erraret, & ſuperuacaneū, & inutile hoc eſſet; quoniam, ex quo Chriſtus Dominus iam venit, non conueniunt. Adhibetur etiam perniciolus cultus, vbi alias cęremonias quis adhibet præter eas, quas Eccleſia probauit, ita San. Thom. ibid. ſuperfluus cultus autem eſt, vbi per eum aut Dei gloria non adeſt, ſeu ad Dei gloriam non refertur, ac pertinet; aut mens hominis in Deum nō refertur, nec carnis concupiſcētia reprimitur; aut contra Eccleſię inſtitutionem, communemve conſuetudinem eſt, vt dixit S.Thom. ibid. His ſic præmiſſis; quoad primam hanc ſuperſtitionis ſpeciem ſuperſtitioſus hæreticus non eſt.

3 Quare, † qui vouet nō nere die ſabbati ſimpliciter, vel non pectere caput, hic hęreticus non eſt; nihil enim facit, creditve cōtra fidem; quamuis cultus ſuperfluus ſit, quandoquidem nec ad honorem Dei redundat, neque ad ſubiiciēdam carnem ſpiritui pertinet. Excipitur tamen primò quoad cultū perniciosum, vbi aſſereret cæremonias illas veteris legis vigere; hoc enim cōtra Eccleſiæ declarationem eſt, quę ipſas ceſſaſſe aſſerit, idē & de aliis ſimilibus. Secundò excipitur, quo ad ſuperfluū cultum, vbi aſſereret Eccleſiā hęc prohibere non poſſe, vel cōtra Eccleſiam vtiles eſſe; aliàs autē ſi ex ſimplicitate eas adhibeat, hæreticus non eſt: ac de ſuperſtitionis prima ſpecie hactenus, ad aliam veniamus.

Altera ſpecies ſuperſtitionis eſt, qua exhibetur diuinus cult⁹ ei, cui non debetur; quæ ſpecies ſicut diuini cultus fines diuerſi ſunt, ita & ipſa in plures diuiditur.

Finis autem primus diuini cultus eſt, vt vero Deo reuerentiā exhibeamus; quare † qui creaturæ diuinum cultum latriæ exhibet, hic contra finem hūc facit, & Idolatra dicitur, de qua re agit S.Thom. 2.2.q.94. & Tole. eod. cap. Hic ergo hęreticus eſt; 4

5 † & ſuperſtitio hæc manifeſtam hęreſim ſapit, vt habetur in c. accuſatus. §. ſanè iunct. Glo. de hæret. lib. 6. nam ibi Gloſſ. ait manifeſtam hęreſim ſapere hęc, circa aras idolorum nefarias præces emittere, ſacrificia offerre; idem tradidit Caieta. 2. 2. q. 95. art. 4. verſ. Circa diuinationum, & Ioan. Tabien. in verb. excommunicatio. 5. caſ. 4. nu. 13. nam ibi ait ſuperſtitioſos hoſce hæreticos eſſe, & in excommunicationem incidere, qui honorem latrię exhibent dæmoni ei ſacrificando, adorando, orationes

execrabiles

Digitized by Google

execrabiles effundendo, laudes eius canendo, genua ad eius honorem flectendo; hęc enim manifeſtam hęreſim ſapiunt, vt dixit Tabien. ibid. Idque iure merito; tum quòd hæc agendo fit contra primum præceptum decalogi, quo cauetur, vt alienos Deos non colamus; tum quòd eſt contra articulum primum fidei, in quo proponitur in vnum Deum credendum. Iure igitur hæc faciens hęreticus eſt, & in hæreticorum pœnas incidit, atque ſic dixit Paul. Ghirland. in Tract. de Sortileg. q. 10. num. 5. verſic. Primo caſu. & Tole. eod. cap. 14. num. 6. In omnibus ergo ſortilegiis hęreſis eſt, vbi a-
6 doratio interuenit. Quare † & latriæ hæreticæ ſunt, quę Dæmo-
7 nem colunt. † Item hæreticus quis eſt, & manifeſtam hęreſim ſapit, vbi honorem duliæ Dęmoni tribuit, vt pote tribuendo ei nomen ſanctitatis, vel petendo, & inuocando eum, vt apud Deum pro nobis intercedat, ita dixit Ioan. Tabien. in cita. loco. etenim contra manifeſtam definitionem Eccleſiæ venit, quæ habet dęmones pro reprobatis, & damnatis, & pro Dei hoſtib. eſſe. Ego tamẽ excipio, vbi hęc faceret paſſione aliqua ductus, vt pote Amore, ratione ve alia, quo dæmon ei præſto eſſet, vt ſcilicet impelleret ſuis tentationibus mulierem, virum ve ad ſe amandum, non autem quòd dæmonem tali honore dignũ cenſeret, ſanctumque eſſe illum æſtimaret, atque ſic ſentiunt D. Anto. & Tabien. quos refert, ac ſequitur Iacob. de Graff. libr. 4. decil. caſ. conſc. cap. 1. num. 11. & Tolet. ibidem. & num. 12. Idque merito; tum quod, vt quis hæreticus ſit, vt animo contra fidem credat, neceſſario poſtulari ſupra concluſimus; tum quod qui metu fidem negat, modo cũ animo retineat, hunc hæreticũ non eſſe itidem probauimus, & qui Deum blaſphemat, in hęreticorũ numero non haberi videbimus modo, quę cõtra Deum profert, vera eſſe non credat; q̃uis igitur in caſu noſtro grauiſſimè hic peccet, hæreſis tamen notam nõ incurrit; ac de primo cultus diuini fine ſatis.

Secundus finis diuini cultus eſt, vt quis à Deo, quem colit, de futuris inſtruatur. Quare, q̃ his de rebus, de futuris ſcilicet contingentibus dœmones conſulit, hic in aliam ſuperſtitionis ſpeciem incidit, quæ diuinatio dicitur; per ipſam enim quis dæmones conſulit pactis tacito, vel expreſſe cum ipſis initis; & diuinatio hęc multis modis fit, quos retulit S. Thom. 2. 2. q. 95. art.

8 art.3.In hac autem† ſuperſtitio-
ne hæreticus ille eſt,& manife-
ſtam hæreſim ſapit, vbi ad ea fa
cienda,ſciendave dæmonum o-
pem,conſiliumve poſtulat, quæ
dæmones ſua vi nec ſcire,nec fa
cere queũt:& hoc locum habet,
quacunque diuinationis ſpecie
id facere conetur;etenim crea-
turę tribuere vult,quod creato
ris propriũ eſt,vt inquiunt Pau.
Ghirland.ead.q.10.num.6.ver-
ſi.Secundò autem caſu, & num.
10.& in multis aliis locis ibi, &
Gundiſſaluus de Villadiego in
Tractatu de hæret.q.9.nume.6.
Qui ergo per diuinationẽ, aut
futura contingentia,aut abſcõ-
dita cordis hominum ſcire ten-
tat,hic hæreticus eſt:quandoq;
dem hęc ſcire Dei propriũ eſt;
nam de futuris illud in Euange
lio habetur.Non eſt veſtrum no
ſcere tempora,vel momenta, q̃
Pater poſuit in ſua poteſtate;de
cordium cogitationibus autẽ
illud,Deus ſcrutator cordiũ eſt,
& alibi:ſcrutans corda, & renes
Deus.Hæc igitur Dæmon ſcire
9 non poteſt;† hinc de rebus hu-
iuſmodi conſulti Dæmones ſic
ambigua reſponſa tribuunt, vt
in diuerſas ſententias interpræ-
tatione trahi poſſint: idque a-
ſtute;nam,ſi,quod conſulens vo
lebat, & exiſtimabat, dæmones
reſpondiſſe non euenit,non dę-
mones mendaces,ſed ſe reſpon-
ſi eorum malum interpretẽ fuiſ
ſe fatetur,ac queritur: cuiuſmo
di generis fuit,reſponſum illud;
Ibis redibis non morieris in bel
10 lo.Quare†& hac ratione hære-
tici ſunt Aſtrologi,& chiromã-
tici;qui ex aſtrorum, manuum-
ve inſpectione neceſſariè aliq̃d
futurum ſignificant de futuris
contingentibus,ſecus ſi dicerẽt
id fieri poſſe,ita Paul.Ghirlan.
q.3.num.13.cum ſeq.& q.11.n.
11 16.& num.22.eod.& ob id† Si-
ſtus Quintus hos damnauit in
Bulla incip.Cœli & terrę crea-
tor.In his igitur caſibus quis hę
reticus fit dæmonem conſulen-
12 do.Excipitur†tamen, vbi quis
de præteritis,vel præſentib.dæ
monem conſuleret; nam quòd
hęc à Dęmone ſciri poſſunt, ob
eam rem hæreſim non ſapiunt,
quamuis grauiſſimè peccet, ex
quo communione hoſtis Chri
ſti Domini vtitur, & damnatur
etiam à Siſto V.per eandẽ Bul
13 lam. † Secundò excipitur,vbi
quis à dæmone quærit, quod fa
cere poteſt vt pote tentare mu-
lierem ad amorem; nam & ob
id in Euãgelio tẽtator dicitur,
iuxta illud.Acceſſit tentator, at
que ſic aſſeruit Felin.in Rub.de
hęret.in fine. Item & de ſignis
morbi in infirmo,ſcilicet an ſint
ſalutis,mortiſve ſigna; nam &

hæc medici noſcunt: ſed iam ad tertium diuini cultus finem veniamus.

Tertiò ordinatur diuinus cultus ad dirigendos humanos actus ſecundum inſtitutum Dei, qui colitur, & contra hunc finẽ eſt ſuperſtitio obſeruationum: de quibus eadem ſentimus, quę de proximis nunc diximus. Atqui iã de blaſphemis agamus.

SVMMA.

1 *Blaſphemus an hæreticus ſit.*
2 *Blaſphemiæ hæreticales quanam ſint.*

III.

1 § Poſtrema quæſtio, † quam explicandam, præmittendamque nobis propoſuimus, hæc eſt, an qui Deum blaſphemant blaſphemiis hæreticalib.
2 hęretici ſint. † In qua quæſtione explicandum prius eſt, quænam blaſphemię hęreticales ſint. Blaſphemiæ hæreticales igitur ſunt blaſphemiæ, quæ ſapiunt hæreſim, & quas qui credit, hęreticus eſt; & hoc fit, vbi de Deo aliquid dicitur, ac de ſanctis, quod contra fidem eſt, vt exempli gratia Deum eſſe iniuſtum, Deum non curare mortalia, & ad ſummam, vbi ei tribuuntur, quæ illi non conueniũt, vel adimuntur, quæ ei conueniunt; hęreticum enim eſt aſſerere Deũ iniuſtum eſſe, cùm in pſalmo illud habeatur: Iuſtitię Domini plena eſt terra; ſicut etiam hæreticum eſt aſſerere eundem mortalia non curare, cum eius prouidentia vniuerſa gubernetur; iuxta illud pſalmi: Omnia à te expectant, vt des illis eſcam in tempore oportuno; atq; ſic ſenſit Additio ad Diaz. in Pract. crim. Canon. cap. 110. verſic. Et quia ſępiſſimè, & Thom. Zerol. in Prax. Epiſcop. in verb. caſus, ibi; Blaſphemiæ.

Hoc præmiſſo pro regula habendum eſt blaſphemum regulariter hæreticum non eſſe, atq. idcirco in excommunicationẽ hæreticorum non incidere: nã hęreſis eſt in credendo, non autem in dicẽdo, vt vidimus, & ſępius, qui aliquid contra Deum dicit, ſcit, & credit contrarium eius, quod dicit.

Excipitur tamen, vbi quod dicit etiam crederet, tunc enim hæreticus eſſet, & ob id in excommunicationem incideret, vt dixit Ioan. Bapt. Antonucius in Catecheſi Neapolitana. cap. 16. paulo poſt princip. libr. 4. & cap. 22. num. 4. lib. 2. eod. & Illuſtriſſimus Tolet. libr. 4. Inſtruct. Sacerd. cap. 13. num. 8. nam ait Blaſphemiam cum hæreſi eſſe quan

quando quis aſſentit cum intellectu his, quæ corde, vel ore dicit: id quod dubitationem non habet; q̃s enim inficiabitur hũc hęreticum eſſe, qui Deum iniuſtum aſſerit? caret igitur quæſtio hæc dubitatione; alias igitur hæreticus non erit. Ex his iam patet, quatenus ad rem noſtram pertinet, quinam hæretici ſint; qui quoniam per Bullam excommunicantur, ideo Bullã ipſam aggrediamur: & quoniã in ipſius primo capite hæretici excommunicantur, vt dixi, ideo regulam ponamus, & quatenus pateat, quibuſque quaſi cancellis concludatur, amplificationibus, exceptionibuſque, aperiamus; id quod in ſequẽ. præſtabimus; quam rationem quoq. ad reliquas huius Bullę excommunicationes explicandas perpetuo obſeruabimus.

SVMMA.

1. *Haeretici in excommunicationem huius Bullæ incidunt, quæ regula quatenus pateat, declaratur.*
2. *Huſsitæ hæretici quinam ſint.*
3. *Vuicleſitæ hæretici quinam ſint.*
4. *Lutherani quinam ſint.*
5. *Zuingliani quinam hæretici ſint.*
6. *Caluiniſtæ hæretici quinam ſint.*
7. *Hugonotti hæretici quinam ſint.*
8. *Anabaptiſtæ quinam hæretici ſint.*
9. *Trinitarij quinam hæretici ſint.*
10. *Superſtitioſi in excommunicationem incidunt, ſi ſuperſtitio hæreſim ſapiat.*
11. *Hæreſes plures habens an in plures excommunicationes incidat.*
12. *Hæretici quinam ſint, qui in excõmunicationem non incidunt.*
13. *Suſpecti de hæreſi an in excõmunicationem incidant.*
14. *Hæreticus non eſt, nec in excõmunicationem incidit, qui non credit id, quod ab aliquo Epiſcopo damnatum eſt, & non ab Eccleſia vniuerſali.*

IV.

SPręmiſſis explicatis, iam regulam ponamus, vt polliciti
1 ſumus. † In excommunicationẽ
hanc igitur incidunt primo Huſ
ſitę, Vuicleſitæ, Lutherani, Zuin
gliani, Caluiniſtę, Vgonotti, A
nabatiſtæ, & Trinitarii, vt habe
tur in initio capitis; hi enim om
2 nes hęretici ſunt † Huſſitę à Ioã.
Huſſ. Boemo nominati ſunt qui
in Concilio Conſtantienſi dam
natus, & viuus combuſtus eſt, vt
refert Damian. Roſ. in Tractatu
de hęreſibus agnoſcendis, lib. 3.
in verb. Huſſitæ; huius errores
triginta enumerantur in Bulla
Martini Quinti, incip. Inter cun
ctas paſtoralis curę, lata Conſtã
tiæ Anno Pontificatus ſui pri-

mo Octauo Calen Martij. Vui
3 clefitæ vero† dicti ſunt à Ioanne
Vuiclefo Anglo, qui & ipſe in
eodem concilio Conſtantienſi
damnatus,& combuſtus eſt, vt
ait idem Damian.eod.li. in ver.
Ioann. Vuicleffus,& Rebuff.in
Prax.Benef.in explicatione Bul-
lę cœnæ Domini in verb. Vui-
cleuiſtas.art.1.eius errores qua
draginta quinque enumerãtur
in ead.Bulla Martini Quinti. †
4 Lutherani vero dicti ſunt à Mar
tino Luthero Germano,patria
Iſlibiẽſi,cuius imago Romæ cõ
buſta eſt anno 1526. die 12. Iu-
nii,vt inquit Rebuff.eod.in ver.
Lutheri,& Damian. eod.lib.in
verb.Lutherus,vbi multa de ip-
ſo ſcripſit;eius errores 41. enu-
merantur,ac damnantur à Leo-
ne X.in Bulla.incip.Exurge do-
mine,& iudica cauſam tuam, la
ta Romę anno 1520. decimoſe-
ptimo Calend. Iulii Pontifica-
tus ſui anno Octauo; eundẽ hę-
reticum declarauit in alia Bul-
la incip.Decet Rom. Pont.lata
5 eodem anno tertio Non.Ian. †
Zuingliani dicti ſunt ab Huldri-
co Zuinglio Canonico Conſtã
tienſi,qui aſſeruit in Sacramẽto
Euchariſtiæ non eſſe verum cor
pus,& ſanguinem Chriſti.Item
peccatũ originale non eſſe pec-
catum ſed morbum naturæ, &
alios etiam errores,ita dixit Da
mian.eo.lib.in verb. Zuinglius.
6 †Caluiniſtæ autem dicti ſunt à
Ioan. Caluino Picardo,qui Pau
lo III.Pont.Max.Eccleſiã per-
ſecutus eſt,& Galliam,& Sabau
diam ſuis erroribus infecit,& tã
dem pediculari morbo miſerri-
mus interiit, ita dixit idem Da-
7 mian.eo. in verb. Caluiniſtæ.†
Anabatiſtæ autem ſunt hæreti-
ci,qui pueros baptizatos iterũ
baptizandos aſſerebant:cuius e
roris inuentus fuit Petrus de
Bruis,qui & combuſtus fuit. Et
dicti ſunt Anabatiſtæ,ꝙ idem ſi
gnificat,qđ rurſus baptizãtes,
ἀνα græcè latinè ſignificat Rur
ſus;& baptiſtæ à verbo βαπτίζω,
quod ſignificat Lauo:ab errore
igitur,in quo errant,nominati
ſunt,ita dixit Damian. in verb.
8 Anabatiſtæ eod.†Vgonotti au-
tem an ab Hugone Ludi magi-
ſtro Pariſienſi, an ab Hugone
Capeto dicti ſint,incertum eſt;
illud conſtat nunc ſacramenta-
rios vocari,vt ait idem Damia.
9 eod.lib.in verb.Hugoniſtæ. †
Trinitarii demũ ab hæreſi ſunt
nominati;nam cõtra Trinitatẽ
aſſerebant,vt dixit idem Dam.
eod.lib.in verb. Trinitarii. Hi
omnes ergo hęretici, qui par-
tim nominantur,ab auctoribus
hæreſum,partim ab erroribus,
quos ſequuntur, cuiuſmodi ra-
tione hæretici omnes nominan
tur,

tur,vt habetur.in capi. quidam autem hęretici.24.q.3.in excõmunicationem hanc Bullę inci dunt,& per Bullam hãc excommunicantur.

Secundò excõmunicatio hæc afficit omnes alios hęreticos, quocumque nomine nominentur, & de quacunque ſeta ſint ob verba illa. Ac omnes, & ſingulos alios hęreticos quocumque nomine cenſeantur, & cuiuſcunque ſectę exiſtant; plures enim hæreticorum ſectæ ſunt, & vario nomine nominãtur, ut habetur in eod.cap.quidam autem hæretici,& in l.Ariani. C. de hęret.& Man.& in eod.libr. 3.Damian.Roſ.præterquam qđ alii plures de hæreticis ſcripſerunt:ſat eſt per hanc Bullam omnes excommunicari, qua pœna & antiquo iure affecti ſunt in c. excommunicamus.1.& 2.de hæret.& in c.ad abolendam.eodẽ. Item afficit nõ ſolum,qui in hæreſim iam ortam incidit,verũ etiam,& qui nouam,inuenit; nã Bulla excõicat omnes hęreticos,nec diſtinguit,ergo & hũc.

Tertiò excommunicatio hæc afficit eum hæreticum,qui dubitat de eo,quod ab Eccleſia definitum eſt,quamuis aſſerat ſe paratum eſſe corrigi,vt ſupra probauimus.

Quarto obligat etiam eum,q credit aliquid contra fidem inſcius,& de veritate edoctus ſententiam mutare non vult;ſed in ea pertinax perſeuerat, vt id etiam aſſeruimus.

Quintò obligat hęc excommunicatio hæreticum occultũ per accidens, ideſt eum hæreticum,qui pro tali probari nõ poteſt, quoniam occultus eſt, vt hoc quoque ſupra concluſimus.

10 Sextò afficit etiam eos, † qui ob ſuperſtitiones hæretici ſunt, vt Idolatras, & eos, qui cultum latriæ creaturę tribuunt,vel dæmones de futuris cõſulunt, quę ipſi nequaquam ſcire poſſunt, vt antea declarauimus,& vt dixit Iacob.de Graff.li.4.caſ.conſc.cap.1.num.16.ſicut etiam excommunicatione hac afficiuntur,qui in hęreticales blaſphemias erumpunt,modo verum eſſe cenſeant,ac credant,quod dicunt, vt id quoque ſupra diximus.

Septimò excommunicatio hęc afficit quoſcunque hęreticos,quacunq.dignitate præditi ſint, & ob id vel Eccleſiaſtica, vel ſeculari,vt habetur in Bulla, in ver.Non obſtantib.vel igitur Cardinales,vel Patriarchæ, vel Archiepiſcopi,vel Epi,& multo magis inferiores Eccleſiaſticæ pſonæ; Item vel Imperaores, vel Reges, inferioreſve ſint

in excommunicationem hanc incidunt, ſi in hæreſim aliquam incidant, vt habetur in cit. verſi. Non obſtantibus, ibi, Etiam ſi, vt præmittitur.

Octauò excommunicatio hæc obligat, qui in hæreſim aliquã incidunt; eſto priuilegium habeant, ne poſſint excommunicari per literas apoſtolicas nõ facietes plenam, & expreſſam mẽtionem ſui priuilegii, vt dicitur in eod. verſic. Non obſtantibus, ibi, Etiam continentibus, quòd excommunicari.

Nonò afficit quoſcunque hæreticos, & vbicunque ſint, nam Romanus Pont. catholicę Eccleſiæ Epiſcopus eſt, eique à Chriſto Domino dictum eſt, Paſce oues meas, ac propterea, ex quo de tuenda fide agitur, vniuerſalis Iudex eſt. arg. c. cuncta ꝑ mũdum. 9. q. 3. ob eam rem, ſicut eius canones omnes obligant. c. 1. & c. fin. de conſtit. ita ſententiæ, & excommuniaationes huius Bullæ omnes complectuntur; etenim totus terrarum orbis Romani Põtificis parochia eſt, ac territorium, quoad ea, q̃ ad fidem pertinent. arg. cit. cap. cuncta per mundum. 9. q. 3. Immò, & qui nouam hæreſim inueniret, ex cõmunicatione hac obligaretur; generaliter enim Bulla loquitur; & futurum tempus etiam reſpicit.

Poſtremò excommunicatio hæc afficit non ſolum, qui plures hæreſes ſequitur, verumetiã & qui vnam tãtum; Nam & hic hæreticus eſt, & ob id ſicut Bullæ huius verba ei conueniunt, ita & eiuſdem Bullę excommunicatio, ac pœna. argu. l. 4. §. toties. ff. de damn. infecto.

11 † At q̃d ſi quis in plures hęreſes incidat pro quibus ſingulis excommunicatio lata eſt, an in plures excommunicationes hic incidet? Planè ſentio hunc in plures excommunicationes incidere, in tot ſcilicet, quot ſunt hæreſes, quas ſequitur; tum q̃d plura delicta non tribuunt immunitatem à pœna. argu. l. nunquam plura. ff. de priuat. delict. tum ꝙ ſi in excommunicationem incidit, qui vnam hæreſim ſequitur, ergo & in plures, qui plures amplectitur; contumacia enim multiplicata, & pœna multiplicari debet. argu. cap. at ſi clerici. de iud. tũ quòd, qui eadem percuſſione clericos plures percutit, in excommunicationes plures incidit, vt probauimus in Tractatu noſtro de Cenſuris. capit. 16. §. 3. num. 8. Tab. 1. & ſupra in prima Parte, ca. 8. ſentio igitur hunc in excõmunicationes plures incidere. His igitur rationibus regula hæc amplificatur, iã

exceptio-

Digitized by Google

exceptiones eius ponamus.

12 Primum igitur † in excommunicationem huius Bullæ non incidit hæreticus, qui animo tantum hæreſim incluſam habet, & ſic hæreticus tantum eſt, vt dicitur, mentalis, ſicut probauimus ſupra.

Item in excommunicationē hanc non incidit, vbi Bulla promulgata non eſt, & probabiliter ignoratur. arg. capi. fin. de conſtit. lib. 6. & vt nos probauimus in Tractatu noſtro de Cenſuris. cap. 9. cum ſequ. Tab. 1. Quare, ſi apud Indos chriſtianos factos id contingeret, in excommunicationem hanc ipſi non inciderent; ſi Bullam hanc ignorarēt.

13 Tertiò † in excommunicationem hanc non incidunt, qui hęretici re vera non ſunt, eſto de hæreſi ſuſpecti ſint; nam ſuſpecti huiuſmodi hæretici nō ſunt, vt habetur in cap. excommunicamus. §. qui autem, de hęretic. Non itidem, qui in re, de qua q̄ſtio inter DD. eſt, & de qua Eccleſia non definiuit, opinionem falſam eligūt, modo parati ſint definitioni Eccleſiæ ſtare, ac ſe corrigere; nam hi hæretici non ſunt, vt dixit Innocent. quem refert, ac ſequitur Ioan. Nicol. Arelat. in Tractatu de hæret. not. 15. atque idcirco in excommunicationem non incidunt, quæ in hęreticos lata eſt. Non denique, qui ſuperſtitionibus vtuntur, quę hæreſim coniunctā nō habent ob eandem rationem, & vt dixit Nauar. in conſi. 1. de ſortileg. lib. 5.

14 Poſtremò † in excommunicationem hanc non incidit, qui non credit aliquid, quòd ab aliquo Epiſcopo in ſua diœceſi dānatum eſt; modò ab Eccleſia vniuerſali, vt hęreticum damnatum antea illud non ſit, vt dixit Syl. in verb. excommunicatio. 7. nu. 5. & Tabien. in verb. Excōmunicatio. 5. caſ. 4. nu. 8. verſ. Septimò de illis; etenim non ad Epiſcopos, ſed ad Romanum Pontif. eorum, quę ad fidem pertinent, definitio ſpectat, vt dixit Glo. communiter recepta. in c. quoad tranſlationem, in verb. Reſeruati. de off. legat. & Inn. in c. ad abolendam. in verb. Hęreticos, & Abb. nu. 3. verſi. Not. 2. de hęret. Nec obſtat cit. ca. ad abolendam, vbi hæreticus iudicandus eſſe dicitur, qui tenet cōtra ea, quę Epiſcopus iudicauit; nam intelligitur illud, & locum habet, vbi Epiſcopus conuicit aliquem de delicto, quod hæreſim iam damnatam coniūctam habet; ſi enim declarauit eū ob id hęreticum eſſe, ab omnibus pro hęretico habebitur; ita ſenſit Tabien. ibid. & Innoc. in cit.

c. ac

c.ad abolendam.in verb.Hęre-
ticos;nam inquit Innocen.hęre
ticos,ideſt in hæreſim iam dam
natam,& indubitatam inciden-
tes,aliàs enim, ſi de articulis fi-
dei dubitatio oriretur,& dubiū
eſſet; quis benè. vel malè dice-
ret, hoc ſolum Romana Eccle-
ſia determinat.Hęc Inno.ibi,er
go hæreticus ſolum eſt, qui in
re, quę ad fidem pertinet, & à
Romana Eccleſia damnata eſt,
offendit,non autem ſi ab alio in
feriore Prȩlato: ſed iam de A-
poſtatis agamus,ſeu de excom-
municatione in Apoſtatas lata.

Verſ. Et a Chriſtiana fide Apoſtatas.

SVMMA.

1 *Apoſtaſia quid ſit.*
2 *Apoſtata re non poteſt,qui chriſtianus non eſt.*
3 *Apoſtaſia triplex eſt.*
4 *Apoſtata à fide quinam ſit.*
5 *Lamiæ Apoſtatæ ſunt.*

HIC excommunicantur Apoſtatæ;cuius excōmunicationis cognitionem vt magis abſolutam habeamus,tria præmittēda nobis ſunt. Primùm quid ſit Apoſtaſia,& ob id quid ſint Apoſtatæ.

Deinde quotuplex ſit Apoſtaſia. Tertiò,eſto eius ſpecies plures ſint, de qua Apoſtaſia hic agatur, & quæ puniatur hac excommunicatione.

1 Quoad primum igitur † Apoſtaſia nil aliud eſt, quā defectio à Deo facta ab eo qui chriſtianus eſt,ita ſenſit S.Thom. 2.2. q 12.art.1.& 2.in reſpon. Dixi autem defectio,quoniam Apoſtata deficit à Deo , & vt vulgo dicitur,ſi rebella;quare ob id S. Tho. inquit eam eſſe retroceſſionem à Deo. Dixi a Deo,quoniam,quæ fit ab homine apoſtaſia non dicitur, ſed ſimpliciter rebellio,ſeu defectio. Dixi Ab eo,†qui chriſtianus eſt; quoniā
2 qui ad Deum nūquam acceſſit baptiſmi ſuſceptione,ab eo apoſtatare,ideſt deficere,& retrocedere nequaquam poteſt, vbi enim non eſt habitus, ibi priuatio non datur.argu.l. decem,& ibi communiter not.ff.de verb. obli.Quare infideles,qui Chriſti fidem baptiſmo non ſuſceperunt, de apoſtaſię crimine non puniuntur,vt dixit S.Tho.q.ea. art.2.Ex his iam conſtat, quinam Apoſtata ſit,nam eſt Chriſtianus, qui à Deo receſſit.

3 Quoad ſecundum† triplex Apoſtaſia eſt;nam, ex quo Apoſtaſia eſt diſceſſio quædā à Deo, vt diximus; ſicut tribus modis

cum

eum Deo coniungimur, primò per fidem, deinde per debitam, & ſubiectam voluntatem ad obediendum præceptis eius: tertio per precipua quædam ad ſu pererrogationem pertinentia, per religionis ſcilicet profeſſionem, ſacrive ordinis ſuſceptionem; ita & tribus modis ab eo ſeiungimur. Nam, qui Chriſti Domini fidem relinquit, hic apoſtata à fide dicitur. Qui autẽ diſcedit à religione, quam profeſſus eſt, vel ab ordine, quem ſuſcepit, vt laicus eundo, ac ſe gerendo, apoſtata à religione, vel ab ordine dr̃, vt habet̃ in ca. 1. & in c. 3. & in c. à nobis, & in c. fi. de apoſt. Qui demũ, diuinis mandatis obedire non vult, hic apoſtata à diuinis mãdatis dicitur, ita tradidit S. Thom. ead. q. art. 1. in reſp. & Gloſſ. in c. 1. in verb. Apoſtaſia. de Apoſtat. & Innocen. & Abb. & Mar. Socin. Sen. num. 3. & Paul. Ghirlan. de hæret. q. 2. nu. 8. & Borgas part. 6. de Irregularit. in tit. de Apoſtat. & Maiol. de Irregularit. ca. 34. lib. 5. ſed iam de quibus apoſtatis hic agatur, & qui excommunicentur, explicemus.

Quoad tertium Bulla hac excommunicantur ſolum Apoſtatæ fidei, ideſt, q̃ à fide recedũt; nam excommunicamus, dicitur enim ibi, & cæt. Et à chriſtiana fide apoſtatas; ergo de his tantum agitur, & non de aliis, ex quo apoſtatas à fide tantum nominat; incluſio enim vnius alterius excluſio eſt. argu. c. non ne de preſumpt. & l. cum prætor. ff. de iud.

4 Apoſtata à fide vero† eſt apoſtata, qui relicta Chriſtiana religione ad aliam religionem, ſectamve ſe transfert. Dixi Apoſtata, vt ſub quo genere ſit habeatur. Dixi Relicta religione chriſtiana, & ſic ſimpliciter, & generaliter, quò ſeparetur ab hereticis qui in aliquib. tantũ à Chriſti fide deficiunt; Dixi Ad aliam religionem, ſectamve ſe transferunt, quo ſeparẽtur ab hæreticis, qui in omnibus à chriſtiana religione deficiunt; ſed chriſtianos tamen ſe eſſe eſſent & volunt, non autem ſectam aliam ſequuntur, ac religionem; nam apoſtate, præterquam qđ à Chriſtiana fide deficiunt, ad aliam religionem ſe transferunt, vt probatur in l. cum, qui C. de apoſtat. ibi enim legiſlator pœnam ponens in eos, qui faciunt quem apoſtatare, inquit: Eum, qui ex cultu chriſtianæ religionis in nefariam ſectam, ritumve traduxerit, capite puniendum eſſe. Ecce ibi agitur de apoſtatis à fide, ideſt, qui faciunt à fide apoſtatare, vt habetur ex Ru-

H br.

br. & inquit, Ex cultu chriſtianæ religionis in nefariam ſectã, ritumve traducere;ex quib. verbis apparet duo poſtulari, quo quis apoſtata ſit, primum vt à chriſtiana religione diſcedat;alterum vt ad aliã ſectam ſe transferat;idem habetur in l. 1. C. eo. ibi enim de apoſtatis agẽs legiſlator inquit, ſi quis ex chriſtiano iudæus effectus:ex quib. verbis ad apoſtatam conſtituẽdum duo proximè dicta requiri comprobatur. Idem ſenſit Iul. Clar. in Pract. crim. §. fin. q. 78. ver. Apoſtata;nam ait eum apoſtatare à fide, qui à chriſtiana religione tranſit ad iudaiſmum vel aliam ſectam infidelium. Apoſtata à fide igitur propriè ille dicitur, qui relicta chriſtiana religione ad aliam ſe transfert; cuiuſmodi fuit Iulianus ille apoſtata, de quo in c. Iulianus. 11. q.
5 3. & cuiuſmodi † ſunt lamiæ vulgo dictæ Strighe, q̃ vel tacito profeſſionem per aliquem miniſtrum diabolo, vel expreſſe ipſi dęmoni ſolemniter, vel non ſolemniter faciunt;nam in profeſſione illa chriſtianam fidem abnegant, & ſe dedunt, & conſecrant ipſi diabolo, & eum tanquam verum Principem, & Deũ colunt, atque adorant, vt tradidit id pluribus Paul. Ghirland. in Tractatu ſuo de ſortileg. q. 3. num. 1. cum multis ſeq. & huiuſmodi ſunt, qui a Turcis capti fidem abnegant, & turcæ fiunt, vulgoque dicuntur Renegati. His ſic pręmiſſis, iam regulam vt fecimus antea, ponamus, id quod in ſeq. pręſtabimus.

SVMMA.

1 *Apoſtata fidei in excommunicationem Bullæ incidunt, quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*
2 *Apoſtata hæretici ſunt.*
3 *Apoſtata an in duas excommunicationes incidant, in alterã, quatenus Apoſtata, in alt. iam, quatenus hæretici.*
4 *Apoſtata religionis in excommunicationem incidit.*

I.

§. Vidimus quinam Apoſtatę ſint, de quibus hic agitur, iam, qui in excommunicationem hãc incidant, videamus: id quod regula poſita fiet.

1 In excommunicationẽ hanc igitur † Bullæ Apoſtatę à chriſtiana fide incidũt; nam hos Bulla excommunicat, vt habetur in verſ. Propoſito:idque iure merito;nam & ipſi hæretici ſunt, vt dixit Innocen. in cap 1. nume. 2. verſic. Apoſtata perfidiæ, & Hoſti. quem refert, ac ſequitur Abba. verſi. Qua pœna, & Mar. Socin.

cin.Senior num.3.verſ.Sed quę runt hic DD.de Apoſtat.& Maiol.de Apoſtat.capit.34.in Tractatu de Irregular.& facit cap. contra chriſtianos. de hæret. li. 6.vbi contra hęreticos procedẽdum dicitur.Immò peſtilentiores ipſis hęreticis ſunt: iure igitur & ipſi excommunicantur.

2 Atqui,quòd† Apoſtatæ hære-
3 tici quoque ſunt;an in†duas excommunicationes etiam incidunt,in vnam quòd hæretici;in alterã quòd apoſtatæ ſunt? Nã Bulla hos ambos excõmunicat, vt vidimus.Ego ſentio per Bullam hanc apoſtatas ſemel tantũ excommunicari, & in excõmunicationem vnam incidere. Primò, quia Romanus Pont.ſeparatim eos excommunicat,& ob id hæreticorum nomine eos comprehendi ſe nolle ſignificauit; ergo nec hæreticorum excommnicatione eos affici velle, indicauit; ſeparatorum enim ſeparata debet eſſe ratio.argum.l. Papinianus exuli.ff.de minor. Poſtremò, quoniam apoſtaſia ſpecies hęreſis eſt; ſub ſe enim habet hæreſim in ſpecie, & apoſtaſiam;ac vna ſpecies ſub alia non eſt,vt docuit Philoſophus; ergo pœna impoſita in vna ſpecie ad aliam non transfertur.argu.l.in agris.ff.de acquir.rer.domin.In excommunicationem vnam igitur apoſtatæ fidei incidũt. Quæ regula amplificatur vt ſuperior, nam locum habet,quicunq.ſint huiuſmodi apoſtatæ vel clerici, vel laici,vbicunque ſint, quamcunque ſectam ſequantur;& priuilegium etiam habeant,ne poſſint per apoſtolicas etiam litteras cenſuris irretiri, vt diximus antea de hæreticis.

Excipiũtur† tamen Apoſtatæ 4
religionis,vt ob id, qui dimittunt habitum religionis; nam, etſi ap ſtatæ & ipſi dicuntur, vt habetur in citat.c.de apoſtat.tamen in excommunicationẽ hãc Bullæ non incidunt; & hoc ob eam rationem, quoniam Bulla de Apoſtatis à fide tantum loquitur,ergo non de aliis.arg.c.non ne,de præſumpt.& l.cũ prætor. ff.de iud. excommunicantur tamen per c.2.ne cler.vel mon.li. 6.atque ſic dixit Borgas. de Irregular.p.6.de Apoſtat. nu. 8.

Secundò excipiuntur clerici,qui ſine legitima cauſa habitum clericalem dimittunt; nam nec hi in excommunicationem hanc incidunt,eſto apoſtatæ dicantur,& excommunicari poſſint,vt habetur in tit. de Apoſt.

Poſtremò excipiuntur apoſtatę inobedientię ideſt,qui Romano Pont. vel canonibus non obediunt;nam neque hi hac excommunicatione comprehen-

duntur; quamuis excommunicari poſſint,vt dixit Inn.in c. n. num. 1.de Apoſtat.& Tabie. in verb.Apoſtaſia.nu.7.verſ.Quintò. Quare ob id Apoſtatas hoſ-ſce non propriè apoſtatas eſſe, quidam dixerunt; ſed iam ad alia veniamus.

Verſ. Actorum credentes.

SVMMA.

1 *Credens hæreticorum quiſnam dicatur.*

2 *Credere hæreticis duobus modis cõtingit.*

3 *Credere quem hæreticus duob.modis conuincitur.*

HIc excommunicãtur credentes hęreticorum: verum vt ſciamus, quinã hi ſint, ob eam rem,qui credẽtes hæreticorum dicantur, explicemus. Credens hæreticorum igitur,
1 †quatenus ad rem noſtram pertinet,ille propriè dicitur,q hæreticis credit in illis erroribus, quos habent contra fidẽ, vt habetur in ca.pen.§.fin. de hęret. Credẽtes autem eorum,ſcilicet hęreticorum erroríb.dicitur.n. ibi, hęreticos ſimiliter iudicamus.Hæc ibi,e x quib.patet eos hæreticorum credentes eſſe, q eorum erroribus credunt,idem ſenſit Carer.in Tractatu de hę ret.num.175.verſi.Et nota; ait enim ibi, quòd tales receptatores, fautores,& credentes non puniuntur aliis pœnis in iure non expreſſis,nec pœnis hæreticorum,præter quàm credentes hæreticis contra fidẽ. Ecce hîc manifeſtò apparet credẽtes hæreticorum eos dici, qui contra fidem eis credunt;qui in aliis ergo ipſis credunt, hęreticorum credentes non ſunt, idem ſenſit Tabien.in verb. Excommunicatio.5.caſ.4.nu.12.Verſ.Vndecimò,& Syl.in ver.Hæreſis.n.10. verſ.Septimò,& Angel. in ver. Hæreticus.nu.22.verſi.Quis dicatur credens; de his ergo credẽtibus hic agitur.
2 Credere autem hæreticis † duobus modis contingit,explicitè,& implicitè:explicitè, vbi credentes credunt errorib.ipſorum, & ſciunt quinam errores illi ſint:implicitè verò, vbi credunt idem,quod credunt hæretici,ſed ignorant, quid ipſi credant, ſic enim & in vera fide q s credit explicitè, vbi ſpeciatim nouit quid Eccleſia credat; implicitè,vbi credit,ſed neſcit, q d Eccleſia credat, vt homines idiotę,& ſimplices,ita ſenſit Syl. in verb.Hæreſis. 1.num. 10.verſic.Septimò,& Nauarr.in Man. cap.

cap.27.num.55.verſicu. Tertia, quod verbum Credentes,& Caiet.in Sum. in verb. Excommunicatio.cap.45.& Iac. de Graff. lib.4.deciſ.caſ.conſc.capi.1.nu.22.& Tolet.in Bulla Cœnæ domini,Excom.1.nu.17.Quare, ꝙ tales hæretici etiam ſunt,vt habetur in cit.c.pen.§.fin. de hær. eſto expreſſi non fuiſſent, tamē in excommunicationem hanc Bullæ incidiſſent, fuit igitur potius declaratio hæc,quā neceſſarie expreſſio, vt hoc etiam animaduertit Nauar.ibid. & ſi Caiet.ibidem credentes eos dicat, qui implicitè credant, quæ ipſi credunt,eſto quid credāt,ignorent,quod ratione non caret,ꝙ & ſequitur Iaco.ibid. Qui ergo diceret Caluinum virum bonū fuiſſe, & ſe velle mori in eius fide,quam tamen ignorat, qualis ſit,credens hæreticorum eſt, 1 ex quo ſcit pro hæretico ab eccleſia iudicatum eſſe.

3 Credere autem † duobus modis conuincuntur;verbis, & factis.Verbis,vbi apertè fatentur ſe credere illorum erroribus, vel publicè prædicant,ac defendunt eorum errores.arg.c.ſuper quibuſdam,de verb.ſign. Factis verò, vel quòd ſequuntur eorū ritum,& communionem ab eis accipiunt,vt dixit Ancharan. in c.2.num.2.ver.Secundò,de hæret.lib.6.& Ioan.Tab.ien. in ver. Excommunicatio.5.caſ.4.num.12.verſic.Vndecimò, vel quòd eorum conciones frequentant; nam & hi credere cenſentur, vt ſenſit Gemin.in citat.capi.2. nume.7.verſicu. Sed quid,de audientibus,& ſequitur Feli.apertè in c.excommunicamus.1.nume.5.verſi. Vltimò circa iſtum, de hæret.& Ioann.Nicola.Arelat.in Tractatu de hęret.no.161 quacunque ratione igitur credentes hæreticorum ſint,ad Bullam hanc pertinent. His ita præmiſſis,iam rem ipſam aggrediamur,& regulam de more ponamus.

S V M M A.

1 *Credentes hæreticorum in excommunicationem Bullæ incidunt: quæ regula declaratur, quouſque pertineat.*

I.

§ Præmiſſis iam antea dictis. 1 † In excommunicationem hāc Bullæ igitur hęreticorū credentes incidunt, vt expreſſum hoc habetur in verſiculo propoſito. Quæ excommunicatio amplificatur quatuor illis modis, quos ī priorib.regulis poſuim⁹, quicun

quicunque igitur ſint, vbicunq. morentur, in quocũque fidei errore hæreticis credant, & priuilegium habeant, ne poſſint excommunicari, in huius tamẽ excommunicationem Bullæ incidunt.

Item afficit excommunicatio hęc hęreticorũm credentes, vel explicitè, vel implicite credant; nam credentes ſunt, quacunque ratione credant.

Poſtremò afficit etiam ipſos, vel factis, vel verbis ſe credere fateantur.

Excipiuntur tamen primò, q inſcitia ducti ipſis crederent; vt pote aliquis hæreticus nõdum pro tali habitus, ac declaratus, prædicat errores aliquos iuris idiotis, ac ſimplicibus, qui exiſtimant eum recte ſentire, & recte docere; planè in excommunicationem hi non incidũt; qppe qui hæretici non ſint. arg. c. Apoſtolicę. de cler. excom min.

Item in excommunicationẽ non incidunt, qui ob mortis metum ſe credere illis dicunt, modò fidem animo retineant; quãuis grauiſſime peccent; ſic enim & Petrus Chriſtum Dominum negauit, et Marcellinus idolis thus obtulit.

Tertiò, vbi animo crederent, ſed tamen nulla ratione id exprimerent; ſicuti ſupra de hæretico mentali concluſimus.

Poſtremò, vbi extra fidem ipſis in re alia crederent, vt pote in medicina danda, in dogmate aliquo philoſophiæ, in contractibus, & huiuſmodi; nam non hæreticis credunt, quatenus hęretici ſunt; atque idcirco diſpoſitio huius Bullæ in his locum non habet, atque ſic ſenſit Syl. in verb. Hæreſis. num. 10. verſic. ſeptimam.

Quæ autem diximus de credentibus hæreticorum, eadem ſentimus & de credentibus apoſtatarũ; nã et ipſi hęretici ſunt, vt vidimus ſupra. Præterea poſt hæreticos, et apoſtatas credentes excommunicantur; ergo et ad credentes eorum excommunicatio hæc referri debet; ſed iã de receptatoribus eorumdem agamus.

Verſ. Receptatores.

SVMMA.

1 *Receptator hæreticorum quiſnam dicatur.*

2 *Recipi hæreticus poteſt ob multas cauſas.*

IN hac parte receptatores hęreticorum etiam excommunicãtur. Quam rem vt facilius

1 cilius cognoſcamus, † quiſnam receptator ſit, prius explicemꝰ. Ancharan.in c.2.num.3.verſic. Tertiò quæro.& Gemin.nume. 8.verſi.Sed,qui dicantur,de hęret.lib.6.receptatorem hæreticorum eum eſſe inquiunt, qui ſciens quem hæreticum eſſe,ipſum recipit.

Horum opinio mihi non ſatisfacit, tum quod non diſtinguunt cauſas receptionis; tum quòd declaratio eſt eadem cum declarato. Ego igitur, vt rem paucis abſoluã, quatenus ad rẽ noſtram pertinet, eum receptatorem hęreticorum eſſe ſentio, qui ſciens quem hæreticum eſſe,hęreſis gratia ipſum recipit; ſic enim ſentiunt Caie.in Summ. in verb.Excommunicatio. cap. 2.in fine, & Nauar.in Man. cap. 27.nume.55.verſicu. Quarta,& Tablen.in verb. Excommunicatio.5.caſ.4.num.10.verſic. Nonò,& Iacob.de Graff.lib.4. caſ. conſc.cap.1.nume.26.nam Caieta.inquit receptatorem hæreticorum eum eſſe,qui recipit hęreticum,quatenus hæreticus ẽ: quatenus autem hæreticus eſt, recipi quis nõ poteſt,niſi ob hęreſim recipiatur. Idem inquit Nauar.nam ait receptatores hæreticorum ad effectum incurrẽdi hanc cenſuram eos ſolum dici, qui hęc faciunt eis eo reſpectu,quòd ſunt hæretici: ex quibus verbis facillimè comprobatur hęreticorum receptatorem eum eſſe, qui hæreſis gratia ipſos recipit;idem ſenſit Tablen. in cit.loco:receptator hæreticorum igitur hic eſt, & Tolet. in Bulla Cœnæ Domini. Excom. 1.num.21.vbi ait:Receptatores hæreticorum eos dici,qui in domibus,vel in alio loco eos recipiunt,vt occultent ipſos, ne veniant in manus iudicũ. Et quoniã multis modis receptio hæc fieri poteſt,& ob multas cauſas, ob eam rem hæc duo etiam abſoluamus.

Receptator igitur hic non ſolum intelligitur priuata perſona,quæ in ſuas ędes hæreticum recipit; verum etiam & publica perſona,vt pote princeps terrarum,qui hæreticum vel in ſuam Ciuitatem,regnum,vel prouinciam recipit;nam & hic receptator eſt.Pręterea Bulla ſimpliciter receptatores excõmunicat, nec diſtinguit de loco receptionis;ergo nec nos diſtinguere debemus.arg.l.de prętio.ff.de publ.in rem act. Quare Principes animaduertant, ne ad ſe confugientes hęreticos recipiant, ſi excommunicationem hanc euadere velint.

2 Ob multas itidem cauſas† receptio hæc fieri poteſt ad hære-

ſis

ſis fauorem; nam primò recipi poteſt; quò lateat, liberetur ve à manu iudicis; hic enim receptator dicitur: arg. l. 1. & 2. ff. de recept. & l. 1. §. quod autem prætor ait. ff. de ſeruo corrup. & l. 1. & 2. C. de iis, qui latro. occultat. Item recipi poteſt, vt hæreſim ſuam doceat, & conuenticula faciat; nam & hic receptator heretici propriè dicitur, vt ſenſit Ioann. Tab. in eod. verſ. Nonò, & facit l. conuenticulam. C. de Epiſcopis, & Clericis. Item recipi poteſt hereticus, vt deinceps alio eum tranſmittat, & ſic ob huiuſmodi cauſas. Ad ſummam Receptator hereticorum duob. modis dicitur. Primò, vbi ob heresim eum recipit. Poſtremò, vbi ob aliam cauſam, vt ob amicitiam, vel cognationem, ſed tamen receptio illa in hereſis fauorem redundat; idque meritò cum ob l. 2. ff. de recept. tum quia ſi diceremus primò modo tãtũ receptatorem quem dici, pauci in excommunicationem hãc incidꝫrent. Qui ergo recipit amicum, fratrem, & hm̃õi ne capiãtur, in excommunicationem incidit, quamuis ob amicitiã, vel fraternitatem id faciat. Nec intereſt deinceps, an ei victũ ſubminiſtret. His ſic præmiſſis: iam regulam de more ponamus.

S. V. M. A.

1 *Receptatores hæreticorum in excõmunicationem Bullæ incidunt: quõ regula quouſque pertineat, declaratur.*

2 *Receptator hæreticorum in excommunicationem Bullæ incidit, eſto ſemel tantum recipiat.*

3 *Recipiens patrem, fratrem, amicũ ve, vt hæreticum, in excommunicationem incidit.*

I.

1 In excommunicationem igitur hanc Bullæ incidũt receptatores hereticorũ, quos diximus ob ver. in initio poſitũ: quę regula, vt ſuperiores, amplificatur; nam, vel receptator priuata, publicave perſona ſit, laicus, vel clericus, in excommunicationem hanc incidit.

2 Item receptator in excommunicationem incidit, eſto hæreticus ipſe non ſit; tum quòd Bulla, vt dixi, non diſtinguit, tum quia ſi hæreticus eſſet, & ob hãc cauſam in excommunicationẽ incideret; non enim abſurdũ eſt, vt receptator heretici heretic⁹ non ſit, ſicut & fautor, & defenſor, vt ſenſit Alfonſ. de Caſtr. ad uerſus hereſes omnes. lib. 1. ca. 9. verſ. Quapropter hereticorũ fautores, & defenſores, & Care. de

de hæret.num.162.verſ.Nunc, de receptatoribus.

Tertiò incidit in excõmunicationem receptator hæretici, eſto & ipſe hæreticus ſit;nam ſimpliciter excommunicãtur receptatores hęreticorum, ergo & hæretici receptatores comprehenduntur.argu.l. de prętio.ff. de publ.in rem act. Præterea ſi contrarium diceremus,meliori conditione hæreticus eſſet,quã non hæreticus; quòd abſurdum eſt.Hinc excommunicatum excommunicati communione vti nõ poſſe probauimus in Tractatu noſtro de Cenſuris. Quare hic duabus excommunicationibus irretitus erit,altera,quia hęreticus eſt;altera, quia eſt receptator hæreticorum: pluribus enim excommunicationibus irretitus quis eſſe poteſt, vt aſſeruimus in eod.Tractatu noſtro. ca. 16 §.3.Tab.1.

Quartò receptaror hæreticorum in excommunicationem incidit, eſto deinceps eum peniteat,quòd ipſum receperit, & tradat iudici puniendum; tum quod ſtatim atque eum recepit,in excommunicationem incidit; nam purè excommunicatio per Bullam lata eſt, quo caſu ſtatim obligat.argu.§.omnis ſtipulatio.verſ.Pure,in Inſtit.de verb.obli.& vt nos probauimus in eod.Tractatu ca.13.§.1.Tab. 1.tum quòd ſic de recipiente bãnitum, vt ita dicam, concluſit Nell.in Tractatu de ban.in 3.p. 2.temp.nume.24.& facit, quod dixit Clar.lib.4.recept.ſentẽ.in verb.Emphyteuſis.q.13. verſic. Sed quid ſi emphyteuta.

2 Quintò † in excommunicationem incidit hæretici receptator,eſto ſemel tantum recipiat; nam, etſi nomen hoc Receptator frequẽtiam actus ſignificat, propterea quòd à verbo frequẽtatiuo venit.vt inquiunt Grammatici,tamen hic ſat eſt, vt ſemel recipiat, quò in excommunicationem hanc incidat, vt inquiunt Gemin.in c.2.nu.8.verſ. Sed qui dicantur receptatores, de hæret.li.6.& Rebuff.in Prax. benefi.in explicatione Bullæ cęnæ Domini.art.1.in verb. Et receptatores;& Odoar.conſil. 36. & Ioann. Tabien. in verb. Excommunicatio.5.caſ. 4. nu. 10. in fine,& Syl.in verb.Hæreſis.n. 10.verſic.Septimò.ibi:Receptatores.& Angel.in verb Hęreticus.num.23.ver.Quis dicitur receptator,& Iacob.de Graff.lib. 4.deciſ.caſ.conſc.cap.1.nu. 23.

Sexto in excommunicationem receptator incidit, qualiſcunque ſit hæreticus ,quem recipit;nam Bulla non diſtinguit; ergo nec nos diſtinguere debe-

 mus.

3 mus. Quare † vel parentem, vel filium, vel fratrem hæreticũ quis recipiat, in excommunicationẽ incidet; non enim ratione ſanguinis recipiens excuſatur, vt dixit Gloſſ. in c. excommunicamus. § credentes, in verb. Receptatores, de hęret. quam ſequitur Paul. Ghirland. in Tractatu de hæret. q. 9. nume. 2. Item vel vxorem hæreticam maritus recipiat, vel è contrario vxor maritum, in excommunicationem hanc etiam incidet, vt dixit Carer. in Tractatu de hæret. nume. 169. verſi. An autem liceat vxorem receptare, vbi & quoſdam alios idem ſentientes refert; ac planè, ſi ratione conſanguinitatis id non licet, minus ratione matrimonii. argum. § ſed naturalia, in Inſti. de iur. nat. gent. & ciuil. Item vel amicum hæreticum recipiat excommunicationem hanc non euadet, vt dixit Carer. eod. num. 172. verſic. An autem excuſet, & nonnulli alij, quos ibi refert: idque merito; nã ſi conſanguinitas, quę naturalis amicitia quædam eſt, non excuſat, nec amicitia excuſabit. arg. l. 1. ff. de admin. tut. & l. fin C. de iis, qui ven. ætat. impet. Hæcque locum habent non ſolum vbi intendũt hęreſi eorum fauere; verum etiam, vbi id non intendũt; ſed tamen receptio illa per ſe, & proximè id operatur, vtpote, q a fit, ne in manus iudicum veniãt, ne puniantur, & ad ſummam vt iudicium euadant, vt ſupra id etiam diximus.

Septimò in excommunicationem incidit, etiam ſi hęreticus, quem recepit, hæreſim deinceps abiurauerit; nã pœna excõmunicationis obligat ſtatim ipſum recipientem; eſto igitur hęreticum pœniteat hæreſis, non tamen receptator excommunicatione liber erit, ſed abſolutio neceſſariò poſtulabitur. argum. cap. cùm deſideres. de ſentẽ. excomm. Etenim nec hęreticus ipſe per abiurationem hęreſis ex cõmunicatione ſolutus eſt, ſed eſt opus abſolutione, vt aſſeruit Carer. cum aliis ab ipſo citatis. eod. nume. 173. verſi. Quid autẽ ſi hæreticus.

Octauò in excommunicationem hanc receptator incidit; q cunque hęreticus hic ſit, vel Rex, vel Imperator, vel laicus, vel clericus, & quæcunque perſona ob rationem ſupra allatã, quòd Bulla ſimpliciter loqtur; & quòd agitur de fauore religionis, & ob id eſt hoc amplificandum. argum. l. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumpt. At quid ſi Romanus Pontifex, qui Bullam huiuſmodi tulit, in hæreſim incidiſſet, quod Deus auertat, &

ab

ab aliquo reciperetur, an recipiens, in excommunicationem Bullæ incideret? Ego ſic diſtinguendum cenſerem. Aut ab Eccleſia adhuc toleratur, quia neque notorius, neque hęreticus declaratus eſt,& in hoc caſu receptatorem in excommunicationem Bullæ non incidere cenſeo.argum.cap.cum ſecundũ leges.§.fin.de hæret.libr. 6. & ob extrauag.ad euitanda:non enim eſt veriſimile obligare ſe recipientem voluiſſe;etenim nec ludens aleis cum Epiſcopo in excommunicationem per Epiſcopum latam contra tali ludo ludentem incidit.Quare nec in excommunicationem: aliàs iuris hic incidet.Aut notorius, denũciatuſve hæreticus eſt,& in hoc caſu ipſum recipientem in excõmunicationem incidere cenſeo, modò incorrigibilis ſit;nam tũc ea dignitate priuatur,& vt priuata perſona eſt, pręterea à ſe geſta ante hæreſim valent,ergo & Bulla firma remanebit,& ob id recipiens in excõmunicationem incidet.

Nonò in excommunicationẽ incidit, in quemcunque locum hæreticum quis recipiat, vel in proprium regnum, vel in proprias ędes, vel in prouinciam, vt pmiſſimus,& vel in ſuas vel in alienas ædes recipiat.arg.l.1.§. quod autem.ff.de ſeru.corrupt. & vt Rebuff.ibid.dixit.

Poſtremò ob quaſcumq. cauſas recipiat in fauorem hæreſis: nam ob multas recipi poſſe antea præmiſimus. Hi ergo hęreticos recipiẽdo in excommunicationem huius Bullę incidũt; iam eos, qui hanc pœnam euadunt, ponamus.

S V M M A.

1 *Recipiens hæreticum ob aliã cauſam quàm ob hæreſim, in excommunicationem non incidit.*

2 *Recipiens conſanguineum hæreticum, an exiſtimetur ob hæreſim, conſanguinitatemve recepiſſe.*

3 *Metu recipiens hæreticum in excommunicationem non incidit.*

4 *Ignorans quem hæreticum eſſe in excommunicationem nõ incidit eum recipiens.*

5 *Neceſſitatis cauſa hæreticum recipiens in excommunicationẽ non incidit, ſiue ſit neceſſitas animæ, ſiue corporis, ſiue famæ, ſiue rei.*

6 *Auxilium ab hæreticis recipere poſſumus, quò res noſtras tueamur, etiam contra chriſtianos.*

7 *Neceſſitate aliqua ſi hæreticus pmatur, opem ferre ei poſſumus.*

8 *Famæ laboranti hæretico ſubuenire poſſumus.*

9 *Aegroto hæretico medicinam facere poſſumus.*

10 Hæreticis regno priuatis, ſed adhuc in poſſeſſione exiſtentibus, an licitè opem feramus ad regnum tuendum.

II.

§ Explicatis, qui in excõmunicationem hanc incidũt; iam explicemus, qui eam pœnã
1 euadunt. †Primùm igitur in excommunicationem hanc non incidunt, qui ob aliam cauſam ab hæreſi hæreticos recipiunt; nã cauſa prohibitionis eſt hæreſis, ideſt fauor hæreſis; vbi ergo receptio non fit ob fauorem hæreſis vel in eius fauorem non redundat, recipiens in excommunicationem non incidit, ceſſante enim cauſa prohibitionis ceſſat prohibitio. arg. cap. cùm ceſſante. de appella. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patron.

Quare, qui hæreticum quempiam recipit ob conſanguinitatem, affinitatem, amicitiamve, ac propterea ſi amicum quis ob amicitiam; ſi pater filium, quia filius eſt, & hoſpes, ſi hoſpitem ob id tantum recipiant, in excõmunicationem nõ incidẽt: quoniam fauere hæreſi hi non exiſtimantur, vt ſenſit Nauar. in cõſi. 23. nume. 8. de ſenten. excom. lib. 5. & in Man. capi. 27. nu. 55. verſic. Quarta, ibi; quales multę occurrere poſſunt, & Martinus Alfonſ. de Viuald. in Candelabro. p. 2. in explanatione Bullæ Cœnæ Domini. caſ. 1. num. 8. & 9. & Iacob. de Graff. lib. 4. deciſ. caſ. conſc. num. 26. in fine, ca. 1. Hæc tamen vera ſunt, modo in fauorem hæreſis receptio non redundet; nam ſi receptio eorũ fiat, ne à iudice compræhendantur, vel ne puniantur, vel vt ob has cauſas occultentur, ſecus ẽ, vt ſupra dixi. Receptio igitur hos excuſabit, vbi fauor hæreſis nõ ſequitur, vt pote, quia hoſpitii gratia receptio fit, nullo hæreſis fauore conſequente, ita Tolet. in Bulla Cœnæ Domini excommun. 1. num. 21. cum ſeq.
2 †Atqui an in dubio conſanguineus exiſtimabitur recepiſſe, vt hæreticum, conſanguineumve hęreticum conſanguineum recipiens? Ego cenſeo hunc exiſtimandum eſſe re dubia vt conſanguineum recepiſſe; tũ quod in pœnis benignior interprætatio facienda eſt. ca. in pœnis, & ibi Gloſſ. de regu. iur. lib. 6. & l. interprætatione. ff. de pœ. tum quod re dubia nec dolus, nec delictum præſumitur. argum. l. meritò. ff. pro ſoc. atque ſic ſenſit Nauar. in cita. verſic. Proximè, nam, vbi quis fauet hæretico cognato tamquam cognato, nõ tã quam hæretico fauere cenſeri ait; ergo idem hic, & hæc in fo-

ro exteriori locum habent. In foro autem interiori facillimè ſacerdos id arbitrabitur; nam, vt res eſt & pœnitens fatetur, res diiudicabitur, non autem vt præſumitur, atque ſic de fauente hæreticis ait Nauar. eod. nu. 55. verſic. Quarta, ibi quoad forum autem interius. quare ſi pęnitēs ſe hæreticum recepiſſe fateatur in fauorem hęreſis, in excommunicationem eum incidiſſe ſacerdos iudicabit.

3 Secundò † in excommunicationem non incidit, qui coactus vi, metuve probabili hęreticum recepit, vt dixit Carer. in Tractatu de hæreticis. num. 171. verſi. Limita etiam, vbi & Bald. & alios quoſdam idem ſentientes refert, & Iacob. de Graff. eod. c. 25. etenim & hic non ob hęreſis fauorem recepiſſe apparet. Ac planè, ſi vis pręciſa eſt, quod violentum ſimplex ab Ariſtotele dicitur lib. 3. Moral. nemo iure id dubitabit; nam hic non agere, ſed pati dicitur, vt habetur in c. ſacris, de iis, quæ vi, metuſve cauſ. fiunt, & tacit ca. contra chriſtianos. de hæret. lib. 6. Quare, ſi hæreticus multos ſecū habens alicuius domum ingrediatur, eumque cum familia conſtringat, quod ſuperioribus annis exules hic Barbiani, & in aliis vicinis locis factitabant, nemo ob receptionem hęretici hunc dominum domus in excōmunicationem incidiſſe dicat; quippe, quia non vt hęretico fauit, ſed quòd reſiſtere non potuit, eum recepit. Si vis itidem pręciſa non eſt, ſed mortis metus infertur, niſi recipiatur, planè hunc quoque excuſari cenſeo; non enim veriſimile eſt, iudicem, qui ob oculos æquitatē habere debet. argu. l. quod ſi ephesi. ff. de eo, quod cert. loc. & minus legem, qua cum mitius ágimus, iuribus vulgaribus, minimè omnium Eccleſiam, quæ benigniſſima mater eſt, voluiſſe tanto periculo quē ad excludēdum hęreticum obligari, pręſertim quòd hęreſis gratia id nō facit. Quare ob hanc rationē in excommunicationem non incidunt, qui in locis hęreticorum viuunt, & hæreticorum communione vtuntur: propterea quòd eos expellere nequeūt; excuſantur etiam & terrarū Principes, qui in eorum regnis hæreticos tollerant ob bonum pacis, & quia expellere ipſos non poſſunt; ſic enim & Iulianum Apoſtatam Eccleſia tolleranit, quoniam expellere ipſum non poterat; ob pacem igitur ſeruādam tollerari poterunt, quod & ſenſit San. Thom. 2. 2. q. 10. art. 11. in fine, & Gloſſ. in c. Iulianus. 11. q. 3. &

Nau.

Nauar.in conſi. 1.q.24.in fin.de conſtit.

4 Tertiò † in excõmunicationẽ hanc non incidit, qui hęreticũ recipit,quem hęreticum eſſe ꝓbabiliter ignorat, ita enim ſenſit Gloſſ.in capi.accuſatus. §.ille quoque.in verb.Non poſſet, de hæret.lib.6.& Carer. in Tractatu de hæret.num. 170.verſic.Limita etiam niſi ignorantes;& Ioan.Tabien.in verb. Excommunicatio.5.caſ.4.num. 10.verſic. Nonò,& Syl. in verb. Hæreſis. 1.num. 10.& facit c.quicunque, in verb.Scienter. iunct.Gloſſ.de hæret.libr.6.Idque iure meritò; nam ignorantia hęc facti ignorantia eſt,quæ excuſat,vt habetur in c.ignorantia.de regu.iur. lib.6.& in l.regula.ff.de iur. & fact.ignor.etenim nec qui bannitum recipit, quem talem eſſe probabiliter ignorat;in pœnam ſtituti latam in recipientes bannitos incidit,vt dixit Barto.in l. omnes.2.C.de agricol. & cenſ. & ſequitur Nell.in Tractatu de ban.in 3.part.ſecundi temporis. num.20.Poſtremò lex de re poſſibili eſſe debet. c.erit autẽ lex. d.4. At ſi obligaret ignorantes, eſſet de re impoſſibili, & ſic iniqua,& contra l. impoſſibilium. ff.de reg.iur. Hæc autem ignorantia probabilis eſſe debet, vt diximus,vt probatur.per c.apoſtolicæ.de cler.excomm.min.& c.vt animarum,de conſtit.lib.6. & l.regula.§.ſed facti ignorantia.ff.de iur.& fact.ignoran. & vt dixit Care.in re noſtra in 10. Tractatu num. 170.verſi. Limita etiam,niſi ignorantes, & de recipiente bannitum.Bart. in citat.l.omnes. Et ſcientia in dubio non præſumitur,niſi probetur,vt habetur in c.præſumitur. de reg.iur.lib.6.& vt ait Carer. ibidem.Quare accuſator in articulis proponere, & probare debebit recipientem ſciuiſſe eum hæreticum eſſe, vt dixit Carer. ibid.vbi & quoſdam alios idem ſentientes refert. Excipitur tamen vbi hęreticus aut notori⁹, aut denunciatus eſſet,vt aſſeruit Carer.ibidem:quod tamen mea ſententia locum non habet, vbi & hoc probabiliter ignoraret, quid enim, ſi vbi hæreticus denunciatus eſt,quis abſens erat? quid ſi etiam præſens in lecto graui morbo affectus iacebat? planè in his, & huiuſmodi caſibus, quos tamen ipſe probabit, excuſabitur.argum.c.fin.de his, qui matrimonium accuſare poſſunt:ac planè, ſi re vera ipſum hęreticum denunciatum eſſe ignoraret ; eſto in ciuitate ſit, vbi denunciatus eſt (ſunt enim multi ſimplices,& alii etiam,qui ſua negocia agunt, aliena vero

non

non curant') in excommunicationem hic non incidet: nā hūc recipiendo mortifere nōn peccat,& in maiorem excommunicationem quis non incidet,niſi ob mortiferum peccatum. arg. c.nullus,& c.nemo Epiſcoporū. 11.quę.3. & nos probauimus in Tractatu noſtro de cenſuris, ca. 27.num.2.Tab.2.Immò pro regula habendum eſt nos ad vitādum quempiam criminoſum non teneri,niſi vbi aut denūciatus aut notorius eſt ob extraua. ad Euitanda.

Quartò in excommunicationem non incidit hæreticum recipiens,vbi hęreſis eum pœnituit;nam tunc licitè eum recipimus,quia hæreticus hic propriè non eſt,ſed fuit,& ſic ceſſat cauſa prohibitionis, ergo & ꝓhibitio ceſſare debet. argum.c. cum ceſſante.de appella. Quamuis ſi aut notorius,aut denūciatus fuiſſet, & nondum ab excōmunicatione ſolutus,ob excommunicationem vitare eum deberemus, ne in excommunicationem incidamus,iuxta c. nuꝑ de ſent.excomm.

5 Quintò † in excommunicationem non incidit,qui neceſſitatis cauſa hæreticū recipit, & idcirco,vbi eum recipit,quo ſuæ neceſſitatis ſubueniat,& hoc ob rationem antea latam, quòd non ob fauorem hæreſis recipitur. Et quoniam neceſſitas quadripartita eſſe poteſt,animæ, corporis,famę,rei;ob eam rem quęcunque neceſſitas adſit, quo nobis ſubueniat,hæreticū recipere poterimus:Nam ecce primo ſi puer baptizandus ſit, propterea quod mors impendat,& nō adſit chriſtianus catholicus,qui baptiſmum ei adminiſtret , ne puer ſine baptiſmo è vita hac diſcedat,recipere hæreticum poterimus:immò & rogare debebimus,vt ipſe baptiſmum adminiſtret,ita dixit Ioann. Arela.in Tractat.de hæret.not.34. & nos abunde in Tractatu noſtro de Cenſuris.cap.13.§.16.nume. 4. Tab.1. vbi & quid iuris de pœnitentia,& de aliis ſacramentis eſſet,diſputauimus,atque abſoluimus.

Ob ſalutem noſtram corporis quoque ab hęretico medicinam ægroti recipere poſſumus; vt ſi hęreticus excellens medicus ſit,& alium medicum æquè bonum non habeamus; nam & ab excommunicato eam licitè recipimus,vt in eo. Tractatu id etiam probauimus. Poſtremò hæretico ægroto medicinam facere poſſumus,vt infra probabimus.ſi itidem fame præmamur, nec alium,qui nobis ſubueniat, habemus,recipere hęreticum,q

nobis

nobis ſubueniat, poſſumus; nā neceſſitas legi nō ſubiicitur. arg. c. ꝙ licitū de reg. iur. & c. diſcipulos. de conſecr. d. 5. & non vt hæretico faueatur, ſed vt ſaluti noſtrę conſulatur, recipimus; & facit ca. accuſatus. §. ille quoque, iunct. Gloſſ. in verb. Non poſſit, de hæret. libr. 6. Si quoque, ne quis nos interficiat, veremur, eo rūdem opera, quo nos tueamur, vti poſſumus, vbi aliunde nobis proſpicere nō valemus, etenim vt paulo poſt videbimus, & ad regna, imperia, & res noſtras tuēdas, eorum auxilio licitè vtimur, ad ſummam quæcunq. neceſſitas corporis ſit, ipſorum opem implorare poterimus.

Ob famam, honoremq. tuendum itidem ad eorundem auxilium confugere poſſumus; quid enim, ſi mulieri vis inferatur, & nō habeat, qui uim propulſet? Planè licitè opem & ab hęreticis implorabit, & ſanè ob eam rationem, quoniam non ob hæreſim recipitur.

6 Poſtremò † ob res noſtras tuēdas hęreticos recipere poſſum⁹: idque meritò; nam hic non eorū opera vtimur, quo hæreſi faueam⁹, ſed quo res noſtras tueamur. Quare Imperatores, ac Reges, aliique Principes licitè pro militibus, ac ducibus exercituū in bello hęreticis vtuntur, quo ſua regna & imperia tueantur, recuperentve contra Turcas, vt id pluribus concluſit Anchar. in c. pręſidentes, nu. 3. verſ. Ego autem quæro, de hæret. libr. 6. Immò & contra chriſtianos vbi iuſtum bellum in ipſos geritur, ꝙ feciſſe memoriæ proditum eſt Franciſcum Galliarum Regem contra Carolum Quintum, qui Turcas ſecum habuit, vt refert Nauar. in c. ita quorundam, not. 4. nu. 27. de iudæ. Immò & non exiſtente neceſſitate, ſed ſolum ob vtilitatem, & commodū haberi milites, ac duces hęretici poſſunt, quod feciſſe Carolum Quintum, & Philippum eius filium Hiſpaniarum reges, qui Lutheranis pro ducibus, ac militibus in variis bellis vſi ſunt, vt tradidit Nauar. in Man. capi. 27. nu. 55. verſ. Quarta, vbi et tempore pacis, et belli ob vtilitatē, ac neceſſitatem chriſtianis hæreticos habere licere concluſit; in quatuor igitur his caſibus licitè hæreticos recipiemus.

Econtrario † etiā, quo hęreticis in neceſſitate ſubueniamus, 7 in vno de quatuor modis, licitè eos recipiemus. Nam primo ob animæ ſalutem eos licitè recipimus, ſi hoc animo eos recipiamus, quo reſcipiſcant, et hæreſim relinquant; etenim non modo hic non peccamus, ſed cōtra

potius

potius meremur, atque idcirco in excommunicationem non incidimus.arg.c.nullus,& c.nemo Epiſcoporum.11.q.3.Hinc etſi aliàs, quis excommunicati communione vtẽs in minorem excommunicationem incidit, vt habetur in c. nuper, de ſentẽ. excomm. & vt nos probauimus in Tractatu noſtro de Cenſuris. capi.23.§.12.Tab.2.vbi tamen eius communione vtimur, quò à contumacia reſcipiſcat, eam pœnam euadimus, vt habetur in c.cum voluntate, de ſent.excom.& vt nos in eodem Tractatu egimus;ergo idem & hic.

Quò itidem † ſalutem corporis tueãtur,& ne indignè ea priuentur,licitè opem eis ferimus; ſi enim fame laborant victũ eis præſtare poſſumus,vt dixit Glo. in c.accuſatus.§ ille quoque,in verb.Non poſſit.de hęret. lib.6. nam propter neceſſitatẽ famis aliquid hæretico nos dare poſſe inquit, & eam Gloſſ.ſequuntur nonnulli, quos refert Gemin. ibid. eandem opinionem ſenſit Gloſſ.in c.1.d.30. nam in neceſſitate,quò ad vitæ neceſſaria,patri hæretico magis ſubueniendum eſſe, quàm alteri ait, & eã opinionem communiter receptam eſſe teſtatur Abba.in ca.ſi quis Epiſcopus.num.2.de hęre. ergo pro certo habent hæretico ſubueniri poſſe.Hanc eãdem opinionem,vt in neceſſitate ſub ueniri hæretico poſſimus,ſequitur quoque Carer.in Tractatu, de hęret.num.167. An autem liceat aliquem receptare conſanguineum,eandem ſequitur Nauar.in Man.ca.27.ver.n.55.verſicu.Quarta;ibi,Tum quia tenetur quis, vbi non ſolum id nos poſſe, ſed ad id nos teneri probat. Eandem opinionẽ ego quoque vt veriſſimam ſequor. Primò ob citat.ca.accuſatus.§.ille quoque,de hęret.lib.6. nam ibi dicitur,eũ,qui abiurauit, ſi poſt abiurationem hęreticis munera mittat,vel donet, ſeu fauorẽ ei impendat, qui excuſari non poſſit, relapſum iudicari hunc debere.Hęc ibi:ego noto ea verba ſeu fauorem impendat, qui excuſari non poſſit; nam, ſi vbi fauor,quem impendit, excuſari non poteſt, quia ſcilicet ſit factus cauſa hęreſis, relapſus iudicatur; ergo à contrario ſenſu,quod argumentum validiſſimum dicitur in le.1.& ibi DD. not.ff.de off.eius,vbi fauor excuſari poteſt, puniri non debet, nec pro relapſo haberi; at quæ excuſatio maior eſſe poteſt ei, qui hæreticum recipit, quã neceſſitas famis,& tuendę eius vitæ cauſa,ne famẽ pereat? Planè animæ ſalute excepta,maiorem

Digitized by Google

non reperio, atque ob id Gloſſ. ibi ius illud declarans exemplū de fame poſuit. Secundò facit c. quoniam in fine. 11. q 3. vbi & excōmunicatis ſubueniri poſſe in hoc caſu dicitur humanitatis intuitu, non autem quò in contumacia perſeuerent; ergo idē de hæreticis ſentiendum. Tertiò facit c. paſce. d. 86. vbi dicitur hominem is occidere, qui paſcendo hominem ſeruare potuit, & non pauit: quo iure Nauar. in citat. verſ. Quarta, probat non modo id nos poſſe, ſed etiā ad id teneri. Quartò facit, quoniam per dationem cibi, ac potus non dicitur quis recipere aliquem, vt habetur in le. 1. §. qđ autem ff. de ſeru. corrupt. Accedit postremò ſubuentionē hāc in animę ſalutem redundare; viuendo enim hæreticus fortaſſe reſcipiſcet, quod non fiet, ſi fame in eo ſtatu moriatur: neceſſitate famis igitur ſubuenire illi
9 poſſumus. † Quare ob eaſdem rationes, & eidem morbo affecto medicinis licitè faciemus; & ne aliàs iniuſtè interficiatur, opem feremus. Quod, & de eius pudicitia tuenda ſentimus; nam nec mulierem bannitam adulterare cuiquam licet. Quò ad rem tuendam demum hæretico opē ferre poſſumus, nam ſi priuata perſona ſit, re ſua priuari nō debet, niſi poſtquam hęreticus declaratus eſt, & à Iudice, vt habetur in c. cum ſecundum leges, de hæret. lib. 6. ſi verò publica perſona ſit, vt Rex, vel Princeps priuari regno non poteſt, niſi à ſuperiore, quod factum legimus à Siſto Quinto in Bulla incip. Ab immenſa ęterni regis potentia, & ab aliis Summis Pontificib. vt in c. 2. de re iud. lib. 6. & infra alibi diximus. Quare, antequam hæretici priuētur, licitè eis ſub-
10 uenimus. † At quid ſi ob magnā eorum potentiam regno priuati à ſuperiore, qui poteſt, excludi tamen nequeunt, an licitè hiſce opem feremus ad ſua regna tuenda? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut bellum contra eos Principes priuatos regno motum eſt licitè ab eo, qui poteſt, vt pote auctoritate Romani Pont. & in hoc caſu, quoniā ex parte oppugnātis bellum iuſtum eſt, ob eam rem eis opem ferre non licet; ſicut nec contra iudicem iuſtè aliquem condemnantem, & punientem. Nec facit, ſi dicatur, ſi eis nō ſubueniatur, regno occupato ab oppugnante, ei reſiſti, deinceps nō poterit; quandoquidem mala facienda non ſunt, vt bona eueniant: ſalus enim animæ periclitatur: & nihil prodeſt homini, vt inquit Christus Dominus, ſi vni

uerſum

uerſum mundum lucretur, animæ verò detrimẽtum patiatur. Aut bellum infertur ab alio in damnum ipſius regni, & ſine au ctoritate ſuperioris: & in hoc caſu ne regnum pereat, detrimentumque patiatur, licitè eis opẽ feremus; nam & Romani milites chriſtiani licitè opem ferebant Iuliano apoſtatę, qui ob potentiam regno priuari de facto nõ poterat, ne res publica detrimẽtum pateretur, vt habetur in c. Iulianus. 11. q. 3. Quare, & regno aliquo chriſtianorum ab hęretico aliquo poſſeſſo, ſi ab hoſtib. eius regni oppugnetur, licitè ad illud tuẽdum Principi illi hæretico ſubueniemus.

Sextò in excommunicationem quis non incidit hæreticũ recipiens, vbi Romanus Ponti. id iuberet; nam, ex quo excommunicatio per Bullam ab eo latam eſt, noluiſſe hunc recipientem in excommunicationem incidere veriſimile eſt. arg. l. quidam conſulebant. ff. de re iudi.

Poſtremo in excommunicationem non incidit, vbi quis recipit hæreticum, nec denunciatum, nec notorium; & hoc ob extrauag. ad euitanda, quæ neminem criminoſum vitare nos cogit, niſi notorius, denunciatuſve ſit: id quod & in cenſura irretito locum habet, vt declarauimus in Tractatu de cenſuris capi. 13. §. 7. Tab. 1. vbi eam poſuimus; idq; meritò; etenim ante declarationem, notorietatẽve, vt ita dicam, hęreticus ſuo iure priuari non debet, & ob id neque hoc, quò minus recipiatur. arg. c. cum ſecundum leges, de hæret. lib. 6. ſed iam de fautoribus hæreticorum agamus.

Verſ. Fautores.

SVMMA.

1 *Fautor hæreticorum quis dicatur.*
2 *Fauere in iudicio hæreticis dicitur, qui hæreſis gratia omittit cõtra hæreticum procedere.*
3 *Iudex laicus hæreticorum fautor dicitur, ſi requiſitus non curat, vt conſtitutiones contra hæreticos latæ ſeruentur.*
4 *Statutum faciens, quò inquiſitoris hæreſis officium impeditur, hæreticorum fautor dicitur.*
5 *Iudex nolens exequi ſententiam cõtra hæreticum, hæreticorum fautor dicitur.*
6 *Aduocati, & procuratores, qui ſine licentia hæreticum defendũt, hæreticorum fautores dicuntur.*
7 *Supplicans pro hæretico, hæreticorum fautor dicitur.*
8 *Satelites, ideſt sbirri, qui hæreticos capere nolunt, an fautores hæreticorum ſint.*

9 *Denunciare nolens hæreticum is, ad quem hoc ex officio pertinet, fautor hæreticorum dicitur.*

10 *Laudans hæreticum, fautor hæreticorum dicitur.*

11 *Admonens hæreticum vt fugiat, quia iudex eum capere vult, an hæreticorum fautor dicatur.*

12 *Carcere incluſum hæreticũ illinc eruens hæreticorum fautor dicitur.*

13 *Frangendi carcerem gratia, inſtrumenta præbens hæretico, hæreticorum fautor dicitur.*

14 *Alimenta præbens hæretico ob hæreſim fautor hæreticorũ dicitur.*

15 *Honorans hæreticum quando hæreticorum fautor dicatur.*

16 *Timore honorans hæreticum, an hæreticorum fautor ſit.*

17 *Occultans hæreticum ob hæreſim hæreticorum fautor dicitur.*

18 *Sepeliens hæreticum fauere dicitur hæretico.*

IN hac parte fautores hęreticorum etiam excommunicantur: verum, quo rem hãc abſolutam, & explicatam magis habeamus, duo pmittenda ſunt, primum, quinam fautores ſint; deinde quot modis hæreticis faueri contingat.

1 Quoad primum igitur† DD. Gemin. & Ancharan. in c. quicũque, de hęret. libr. 6. multa non minus cõfuſe, quam obſcurè dicunt. Ego autem fautorem hæreticorum eum eſſe ſentio, qui vel ne ob illud crimẽ oppugnẽtur, ipſis opem fert; vel animum dat, quo in illo crimine perſeuerent; vel, vbi eos ab eo vitio auocare, ex officio ve caſtigare poteſt, ipſos tolerat, aut alimenta, ſumptusve præſtat, de habitationeve eos accommodat. Ac prior is ſcilicet, qui opem fert, ne ob hæreſis crimen oppugnẽtur, quod fautor ſit, cum per ſe id conſtet, probatione nõ eget, ſicut nec ſecundus, qui animum in eo crimine perſeuerandi dat. Is denique, qui poteſt ab eo crimine ipſos auocare punireve ex officio, & hæc non facit, quòd hic fautor ſit, probatur in c. qui poteſt obuiare. 23. q. 3. Qui poteſt obuiare, & perturbare peruerſos, dicitur enim ibi, & non facit, nihil eſt aliud, quam fauere impietati eorum. Hæc ibi, ex quibus apertè habetur eum malis fauere, qui ipſis non obſtat. Idẽ habetur in c. quantæ. de ſenten. excom. Eos delinquentes fauere interpretamur, ait enim ibi Romanus Pont. qui, cum poſſint, manifeſto facinori definunt obuiare. Hæc ibi; Non eſt igitur quòd de hoc dubitemus; hi ergo hæreticis fauere dicuntur. hi eorum fautores nominãtur: ſed iã de modis, quibus hęreticis

reticis fauetur, agamus; quod ſecundo loco præmittendum eſſe polliciti ſumus.

Modi ergo, quibus hęreticis fauetur, plures ſunt; ſed quoniã partim in iudicio, partim extra iudiciũ habẽtur; iõ pri⁹ de prioribus, deinceps de aliis agam⁹.

2 In iudicio igitur† primo fauet hęreſis inquiſitor, qui hæreſis gratia omittit contra hęreticũ procedere, ſcilicet non capiendo, in carcerem non coniiciendo, vbi poteſt, ita Tolet. in Bulla Cœnæ Domini Excom. 1. num. 20. Id quod locũ habet, vbi primum hoc efficere poteſt; nam ſi ſine cauſa moratur, in excommunicationẽ incidit; hoc enim agendo pro certo fauere hęretico dicitur. argum. cit. c. quantæ. de ſent. excomm. & vt inquiunt Gemin. in c. 2. num. 10. verſ. qui autem dicãtur fautores; & Anch. num. 5. verſi. Quinto quæro, qui dicantur fautores. de hæret. lib. 6. & Syl. in verb. excommunicatiõ. 7. nu. 11. verſi. Quinta eſt; & Ioann. Tablen. in verb. Excommunicatio. 5. caſ. 4. num. 9. verſicul. Octauò, & Rebuff. in Prax. benef. in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini art. 1. in ver. Fautores; vbi ait eos qui habẽt iuriſdictionem, tunc fautores hęreticorum dici, ſi negligant capere, vel punire hæreticos. Et facit pro hac ſentẽtia Clem. cupientes. §. verum. de hęre. vbi qui odii, gratiæ, vel amoris, lucri, aut commodi tẽporalis obtentu contra hæreticum procedere omittit, punitur, & in excõmunicationẽ incidit; ergo multo magis, vbi hæreſis gratia id omittet; ſicut etiam, ſi teſtes diligenter non ſcrutaretur ob eãdem rationem.

3 Laici quoque iudices† ſi inquiſitore, Epiſcopo, eorumve vicariis poſtulantibus, curare nolunt, vt conſtitutiones cõtra hęreticos, eorum credentes, receptatores, fautores, & defenſores eorum, eorumque filios promulgatæ ſeruentur, ipſive non ſeruant, hi quoque fautores hæreticorum dicuntur, vt habetur in ca. vt officium. §. ſtatuimus etiam, ibi, Etenim tanquam hęreticorum fautor. de hæret. li. 6.

4 Qui ſtatutum faciunt† per qđ inquiſitionis officium impeditur, hæreticorum fautores etiã dicuntur. argum. c. ſtatutum ciuitatis. eod. lib. 6. Qui etiam beneficium eccleſiaſticum eis confert. arg. ca. vt commiſſi. §. fin. de hæret. eod. lib.

5 Iudices quoque,† qui nolunt executionẽ in hæreticos faciendam ab inquiſitionis iudice mãdatam perficere; necnon, qui aliàs directè, vel indirectè inquiſitionis

ſitionis officium, latam ſententiam,& ad ſummam proceſſum, ac iudicum impediunt hęreſis gratia,& hi hæreticis fauere dicuntur.argu.c.vt inquiſitoris.§. prohibemus quoque. de hæret. lib.6. Quare,ſi iudex ſecularis nollet accomodare ſuos milites, ad hæreticum capiendum, hic hęreticorum fautor dicetur, atque ſic quoque dixit Iacob. de Graff.eod.cap.num. 18. & in ſimili Nauar.conſi. 14. de hæret. lib.5.

6 Aduocati quoque † & Procuratores,qui in cauſa hęreſis ſuum officium pręſtant,& ipſi fauere hæreticis dicuntur.argum. ca.ſi aduerſus.de hæret.atque ita dixit Carer.in Tractatu de hęret. num.19.verſi.Item hæreſis contrahitur,& Gemin.in c. 2. num. 11.& Ancharan.nume.5.de hęret.libr.6.& Rebuff. eod.art.in verſi.Fautores,ibi. Item aduocati. Hoc autem locum habet,vbi fauerent ei in hęreſi, & ſcirent ipſum re vera hęreticum eſſe,& tamen eum tuerentur;ſecus autem ſi id facerent, quòd illum innocentem exiſtimarent, eſto deinceps nocens appareat, ita ſenſit Zab.in Clem. 1. de pœ.in principio.nu.17.verſi.Decimotertio quæro,cum ſeq.& Ioann. Nicol.Arelat.in Tractatu de hæreticis.not.45. incip. Defendēs hæreticum, vbi & alios idem ſentientes refert, & Iacob. de Graff.eod.cap.nu.18. vbi & teſtes falſum deponentes pro hæreticis fautores dici aſſeruit. Pertinent quoque huc, quæ dixit Gundiſſalu. de Villadieg.in Tractatu de hæret.quæſt. 16.& idem Carer.ibid. In hoc tamen caſu pro hæretico accuſato, vel inquiſito non poteſt quis impunè abſque licentia comparere; communiſque opinio hæc eſt ex mente Affli.ſuper 1.part.Cōſtit.Regni,Rubr.1.nu.43.quem refert Quint.Mandoſ.in Tractatu de ſign.grat.in titu.Abſolutio ab hęreſi,verſi.Tam deteſtāda.fol.95.Idem ſenſit Clar.libr. 5.§.Hæreſis.verſi. Vlterius pro hæreticis, in ſua Pract.crim.

7 Supplicantes etiam † pro hæreticis eis fauere dicuntur; id enim non licet,atque meritò;nā, ſi pro eo,qui in crimen lęſæ maieſtatis incidit,ſupplicare non licet,vt habetur in le. quiſquis. §. denique.C.ad leg. Iul. maieſta. multo minus pro hæretico, atque ſic dixit Gundiſſalu.in ead. q.nu.3.& Ioann.Tabien.in ver. excommunicatio.5.cal.4.nu. 9. verſi.Verbis autem dicitur quis fauere,& facit ca.1.14.q.6. vidē.ſolum igitur eum tueri licet, vbi iniuſtè moleſtia afficitur,vel iniuſtè affici creditur; quamuis,

vbi

vbi primum iniuſtã cauſam habere cognoſcitur, deſinere à defenſione debeamus.

8 Satellites publici quoque † vulgò Sbirri appellati, ad quos ptinet ex officiò hęreticos capere, ſi hæreſis gſa eos non ceperint, hęreticorũ fautores ẽt dicũtur, quod & ſenſit Iacob. de Graff. eod. cap. num. 19. Excipitur tamen, vbi eos capere non potuerunt.

Non denunciãtes nec accuſan
9 tes † etiam hæreticos ii, ad quorum officium hoc pertinet (modò ob hęreſim id faciant) atque ſic dixit Ioann. Tabien. ibid. & Tolet. in Bulla Cœnæ Domini excom. 1. num. 20. vbi etiam inquit eos, qui ex officio non tenẽtur, in pœnam hanc non incidere. In iudicio igitur his rationibus, & aliis huiuſmodi hæretico fauere quis dicitur.

Extra iudicium etiam hęreticis q̃s fauere poteſt, & hoc aut
10 dictis, aut factis; † dictis primũ hæretico is fauet, qui eum ob ſuam hæreſim ſerio laudat, ſec⁹ autem ſi ex ſimplicitate, vt potè dicendo eum eſſe virum bonum, ſacrarum litterarum ſtudioſum, & verum chriſtianum, atque ſic dixit Gemin. in c. 2. nume. 10. verſi. Qui autem dicantur fautores, ibi; item poſſet q̃s fauere verbo, & Ancharan. nu. 5. de hæret. lib. 6. Item libenter audiens eorum libros, qui hæreſim continent, vbi leguntur, modò ſigno aliquo id declaret; itẽ memoriter recitantes eoſdem. Item, qui ait iniuſtè ipſos condemnatos, & inquiſitores non bene proceſſiſſe cõtra ipſos, ita Tolet. ibid.

11 Atqui † ſi quis amore proſequens hęreticum non ob hæreſim, ſed ob amicitiam, ſciens iudicem velle eum ob hæreſim capere, ipſum admonuit, vt aufugeret, an hic fautor hęretici dicetur? Planè vbi ob fauorem hæreſis id faceret, hũc hęretici fautorem eſſe nemo inficiabitur, vt hoc etiam ſenſit Tabien. in ver. Excommunicatio. 5. caſ. 4. nu. 9. verſic. Verbis autem dicetur q̃s fauere. At quid ſi ob amicitiã? & in hoc caſu idem ſentio, ſcilicet hæreticorum fautorem dici, quoniam ei fauet, & hic fauor in hęreſis fauorem redundat, & pertinent huc, quę antea dicta ſunt de receptatoribus, & hoc ſenſiſſe mihi videtur Andr. de Iſer. quem refert, ac ſequitur Ioann. Nicol. Arelat. in Tractatu de hæret. not. 29. nam ibi ait, qui ob amicitiam, & familiaritatem admonuit hæreticum, vt fugeret, quia iudex volebat eũ capere, hunc teneri de tali admonitione. Facit quoque, quod dixit

xit Tabien.eod.nu.9,verſ.ſecundò facit, atque ſic ſenſit etiam Martinus Alfonſ.de Viuald. in ſuo Candelabro p.2.in explanatione Bullæ Cœnę Domini.ca.1.nu.9.Verbis quoque fauet, qui hęreticum inſtruit de celanda veritatę, vel falſitate dicenda, vel qui eos falſis rationibus,falſiſve teſtibus è iudicum manu liberat,vt probatur in c.accuſat⁹.§.ſacerdotes,& ibi not Gemin. de hęret.libr. 6.atque ſic ſenſit Rebuff.eod verſi.Fautores, ibi, Item fautores ſunt.His igitur,& aliis huiuſmodi modis fauere hęretico verbis quis dicitur. Quarè,& qui,vbi ſatellites hęreticũ capere volunt,clamat, quò animum hæretico faciat, ne ſe capi permittat,dicendo ei ſe paratum opem ferre, & pro virib. vt ſe defendat,eſto aliud hic nõ agat, tamen hæreticorum fautor hic dicetur, vbi ob hæręſim id facit.Fauet etiam,qui pręcib. liberat eum.arg.c.1.§.illud.14.q.6.viden.

Factis quoque fauere hęreticis quis dicitur,vt dixit Tabien. in verſ.Secundò fauet facto; & Rebuff.eod.ibi.Facto etiam: idque multis modis.

12 Primò†vbi quis dimittit, eruitve è carcere,è manibuſve iuſtitiæ hæreticum, ne puniatur ob hæreſim;hic enim ſine dubitatione hęretici fautor dicitur; etenim ſi iudices fauere hæreticis dicuntur,qui eos impunè abire permittunt,vt antea probauimus,multo magis,qui ſic eruũt, & facit ad hoc c.accuſatus.§.ſacerdotes.de hæret.lib.6.& c.vt inquiſitionis.§.prohibemus,ibi: Seu indebitè eos liberando.eo.tit.& lib.vbi hoc habetur,idem ſenſit Nauar.eod.conſ.14.num.3.idem dixit Carer.in Tractatu de hæreticis.num.19.de eo,qui hęreticum liberauit,fecitve,ne in manus iudicum perueniret.

13 Item fauet hæreticis facto,† qui inſtrumẽta hæretico in carcerem incluſo tribuit;quibus effracto carcere effugit, etenim & qui ſciens dedit inſtrumenta ad furandum, vt potè ſcalam, malleos, & id generis,furti tenetur,vt habetur in l.ſi pignori.§.qui feramenta.ff. de furt. & facit c.ex iniuſta.23.q.4.& ſequtur hoc Gemin.in citat. c. 2.nu.12.verſ.Quid autem de agente, & ſenſit hoc etiã Iaco.de Graff. lib.4 deciſ.caſ.conſc.cap.1.nu.17.

Tertiò factis quis fauet hæretico,†qui ob hæreſim alimẽta ei præſtat,vt dixit Gemin. in cita. c.2.nu.12.verſ.Quid autem. de agente,& Ancharan.nu.5.verſicu. Et de iſtis aduocatis, ibi. Quod autem quis faueat,et Rebuff.

14

buff.eod.verſi. ibi: Facto etiam. Item qui arma, vel pecunias p̄bet, quibus ſe liberet. Tolet. in Bulla Cœnæ Domini Excom. 1.nu.20.verſicu. Commiſſione. Qui itidem iudicem quacũque ratione corrumpit, vt liberet hæreticum.

Quartò factis hęreticus fauet;
15 †qui eos ob hæreſim adorat, veneraturve, aut communionẽ ab ipſis ſciens recipit, aut eos aſſociatur, aut viſit, aut dona, munerave mittit eis, vt probatur in c.accuſatus.§.ille quoque de hęret.lib.6.ibi enim relapſus dicitur, q poſt hęreſis abiurationẽ hæc præſtat, idem dixit Ioann. Nicolau. Arelat. in Tractatu de hæreticis.not.5.incip. Nota perpetuò, & Tabien. in verb. Excõmunicatio.5.caſ.4.nu.9.ibi. Secundò fauet facto, quę ego intelligo ſemper, vbi ob hæreſim ea præſtat, non autem vbi ob aliam cauſam, modò in fauorem hæreſis non redundet, id quod probatur in cita.§. ille quoque, nam qui abiurauit hęreſim, relapſum iudicandum eſſe ibi dicitur, vbi prædicta facit; modò fauor, quem impẽdit hæretico, excuſari non poſſit; ergo ſecus, vbi excuſari poteſt, id autẽ contingit, vbi ob aliam cauſam ab hæreſi fauor p̄ſtitus probatur; & ideo Gloſſ. ibi in verb. Non poſſit, declarans exemplis, quãdo ob aliam cauſam ab hæreſi fauor præſtitus dicatur; & excuſari poſſit, inquit ſi hæc præſtabat ob famem, vel ignorãtiam; & eam ſequuntur ibi Gemin. & Philipp. Franc. & alii ab ipſis ci-
16 ta. †Quare ſubditi Principis hæretici, qui ob timorem ſolũ eũ honorãt, & nõ ob hæreſim, hęreticorum fautores non dicentur. Quamuis ſi contra Eccleſiã bellum moueat, à peccato non excuſarentur ipſi opem ferẽdo; cum potius mortem oppetere, quàm contra Eccleſiam pugnãdo mortiferè peccare debeant. argum.c.ſacris.de iis, quę vi, metuſve cauſ.fiunt, & vt dixit Nauar. de chriſtianis, qui remigum officium pręſtant coacti in nauibus turcarum contra chriſtianos. in ca. ita quorundam, propè finem, de iudæis & facit c.Iulianus. 11.q 3.vbi Iuliano Apoſtatæ chriſtiani milites opem ferebant aduerſus hoſtes patriæ, nõ autem vbi contra chriſtianos; & de hoc ibi commendãtur Notandus igitur eſt §.ille quoque, quoniam declarat hanc rem totam, quando ſcilicet præſtans aliquid hæretico fauere ipſi dicatur; nam, ſi ob hæreſim quidpiam præſtet, hæretico fauere dicitur; ſi ob aliam cauſam, ſec' modò in fauorem hęreſis nõ re-

dundet,vt ſupra ſæpius dixi.Ad ipſum tamen probare hoc pertinebit,& an eius iureiurando ſtãdum ſit, vir bonus id arbitrabitur,arg.l.1.ff.de iur.delib. & ca. de cauſis,de off.deleg.

17 Quintò † occultans ſciens hæreticum ob hęreſim ne capiatur,puniatùrve,hęretico fauere quoque dicitur;nam hunc & tã quam hæreticum puniri poſſe dixit Bald.in l.1.C.de iis,qui latron.occult.& ſequitur Ioan.Nicol.Arelat.in eod.Tractatu no. 31.verſic.Adnotato;etenim occultans alienum delictum facit illud ſuum,vt dixit Glo.in eod. tit.C.de iis,qui latron.occul.

18 Poſtremò † ne ſingula proſequar,qui hæreticum mortuum Eccleſiaſtica ſepultura donat, hęretico fauere dicitur. argu.c. quicunque.de hæret.libr.6. vbi hoc agens punitur excommunicatione, nec antea abſoluitur, quàm è tumulo propriis manibus eiecerit; facit quoque Clemen.1.de ſepulturis. Excipitur tamen, vbi ob ignorantiam in loco ſacro eũ ſepeliret, ſcilicet ignorans eum hæreticum eſſe. Item,vbi eum profana ſepultura donaret,non hæreſis fauore, ſed ne putredine aerem corrumperet,vel ob amicitiam,cõſanguinitatemve illud facit,ob citat.§.ille quoque, & vt reſpondit Nauar.in ſimili. in conſi.12. de hæret.lib.5.In omnib. igitur his modis hęretico fauere quis dicitur.His ita pręmiſsis, iam regulam de more ponamus.

SVMMA.

1 *Fauens hæretico in excommunicationem incidit,quæ regula quouſque pateat,declaratur.*

I.

§. Fautores hęreticorum qui nam ſint,declarauimus; iã, qui in excommunicationẽ hãc incidant,declaremus. † Fautores hæreticorum igitur in excõmunicationem hanc Bullæ incidunt,vt in verſi.propoſito habetur:quæ regula declaratur multis modis. Primò vt ſuperiores; nam locum habet,quicunq. fautor ſit, vel Imperator, vel Rex, vel Dux,vel inferior,vel Cardinalis,vel Patriarcha,vel Archiepiſcopus,vel Epiſcopus, & ad ſummam vel laicus,vel clericus ſit.Item vel priuilegium habeat ne poſſit per litteras Apoſtolicas excommunicari, vt diximus ſupra.

Secundò in excommunicationem hanc hæreticorum fautores incidunt vel dictis, vel factis faueant,vt ſupra diximus.

Tertiò in excommunicationem

nem incidunt non ſolùm, vbi hę retico viuo fauent; verùm etiã & vbi mortuo.

Excipitur tamen, vbi ob aliã cauſam ab hæreſi hęretico fauerent, vt diximus ſupra ob §. ille quoque. Qui ergo hęretico alimenta ſubminiſtrat, ne fame pereat, in excommunicationem hanc non incidit, vt ſupra probauimus. Qui itidem ob metum ei fauet, obeditve, modò nõ cõtra Eccleſiam tantundem, vt habetur in c. Iulianus. iunct. Gloſſ. 11. q. 3. & ſenſit Naua. conſi. 12. lib. 5. q. 2. Qui itidem ob vtilitatem regni, & chriſtianorũ eius hæreticis non tamen in hęreſi fauent, excommunicationẽ hãc euadunt. argum. cit. c. Iulianus. Quare & Principes chriſtiani, qui hæreticos tollerant in ſuis regnis, quoniam expellere eos nequeunt, & quò ipſorum ope vtantur, & ne pax perturbetur, quod contingit Imperatori in Germania, & in Vngaria, & Regi Polonorum in Polonia, in excommunicationem hanc non incidũt: ſed de fautoribus ſatis; iam de defenſoribus eorũdem agamus.

Verſ. Et generaliter quoslibet illorum Defenſores. 2

S V M M A.

1 *Defenſor quis dicatur.*

2 *Defenſor hæreticorum in excommunicationem incidit: quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*

3 *Defenſores hæreticorum an hæretici ſint.*

Fautores an hæretici ſint.

Receptatores an hæretici ſint.

HIC defenſores quilibet hæreticorũ excommunicãtur; verum, ne terminos ignoremus, quiſnã defenſor ſit iam videamus.

1 Defenſor igitur† propriè is dicitur, qui aliquem aut ab aliquo oppugnatum defendit, aut ne oppugnetur, præſto illi eſt; & ad ſummam ne aut re, aut verbis ꝑſonæ, rei, famæve damna patiatur. arg. auth. de defenſor. ciuit. Quare à fautore differt, ſicut ſpẽs à genere; nam omnis defenſor eſt fautor; non autem omnis fautor eſt defenſor; quandoquidem & fautor is etiam dicitur, qui extra dictos caſus fauet. Hoc pręmiſſo iam regulam ponamus.

Defenſores hęreticorum igitur† quicunque in excommunicationem hanc Bullę incidunt, vt habetur in verſi. propoſito: q

regula amplificatur, vt ſuperiores. Item locum habet vel de facto defendant in iudicio, vel extra; nam Bulla ſimpliciter loquitur, & generaliter, ergo generaliter, & ſimpliciter intelligi debet. argum. l. de prætio. ff. de publ. in rem act. & l. 1. §. & generaliter. ff. de legat. præſtan. Tertiò locum habet, quicunque hæreticus ſit, cui fauetur. Qui ergo, ne hęreticus in manum iudicis veniat, ne examineturve, defendit, vel aduocatus, vel notarius, vel teſtis aliuſve ſit, in excõmunicationem incidit, ita Tolet. in Bulla Cœnę Domini, excom. 1. num. 18. cum ſequenti.

Excipitur tamen primò, vbi ob aliam rem ab hæreſi eũ tuerentur, ob cap. accuſatus. §. ille quoque iunct. gloſſ. de hæret. li. 6. namque ceſſante cauſa prohibitionis ceſſat & prohibitio. c. cum ceſſante. de appell. & excõmunicantur defenſores hęreticorum, vbi ob hęreſim id faciũt. Quare, qui defenderet eum in iudicio, aut in cauſa Ciuili, aut ab homicidio, hęretici defenſor hic non diceretur, ita Tolet. eo. num. 19.

Poſtremò excipitur, vbi de iure eos defenderent, vt pote probãdo eum hæreticum non eſſe, & hæreſis notam iniuſtè ei inuſtam eſſe, modò tamen de licentia ſuperioris id facerent, vt diximus ſupra in verſ. Fautores in fine. Quare & qui defendit hæreticũ, ne iniuſtè ab aliquo priuato offendatur, in excommunicationem hãc non incideret, vt dixit Angel. in verb. Hæreticus, nu. 25. & Syl. in verb. Hæreſis. 1. nu. 10. verſ. Defenſores, & Martinus Alfonſi de Viuald. in Candelabro. p. 2. in explanatione Bullæ. caſ. 1. num. 7. & Tolet. eod. nu. 19.

3 † Atqui an defenſores hæreticorum, item & fautores, necnon receptatores hæretici ipſi ſunt? Concludendũ eſt breuiter, ſi errores eorum defendant, hęreticos eſſe, ſecus autẽ, ſi perſonas tantùm; nam ſic dixit Alfonſ. de Caſtr. lib. 1. aduerſus hæreſes omnes. cap. 9. verſ. Quapropter hæreticorum fautores; ſed de his iam hactenus, ad alia veniamus.

Verſ. Ac eorundem libros hęreſim cõtinentes ſine auctoritate noſtra, & ſedis Apoſtolicæ ſciẽter legentes.

S V M M A.

1 *Legens libros hæreticorum hæreſim continentes in excommunicationem incidit; qua regula, quo uſque*

uſque pateat, declaratur.

2 *Legens litteras hæreticorum hæreſim continentes an in excommunicationem incidat.*

3 *Legens ob curioſitatem libros hæreticorum hæreſim continentes in excommunicationem incidit.*

IN hac parte excommunicantur, qui hęreticorum libros hæreſim continētes legunt: quare, ne à ꝓpoſito ordine diſcedamus, regula materiam hanc totam explicemus.

In excommunicationem hāc
1 igitur † incidunt, qui hęreticorum libros legunt hæreſim continentes, vt habetur in verſ. propoſito id expreſsè. Quę excommunicatio afficit quoſcumque legentes; nam Bulla indefinitè loquitur, dum inquit; Legentes, indefinita verò vniuerſalis vim habet. argum. l. de quibus. & ibi not. Bart. ff. de leg. 2. & l. de prætio. ff. de publi in rem acti. Siue clerici ergo ſint, ſiue laici, ſiue in dignitate poſiti, vt Cardinales, & alii īferiores Eccleſię Antiſtites, ſiue Imperatores, ac Reges in excommunicationē hāc incidunt, vbi contra partē hāc veniunt, & facit Bulla Iulii Tertii. 7. in ip. Cum meditatio cordis noſtri viden.

Item afficit legentes hos libros hæreticorum hæc excommunicatio, quorumcunque hæreticorum libri ſint, ob rationē proximè allatam.

Tertiò eſto legentes ignorēt auctorem libri, modò ſciant hæretici librum eſſe, & hæreſim cōtinere; hæc enim duo requirit Bulla, vt ſcilicet liber hęretici ſit, & hęreſim contineat; nō autem vt hęretici nomen quis norit, vt habetur in ꝓpoſito verſ.

Quartò in excommunicationem incidunt, hæretici libros legentes, eſto impreſſi non ſint, nam liber non impreſſus liber eſt, vt per ſe patet. Præterea Bulla non diſtinguit; ergo nec nos. Poſtremò ob odium hęreſis, & hæreticorum ꝓhibitio hęc fit, & ob periculum in primis, ne quis hęreſis labe inficiatur, quæ rationes locum habent tam in libro impreſſo, quàm non impreſſo; ergo & eadem diſpoſitio locū habere debet. argu. l. illud. ff. ad leg. aquil. & c. cum dilecta, de confirm. vtil. vel inutil. Quare hac ratione in primis Mattinum Lutherum ſeminaſſe ſuam hæreſin Paul. Fuſce. teſtatur. li. 2. De viſit. Eccl. ca. 31. n. 11.

Quintò in excommunicationem incidunt qui vnum librum tantum legunt ob rationes proximas. Nec repugnat quòd Bul

la

la plurium numero vtatur,& libros nominet;nam hoc dicit reſpectu habito ad plures legẽtes: alioquin,ſi neceſſariò poſtulare tur,vt plures libros legerent, & illud neceſſariò poſtulari dicẽdũ eſſet,vt plures legerent; quo niam & plurium numero quoad legentes vtitur,quod abſurdum eſt,& ob id fugiendum. argum. l.nam abſurdum.ff.de bon.libe.

Sextò excommunicatio hæc afficit legẽtes,quemcumque ta lem librum legant ob eaſdem rationes,& cuiuſcũque liber ſit, vel legentis,vel alterius, quod & ſenſit Iacob.de Graff.lib.4.de ciſ.caſ.conſc.in expoſitione Bullę Cœnæ Domini.nu.36.

Septimò afficit legentes, quã cunque partem libri legant; ac planè,ſi ea pars legatur, quę hæreſim continet, dubitatione nõ habet;quandoquidem ob id ꝓhibita lectio eſt.At quid de legẽtibus aliàs partes, quę hæreſim non continent,an & hi in excõmunicationem hanc incident? Videbatur dicendum in excommunicationem hos non incidere,quaſi ceſſet cauſa prohibitionis,quia partes illæ hæreſim nõ continent, & ob id prohibitio ceſſare debeat.argum.cap. cum ceſſante.de appellat.& l. adigere.§.quamuis.ff. de iur. patron. Contrariam ſententiam tamen veriſſimam cenſeo, vt & hi in excommunicationem incidãt. Primum,quia Bulla excommunicat legentes libros hæreticorum hæreſim continentes,& ob id totius libri lectionem prohibet;qui enim prohibet, ne liber legatur, totus liber ꝓhibet ne legatur,vt per ſe patet; ergo & ne partes legantur,prohibet:nã pars in toto continetur. c. in toto.de reg.iur.libr.6. & qui totũ prohibet,partem prohibet.arg. l.Iulianus.ff.de leg.3.Secundò, quoniam Bulla non reſpectum habuit ſolum ad effectum,ſcilicet ne in hæreſim quis labatur, ſed ad initium, voluit omnino aditum claudere,quo minus hæreticorum libros quis legat; ergo quamcunque partem quis legat, in excommunicationẽ incidit. Poſtremò facit, quia qui legit partem hanc, legit partẽ libri,qui hæreſim cõtinet, ergo in excommunicationẽ incidit; ex quo prohibetur quis librum legere, qui hęreſim continet: hanc igitur opinionem vti veriſſimam ſequor.Nec repugnat ratio contraria,negatur enim ceſſare cauſam prohibitionis;nam cauſa hęc duplex eſt, remota, ne quis hęreſi inficiatur, & proxima,ne periculum adeat; eſto igitur prima ceſſet, non tamen ſecunda ceſſat,quę ſat eſt. argu.

§.affini-

§.affinitatis,in Inſtit.de nup.Præterea ratio illa ceſſat,vbi contrarium expreſſum eſt, vt hic; nam prohibitum eſt,ne librum talem quis legat, & ſic vt nullam partem legere quis poſſit,ita igitur concludendum cenſeo.

Octauò in excommunicationem incidunt, qui & minimam partem legũt, vtpote procœmiũ ſeu præfationem; nã procœmiũ eſt pars,& caput libri, in quo ꝓponitur in primis,de qua re agẽdum eſt in ipſo opere. Item quo ordine,adeo quod ex proœmio, quid auctor velit, cognoſcitur. arg.l.fin.& ibi not.Bart.nu.3.ff. de hæred.inſtit. & vt ait Abb.in cap.aduerſus.num.2. de immunit.Eccl.& Nauar.in c. ſi quando in octaua exceptione,de reſcript. Idem ſi indicem quis legat;nam index vel pars libri eſt, vel ſumma eius, quod libro continetur:quandoquidem in indice ponuntur,quæ in primis notatu digna in libro ſunt:ſi epiſtolam ad lectorem itidem,eumve, cuius opus dicatur, quis legat, & in excommunicationem hũc incidere cenſeo; nam & in ipſis de opere ipſo agitur. At quid ſi quis legere incipit, ac deinceps pœnitentia ductus deſinit,an in excommunicationem hic incidit?Et in hoc caſu hunc in excommunicationem incidere cẽſeo;nam, qui legere incipit, legit;ac legens talem librum per Bullam excommunicatur: eſto igitur deſinat,excommunicationem tamen non euadet. Quare ſtatim atque legere incipit, in excommunicationem quis incidit,ſicut & qui clericum percutere incipit,in excommunicationem illicò cadit.cap.ſi quis ſuadente diabolo. 17.q. 4. Nec obſtat quòd de minimis non curatur;tum quòd & eadem ratio ẽ in eo,qui incipit legere,& parũ legit,ſcilicet periculum, ne hæreſim illam imbibat; quo caſu minima curantur.argu.l. 1. C.q̃ res export.non deb.vbi ad Barbaros vinum deferri prohibetur etiam guſtus gratia, & ibi Bal.ac DD.no.& Viu.in ſua Syl. opin.765.num.2. cum ſequ. & hoc ne eius dulcedine inuitati, Romanum Imperium inuadant; curantur ergo minima, vbi ratio in ipſis viget,quæ in magnis; tum quòd prohibitio eſt, ne qs librum legat, nec diſtinguitur de minimo,ac multo; ſtatim igitur atque quis talem librum legere incipit, in excommunicationẽ incidet;ſic enim & appellare is dicitur,qui iter accipit ad vrbem.c.dilecti filii.2.de appellat.Non igitur ſequenda eſt opinio Iacob.de Graff.lib. 4. deciſ. caſ.conſc. in expoſitione Bullæ

Cœnæ

Cœnæ Domini.num 34.qui legentes tres, vel quatuor lineas in excommunicationem non incidere ait.

Nonò in excommunicationẽ incidunt,vel liber paruus, magnusve ſit,nam, quæ ſecundum plus,& minus differunt, ſpecie
2 non differunt. At quid,†ſi hæreticorum litteras hęreſim continentes quis legat, an in excommunicationem hanc incidet? Videbatur dicendum quem nõ incidere,tũ quòd litteræ non ſunt liber, & ſic verba Bullę ei non conueniũt, ergo nec diſpoſitio. arg.l.4.§.toties.ff. de damn. infect.tum quòd ſumus in pœnis, ergo benignior interpretatio facienda eſt.c.in pœnis. de reg. iur.lib.6.& l.interpretatione.ff. de pœn.Contrarium tamen verius videtur; nam quòd ſępius in libris hæreſes conſcribũtur, & ad plurium manus veniunt; ob eam rem libri mentio facta eſt;non autem litterarum,at vbi legiſlator mentionem vnius facit ex pluribus ob frequentiorẽ eius vſum, minus frequens excludere non cenſetur.argu.l. 1. C.de rapt.virg.iunct.Gloſ.ergo idem & hic.Præterea verba cõueniũt,quoniam nomen hoc liber ſignificat cartam; quandoq; dem cortice arboris, qui liber dicitur, antiqui pro carta vtebantur;ſicut igitur liber ex multis cartis conſtans liber dicitur, ita & epiſtola ex paucioribus.confecta. Accedit poſtremò fauor religionis,ac fidei, ergo amplificanda eſt diſpoſitio.argu.l.ſunt perſonę.ff.de relig.ex quib.omnibus ceſſant rationes contrariæ,& ob id poſtrema hęc opinio remanet firma.

Decimo in excommunicationem quis incidit quacunque ratione legat,vel verba proferendo, vel ea tantum inſpiciendo nam & qui ſcripturam inſpicit, legere quoque dicitur. Argum. l.2.§.inſpectio.ff. quemadmod. teſt.aper. Inſpectio tabularum etiam lectionem earum indicat, ait ibi Iurecõſultus, idem & apertius habetur in le.1.§.legi.ff de iis quæ in teſta.delen.Facit quoque quod dicit Iaſ. in l. qui Romæ.§.duo fratres.nume.6.ff.de verb.oblig.nam ait ibi: verbum legere intelligi oculis corporeis. Nõ igitur opus eſt lingua, vt quis exprimat,quo legere dicatur,ſed ſat eſt,vt oculis percurrat.Accedit poſtremò communis vſus loquendi, quoniam & hic talis legere dicitur; in excõmunicationẽ igitur & hic incidet,atque ſic dixit quoque Iac. de Graff.li.4.decil.caſ.conſc.in expoſitione Bullæ Cœnę Domini.cap.1 nu.34.

Poſtremò

3 Poſtremò in† excommunicationem incidunt, qui non dolo malo, ſed ob curioſitatē legūt; tum quòd Bulla ſimpliciter legitur, & non diſtinguit, quo animo quis legat; ergo nec nos diſtinguere debemus. arg. l. de pꝗtio. ff. de publ. in rem act. tum ꝗ duos tantùm caſus excipit, ſcilicet vbi quis ignoranter legit, & vbi de licentia; ergo aliàs à regula non diſcedemus; exceptio enim regulam confirmat in cōtrarium arg. l. e. nam quod liquide. §. penultim. ff. de poen. lega. Hi ergo in excommunicationē hanc incidunt, qui hęreticorum libros hęreſim continentes legunt; iam, qui poenam hanc euadant, contemplemur.

S V M M A.

1 *Legens libros hæreticorum quando in excommunicationem non incidat.*

2 *Legens librum catholicorum hæreſim continentem in excommunicationem non incidit.*

3 *Legens libros gentilium hæreſim continentes in excommunicationem non incidit.*

4 *Studiens legentem librum hæretici hæreſim continentem in excommunicationem non incidit.*

I.

§. 1 Qui legendis libris hęreticorum in excommunicationem inciderent, vidimus, iā qui eam poenam effugiunt, videamus.

1 2 Primùm igitur † in excommunicationem hanc non incidit, q. legit hos libros, ignorans eſſe hęreticorum, & hæreſim continere ob verbum illud ſcienter; nā ſi in excommunicationem incidunt, qui ſcienter legūt, ergo ſumpto argumento à contrario ſenſu, quod validiſſimum eſt. argu. l. 1. & ibi not. ff. de off. eius, ſecus ſi non ſcienter, atque ſic dixit Rebuff. in Prax. benefi. in explicatione Bullæ Coenæ Domini. art. 1. in verb. Legentes, ibi enim ait, in excommunicationē non incidere eū, qui legit ignoranter librum hęretici, in quo non erat ſcriptum nomen auctoris; vel quod, qui compoſuerat, pro hæretico non habebatur; id que meritò; nam ignorātia hęc facti ignorantia eſt, quæ, vbi eſt probabilis, excuſat, c. ignorātia. de regu. iur. lib. 6. & argu. ca. fin. de conſtit. eod. lib. & c. apoſtolicę. de cler. excom. min. & l. regula. ff. de iur. & fact. ignor. Id qđ verum eſſe cenſeo, vbi hæreſes etiam legeret, quas liber continet, ſed ob ſimplicitatem eas nō

Non igitur bibliothecā ingreſſus, & ſumens librum talem, cūque legens, in excommunicationem incidit, ignorans eſſe talē. At quid ſi nouit eſſe hæretici librum, ſed ignorat tamen hæreſim continere, an in excommunicationem librum hunc legēs incidet? Ego ſentio in excommunicationem hāc non incidere; quandoquidem verba Bullæ ei non conueniunt; nam excommunicantur, qui ſcienter legūt libros hęreticorum hæreſim cōtinentes; at hic ſcienter legit tātum librum hęreticorum ignorans hæreſim continere; ex quo igitur ei verba non conueniūt, ergo nec diſpoſitio. arg. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. etenim vbi plura ſimul copulantur ad aliquem actum, omnia ſimul adeſſe debent, alioquin actus non valet. argu. l. ſi hęredi plures. ff. de condit. inſtit. Quare & è contrario, qui legeret librum, quē ſcit hæreſim continere, ignorat tamen hæreticorum eſſe, in excommunicationem huius capitis ob eaſdem rationes non incidet. An autem in aliam incidet, infra videbimus.

Secundò in excommunicationem hanc non incidit, vbi de licentia Romani Pont. qui Bullam hanc promulgauit, eos legeret ob verba illa ſine auctoritate noſtra; eam, ſi legens incidit in excommunicationem, vbi ſine auctoritate legit, ergo ſecus ſi cū auctoritate; incluſio enim vnius alterius excluſio eſt. arg. c. non ne. de præſumpt. & l. cum prętor. ff. de iudi. atque ſic dixit quoque Rebuff. eod. Idem contingit, ſi à ſucceſſore licentia tribuatur ob verba illa, Et ſedis Apoſtolicæ; nam ſucceſſor eiuſdem auctoritatis eſt cum eo, cui ſuccedit, c. innotuit. de elect. At qui an collegium Cardinaliū vacante ſede auctoritatem hāc tribuere poteſt? Planè ſentio & id ipſum poſſe quamuis electioni Romani Ponti. operam dare tantum debeant. c. vbi periculū. de elect. lib. 6. uid. Bullam Iulii Tertij. 7. incip. Cum meditatio.

Tertiò in excommunicationē hanc non incidit, qui legit libros catholicorum referentes dicta hæreticorū etiam deprōpta ad verbum ex libris hæreticorum; nā ii hæreticorum libri non ſunt, Bulla verò excōmunicat legentes libros taliū; ex quo igitur Bulla hos non comprehēdit, nec noſtra interpretatione comprehendemus. arg. l. de prætio. ff. de publ. in rem act. Quod verum eſſe ſentio, vel legens in primis eos libros legeret, quò ſciret dicta hęreticorum, & rationes eorum, nam prima ratio

ſem-

ſemper remanet propoſita hæreticorum libros non eſſe, ſicut non incidit etiam audiendo eadem verba relata ab alio, atque ſic dixit Nauat. in Man. capi. 27. num. 55. verſi. Septimò, & Martinus Alfonſ. de Viuald. in Candelabr. p. 2. in explicatione Bullæ. caſ. 1. nu. 12.

Quartò in excommunicationem hanc non incidit, qui vult eos legere, quo videat, ſi hæreſim contineant, quod locum habet, vbi pro certo neſcit hæreſim continere, & hæretici libros eſſe.

2 Quintò † in excommunicationem hanc nõ incidit, qui librum alicuius catholici legit, in quẽ hæreſis aliqua irrepſit ipſo auctore non animaduertẽte; nam liber ille hæretici nõ eſt, ex quo non dolo malo hæreſim ibi poſuit: ꝙ reqrit Bulla, vt ſupra vidimus. Excipio tamen, vbi ille liber prohibitus eſſet; nam tunc, niſi expurgatus ſit, eum legens, retinenſve in excommunicationem aliam, quæ tamen reſeruata Romano Ponti. non eſt, incidit, vt habetur in reg. 10. Indicis in fine, in verſic. Quod ſi quis libros. Sicut etiam incidit in eandem, ſi libros catholicorũ legat ab hæreticis elucidatos, antequã permiſſi ſint, vt in Indice habetur.

Sextò in excommunicationẽ hanc non incidit, qui partẽ alicuius libri, qui in plura volumina diuiſus eſt, legit, quę pars hæreſim non continet; nam vnus liber per ſe eſſe videtur; qui quãuis hæretici ſit, hęreſim tamen non continet, quod Bulla requirit.

3 Septimò † in excommunicationem hãc non incidit, qui libros gentilium, & eorũ, qui chriſtiani non ſunt, legit, eſto hæreſim contineant; nam hoc capite ſolum prohibetur lectio librorũ, qui ſunt hæreticorum; at hi hæretici non fuerũt, & ſi hęreticas opiniones habuerunt; nam, vt quis hęreticus ſit, baptiſmi ſuſceptione chriſtianum factum eſſe oportet, vt antea probauimus. Quare, qui Virgilium, & Ciceronem de natura Deorum, & Ouidium quoad ſuas metamorphoſis legunt, qui Deorum multitudinem ponunt, in excõmunicationem hanc non incident.

4 Octauò † in excommunicationem hanc non incidit, qui audit alios huiuſmodi libros legentes; nam Bulla excommunicat legentes, non autem auditores legentium; &, qui legentes audit, ſine dubio non legit, vt per ſe patet; ergo in excommunicationem nõ incidit, atque ſic ſen-

ſic Nauar.in Man.cap.27.nū.56. verſi Septima,ibi,ſicut non inci deret: quãuis ſi credat hæreſim, quæ refertur,in excommunicationem iam dictam hæreticorũ incidat. Quę autem diximus de audiente,vt non incidat in hanc excommunicationem,eadẽ ſentimus & de eo, qui talem librũ alteri ſibi legendum tradidit;nã quòd neq. hic verè, ac propriè legit, & ſic verba Bullæ ei non conueniunt, ob eam rem in excommunicationem hanc non incidit,eſto peccet hoc faciendo, quamuis contrarium ſentiat Iacob.de Graff.li.4.deciſ.caſ.conſcien.in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini.num.34.ſed non rectè meo iudicio,vt ex dictis patet.

Nonò in excommunicationem non incidit,qui ſuadet, & cõſulit, hortatur,præcipituè alicui,vt tales libros legat, nã nec hic legere dicitur, quod requirit Bulla,ergo nec hic in excommunicationem hanc incidet; eſto peccet.

Decimò in excommunicationem hanc non incidit, qui memoriter aliquid recitat, quod habuit à libris hæreticorum; nã nec hic,vt per ſe patet, propriè legit.arg.c.fin.de re iud.lib.6.& c.ſacro.de ſen.excom.in antiq. & c.1.de excep.lib.6.aliud eſt enim legere, aliud memoriter recitare,vt in c.fin.de re iud.lib.6. & in c.1.de ſent.excom.eod.li. probatur:Quamuis contrarium ſenſerit,& malè Iacob.de Graff. ibid.Excipio tamen in trib.propoſitis caſibus,vbi ea faceret,vt hęreticis fauęret; nam tunc vt hæreticorum fautor in excommunicationem incidet,vt diximus antea, & hac ratione opinio Gra. locum habebit.

Poſtremò in excommunicationem hanc non incidit,qui probabili metu cõpulſus hos libros legit;exẽpli gratia in manu hæreticorum quis eſt,& niſi libros tales legat,mortem ipſi minantur;planè hic legens in excommunicationem non incidit;quãdoquidem veriſimile non eſt,cũ tanto periculo Eccleſiam, quæ pia mater eſt,lectionem hãc prohibuiſſe. Quamuis mortiferè peccet, ſi in contemptum fidei, clauiumve Eccleſię,vt legeret, iuberet; in hoc enim caſu mortem potius oppetere,quã mortiferè ſic peccare deberet.arg.ca. ſacris,de iis,quę vi,metuſve cauſa fiunt.

Verſ. Aut Pertinentes.

S V M M A.

1 *Retinens libros hæreticorum hæreſim*

ſim continentes in excommunicationem incidit, qua regula quo uſque pateat, etiam declaratur.

2 *Liber hæretici repertus apud aliquem facit, vt hæreticus exiſtimetur.*

3 *Librarij retinentes libros hæreticorum hæreſim continentes in excommunicationem incidunt.*

4 *Libros hæreticorum habens hæreſim continentes debet Inquiſitori tradere comburendos.*

IN hac parte excommunicantur, qui hæreticorum libros hæreſim continẽtes retinent; quare quò materiam hanc optimè noſcamus, regulam & hic hac de re conformemus.

1 In excommunicationem hanc igitur † incidunt, qui retinent libros hæreticorum hęreſim continentes, vt habetur in verſi. propoſito; † nam & is, penes quem libri huiuſmodi reperiuntur, hæreticus exiſtimatur. arg. c. ſane. 2. 24. qu. 2. & vt dixit Rebuff. in Prax. benefi. in explicatione Bullę Cœnę Domini art. 1. in verb. Tenentes. Immò, & de hæreſi cõdemnari poſſe ibidem ait, cum & Imperatores retinere huiuſmodi ſcripta prohibent. in l. quicũque. §. nemo, C. de hęret. atq. ſic dixit quoque Iacob. de Graffiis lib. 4. decis. caſ. conſc. in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini. n. 36. In excommunicationem igitur incidunt: quę excommunicatio multos afficit. Et primum eos, q ipſos libros retinent, quo ipſis ſtudeant, vel ut hęreſim eorum ſequantur, vel ob curioſitatem; nam Bulla non diſtinguit de cauſa retentionis; ergo nec nos diſtinguere debemus. arg. l. de prętio. ff. de publ. in rem act. Id quòd locum habet, eſto animum habeant tradendi eos Inquiſitori, eoſvè comburẽdi poſtquã legerint, ob eandem rationem; etenim ſtatim atque retinere incipiunt, excommunicatione obligantur, ex quo excommunicatio hęc latæ ſententiæ eſt, & ob id ſtatim obligat. arg. c. paſtoralis. §. fin. de appel. Hęc locum habent, quicunque ſint, vt hoc in Bulla infra videbimus.

3 Secundo † excommunicatio hęc afficit eos, qui hos libros retinent, quo ipſos aut vendant, aut permutent, aut donent, aut locent, accomodent, quacunque ve ratione alia in alios transferant; nã qui ob has cauſas libros retinent, & retinere hi dicũtur, prętera Bulla non diſtinguit, vt proxime dicebamus. Quare librarii, ſeu bibliopolæ ĩ hoc cauti ſint, ne in hanc pœnã incidãt.

Tertiò excommunicatio hęc

afficit

afficit eos, qui eos libros reti-
nent, quò ipſos conglutinent:
nam & hi retinere dicuntur, ꝗ
ſto deinceps non conglutinent,
& hoc ob rationes ante allatas;
& ob id etiam ſi ſui non ſint, vt
dixit Iacob. de Graff. ibid. n. 36.

Quartò excõmunicatio hęc
afficit eos, qui non malo animo
4 eos retinent, ſed potius vt hęre-
ticorum errores confutent; nã
Bulla, vt ſæpè diximus de animo
non diſtinguit, ergo nec nos di-
ſtinguere debemus: etſi hoc vo-
luiſſet, id cauiſſet, nõ enim igno
rabat ob id aliquando à catholi
cis hos libros teneri. Quare &
in excommunicationem hanc
incident, qui hos libros ad ſuam
bibliothecam exornandam reti
nent.

Quintò excõmunicatio hæc
afficit eos, qui hos libros occul
tos habent, & ſcandalum non
5 dant, nam & hi ſine dubitatione
retinent, & ſic Bullæ verba eis
conueniunt, ergo & diſpoſitio,
ac pœna. argum. l. 4. §. toties. ff.
de damn. infect. Quare & q eos
retinent, & nunquam legunt,
hanc etiam pœnam patiuntur;
ex quo Bulla non ſolum prohi-
bet, ne legantur, vt antea vidi-
mus; verum etiam & ne retineã-
tur.

Sextò excommunicatio hæc
afficit eos, qui retinent partem
libri huiuſmodi, modò hæreſim
contineat; nam ſicut totum li-
brum retinens in excommuni-
cationem incidit; ita & qui par-
tem, arg. l. quæ de tota. ff. de rei
vend. Immò, & qui folium reti-
net huiuſmodi libri, nam & hoc
libri pars eſt. Hos ergo excom-
municatio hæc afficit, debet igi
tur ad Inquiſitorem eos defer-
re comburendos, vt habetur in
l. quicunque. §. nemo. C. de hæ-
ret. & vt dixit Rebuff. in verſic.
Tenentes, vbi ſupra, & Iacob. de
Graff. in eo loco. Excipiuntur ta
men nonnulli, qui hanc pœnã
euadunt.

SVMMA.

*1 Libros habens hæreticorum hære-
ſim continentes quando in excõ-
municationem non incidat.*

I.

§. Retinentes libros hære
ticorum, quando in ex-
communicationem incidant, vi
dimus, iam, vbi eam pęnam eua
dunt, videamus.

1 Primum igitur retinentes li-
bros hæreticorum hæreſim con
tinentes in excommunicationẽ
non incidunt, vbi ignorãt librũ
talem eſſe; nam Bulla excõmu-
nicat ſcienter retinentes; ergo
non eos, qui id ignorantes reti-
nent.

nent; incluſio enim vnius, alterius excluſio eſt. arg. c. nonne, de præſumpt. & l. cum prætor. ff. de iud. Quare, qui ſuccedit alicui, qui habebat huiuſmodi libros, ſed ipſe nunquam eos animaduertit, planè ob probabilē ignorantiam excuſatur; nam qui in ius alterius ſuccedit, iuſtam habet cauſam ignorantiæ, vt dicitur in cap. cum quis in ius. de reg. iur. lib. 6. & l. qui in alterius. ff. eod. imperiti etiam litterarũ, qui hos tales libros habent, id ignorantes excuſantur.

Secundò in excommunicationem hanc non incidunt, qui hos libros ignorantes retinuerunt, & poſteaquam id ſciuerũt eos ad inquiſitorem mittere nequeunt, vt pote animaduerterunt hoc, dum eſſent in lecto, vel de multa nocte, & iter cœnoſum erat ad Inquiſitorem; tunc enim excuſantur. argu. l. qui ſoluendo. ff. de ſolut. etenim nec q rem alienā ſe habere meminit, dum eſſet in lecto, tenetur ſtatim ſurgere, atque eam reſtituere, ſed ſat eſt, vt animum habeat reſtituendi, cum primum commodè id poterit. Interim tamen eos legere non debent; nam in excommunicationem antecedētem inciderent in eos latam, qui tales libros legunt, atque ſic ſenſit Iacob. de Graff. ibid. num. 35.

Tertiò in excommunicationem hanc non incidunt, qui de licentia Romani Ponti. eos retinent; nam hac ratione retineri poſſunt, vt dicitur in Bulla. Quare Inquiſitores huiuſmodi licentia fulti huiuſmodi libros apud ſe habent, vt vidi Bononiæ apud S. Dominicum, & habetur in Bulla Iulii III. lata de anno 1550. die 5. Iunij incip. Cum meditatio cordis noſtri. fol. 500. & Paul. IV. incip. Quia in futurorum. lata 1558. 21. Decembris. fol. 628. & Pii IV. inci. Cum pro munere, fol. 82.

Quartò in excommunicationem hanc non incidunt, qui librum hæretici retinent, hæreſim tamen non continentem, ſicuti è contrariò nec incidunt, q librum catholici retinent hæreſim continentem, vt diximus ſupra de legente; duo enim ſimul requiruntur, quo retinens hic in excommunicationem incidat, & vt hæretici liber ſic, & vt hæreſim contineat, ſicut dicitur in Bulla, ac propterea vno deficiēte excommunicationem hanc euadet. argu. l. ſi hæredi plures. ff. de cond. inſtit. At quid de aromatariis, & laniis, qui habēt huiuſmodi libros, quò carnes, aromatave obuoluant, dum ea vendunt, an ob id eos retinere poterunt? Ego ſentio hos in excommuni

municationem incidere;nam hi ſine dubio libros hos retinent, & id negari non poteſt; hoc enim pro certo ponimus, at Bulla retinentes excommunicat, ergo & hos. Nec intereſt, quòd eos non retinent, quo ipſos legant, aliiſve legendos tribuant; tum quod Bulla non conſiderat, quo animo retineantur, ergo nec nos conſiderare debemus. arg. l. de prætio. ff. de publi. in rem act. tum quòd anſam eos legēdi tribuunt, ex quo partim huic, partim illi eum carne, aromatibuſve alienant. Quare nec hos excommunicationis huius immunes eſſe cenſeo.

Poſtremò in excommunicationem hanc non incidunt, qui auferunt hos libros ab iis, q̃ eos retinent, quo ipſos quam primũ Inquiſitori deferant; nam hi cōtra mentem Bullæ eos non retinent, modò interim eos non legant, vt in ſuperiori caſu diximus: ſed iam de imprimentibus agamus.

Verſ. Imprimentes.

S V M M A.

1 *Imprimere libros quid ſit.*

2 *Imprimentium nomine quinā comprehendantur.*

HIC excommunicantur Imprimentes libros hæreticorum hæreſim cōtinētes. Quæ excommunicatio vt quatenus pateat, dignoſcamus, præmittenda nonnulla ſunt. 1 †Primum imprimere, quatenus ad rem noſtram pertinet, nil aliud eſſe, quàm typis mandare, & quod vulgo dicitur ſtāpare. Secundò per Bullam Leonis X. incip. Inter ſolicitudines noſtris humeris, latā Romæ anno 1515. quarto nonas Maii Pōtificatus ſui anno tertio, in Concilio Lateranenſi, prohibitum fuiſſe, ne vllus liber, ſcriptura ve imprimatur Romæ, niſi per Vicarium Romani Pontif. & Sacri Palatii Magiſtrum examinata, & ſubſcripta ſit manu ꝓpria ipſorum; in aliis verò locis per Epiſcopum, & Inquiſitorem hæreticæ prauitatis, propoſitis cōtra facientes pœnis: hodie verò ex decreto Trid. Synod. ſeſſ. 4. in decreto de editione, & vſu ſacrorum librorum, non licere librũ vllum de rebus ſacris imprimere ſine licētia ordinariorum, idest Epiſcoporum; immò, ſi eſt religioſus, qui opus imprimere vult, licentiam à ſuis ſuperioribus habere debet, vt ibi dicitur. Tertiò ad imprimendum multorum operas poſtulari; primò eorum.

rum,qui verba litteris illis ſtam neis componunt , qui proprie dicuntur compoſitores. Item, q̃ prælo verba compoſita mãdãt, qui proprie impreſſores dicuntur. Quartò, qui ſubminiſtrant litteras illas æneas, atramenta, et cartas, & huiuſmodi alia ad impreſſionem neceſſaria. Quintò hæc fieri aliquando per ſe, & aliquando per alios, adducẽdo operarios ad hæc munera obeunda, quod ſæpius fit.
2 † Sextò, quoad rem noſtram Imprimentium nomine tria hominum genera comprehendi; primùm, q̃ verba componunt, & qui eas p̃lo mandant, & qui ad hæc duo agenda operam præſtant; nam impreſſio hęc vna eſt actio, quę ex pluribus partibus conſtat, ex compoſitione, & pręli mandatione, altera enim ſine altera efficere impreſſionem nõ poteſt; at propterea ſicut ædes cõſtruere dicitur tam is, qui pauimenta, & parietes conſtruit, quàm is qui tectum; ita & hic tã compoſitores, quàm pręlo mandantes comprætenduntur. Itẽ comprębenditur hoc nomine & is qui prædicta facienda curat; nã, qui eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati. argu. l. manumiſſionis. ff. de manumiſſ. & probatur hoc apud Trid. Synod. ſeſſ. ead. verſic. Sed & impreſſoribus, ſũ inquit, ſed & impreſſoribus modum in hac parte, vt par eſt, imponere volẽs ſic inquit. Nullique liceat imprimere, vel ĩprimi facere quoſuis libros de rebus ſacris, &c. Ex quibus verbis apparet impſſorum nomine tam imprimẽtes per ſe, quàm imprimi facientes comprehendi; ſupra enim dixerat ſe velle imponere modũ impreſſoribus, quod deinceps faciens tam de imprimentib. quã de imprimi faciẽtibus loquitur, & ſic impreſſorũ nomine vtroſque comprehendit; ergo idem & hic, quod & rationi conſentaneum eſt; nõ ne abſurdum enim eſſet, typographiæ magiſtrũ, ac dominũ, ad quem totum negotium pertinet, & qui opera imprimenda ſumit, & ob id ad eũ in primis pertinet, an libri imprimendi probati ſint nec ne, inſpicere, immunem à pœna eſſe, cùm eam patiantur compoſitores, & impreſſores, qui ſæpius non animaduertunt, quid componant, imprimantve, ſed quod ipſis mandatur, agunt? Planè ridiculum hoc eſſet. Poſtremò im preſſorum nomine, & eos, qui libros imprimendos tribuunt, cõprehendi cenſeo; nam, ſi prædicti comprehenduntur, quanto magis, qui opera imprimenda tribuunt, cum propter quod vnumquodque eſt tale, & illud

N magis

magis tale? Non pro certo tamẽ id pono, cum alia pœna ipſi fortaſſe puniantur. His ſic præmiſſis iam regulam de more ponamus.

S V M M A.

1 *Imprimentes libros hæreticorum hæreſim continentes in excõmunicationem incidunt; quæ regula quouſque pateat, declaratur.*

2 *Vendens arma, cartas luſorias, fucos, & id genus, quibus benè, maleque uti poſſumus, an peccet.*

3 *Imprimentes libros hæreticorum hæreſim continentes quando in excommunicationem incidant.*

I.

§ Præmiſſis explicatis; iam q in excommunicationẽ hãc
1 incidant, explicemus.† In excõmunicationem hanc igitur incidunt imprimentes libros hæreticorum hæreſim continentes, vt habetur in verſic. propoſito. Quæ excõmunicatio afficit primò magiſtrum, & Dominum ipſius typographię, qui opera imprimenda ſumit, & operarios conducit; nam & hic imprimere dicitur, vt ſupra præmiſimus.

Item afficit excommunicatio hæc compoſitores, qui verba ex litteris illis ęneis conformant, & conglutinant; nã quod & antea diximus, concurrunt & ipſi ad impreſſionem faciendam.

Tertiò afficit excommunicatio hæc eos, qui litteras, ſeu verba iam conformata pręlo mandant; nam hi propriè impreſſores ſunt; Ac demum vniuerſi, q immediatè operas ſuas præſtãt. Hi omnes ergo in excommunicationem hanc incidunt, quicũque ſunt, vel clerici, vel laici, vel in dignitate poſiti; atque ſic in tribus his caſibus ſenſit Iaco. de Graff. lib. 4. deciſ. in expoſitione Bullæ cœnę Domini.

Poſtremò & qui opera ipſa imprimenda tribuunt, vel ſint auctores ipſorum, vel non.

At quid de iis, qui impreſſoribus cartas præbent, item attramentum, necnon litteras illas ęneas, ac demum reliqua ad impreſſionem pertinentia, an in excommunicationem hanc incident? Ego ſentio in excommunicationem hos non incidere. Primò quia imprimentes, & impreſſores non ſunt, vt per ſe patet, & ſic verba Bullæ eis nõ cõueniunt, ergo nec pœna. argu. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. Poſtremò, quoniam hęc vendere impreſſoribus licet; eſto igitur ipſis malè vtantur, tamen in cul
2 pa non ſunt; †ſicut nec is, qui arma vendit, nec qui cartas luſorias,

rias,nec qui fucos,quorũ prima ad tuendum ſe inuenta ſunt, alteræ ad animos recreandos, poſtremi ad ſe exornandũ; alioquin nihil eſſet ferè, quod damnari non poſſet; cum & bonis malè quis vti poſſit,vt id plurib. egit Nauar. in cap. negotium. de pœnit. di. 5. & in Man. ca. 14. nu 42. & pertinent ad hoc, quę dixit Alfonſ. de Caſtr. aduerſus hæreſes omnes contra Vuicles in verb. Studia generalia; nõ igitur in excommunicationẽ hanc incident (Peccarent tamen mortiferè, ſi ſcirent hęc emi ad opus hæretici imprimendum, & tamen ea illis præſtarẽt. Immò in excommunicationem, in quã fautores hæreticorum incidũt, & ipſi inciderent; nam & hoc fauere eſt, vt per ſe patet) & hic ẽ primus caſus, in quo pœnã hãc quis euadit.

3 Secundò † in excommunicationem hanc non incidunt, vbi pdicti ſcilicet Magiſter typographiæ, compoſitores, & prælo mandantes librum hæretici eſſe & hęreſim continere probabiliter ignorarent; quæ ignorantia probabilis erit, ſi ab Inquiſitore, ſuperioreve Eccleſiaſtico liber ſubſcriptus erit, & probatꝰ. Immo operarij prædicti excuſabuntur, ſi à Magiſtro typographiæ liber ipſis traditus fuerit; quandoquidem an probatus ſit nec ne, ad ipſos perquirere non pertinet, ſed ad dictum Magiſtrum: quamuis ſecus eſſet, ſi & ipſi ſcirẽt hæretici librum eſſe, & hæreſim continere. At quid de correctore? Hunc in excõmunicationem hanc non incidere cenſeo; quandoquidem impreſſor propriè non eſt, ſed eius, qđ impreſſum eſt, inſpector. Quamuis, ſi animaduertiſſet librum hæreſim continere, & hęretici librum eſſe, & taceret, tanquam hæreticorum fautorem in excõmunicationem, de qua ſupra egimus, & ipſum incidere exiſtimarem, atque in hanc ſententiã accipiendam eſſe opinionem Iacob. de Graff. cenſeo in libr. 4. deciſ. ibid. nũ. 37. qui corrigentes impreſſorum nomine comprehendi voluit.

Poſtremò in excommunicationem hanc quis non incidit, vbi de Romani Pont. licentia id fieret; quàm licentiam tribuere veriſimile non eſt.

Verſ. Ac eorum quomodolibet Defendentes ex quauis cauſa, publicè, vel occultè, quouis ingenio, & colore.

SVMMA.

1 *Defenſio quotuplex ſit.*

2 *Defendens libros hæreticorum hæreſim continentes in excommunicationem incidit, quæ excommunicatio, quatenus pateat declaratur.*

3 *Defendens libros hæreticorum hæreſim continentes diſputationis gratia in excommunicationem incidit.*

4 *Defendens librum hæretici hæreſim continentem quando in excõmunicationem non incidat.*

HIC excommunicantur ii, qui defendũt libros hæreticorũ hæreſim continentes: quam excõmunicationem, vt dilucidiorem habeamus, præmittendum vnum

1 eſt †defenſionem aliam eſſe iuris, aliam facti. Iuris, quę rationibus nititur, & ſic, vbi quis rõnibus conatur defendere. Factis vbi omiſſis rationibus, factis tãtum defendere conatur, vt pote ſi dicat quis ſe velle armis defendere opus, ſeu librum talem eſſe catholicum; ſicut Turcæ, qui in ſuo Alchorano cautũ habẽt, vt ſua fides non rationibus, ſed armis defendatur. Hoc præmiſſo, iam regulam de more ponamus.

In excommunicationem hãc

2 igitur †incidunt; qui defendunt libros hęreticorum hæreſim cõtinentes, vt habetur in propoſito verſic. quæ excommunicatio multis modis amplificatur. Nã primum locum habet, quomodolibet defendant, vt habetur in cit. verſ. Hoc autem intelligo vel de iure, vel de facto defendant; quæ defenſionis rationes, quomodo ſint, iam præmiſim*. Item vel tacitò, vel expreſſe; tacito vt pote dicendo librum talẽ plurimi valere, hortando quem, & cum emat, vel legat. Expreſſe, apertè eum commendando, & dicendo non eſſe comburendũ, ita Tolet. in Bulla Cœnæ Domini, excom. 1. nu. 26.

Secundò excõmunicatio hęc afficit defendentem, ob quãcunque cauſam defendat, ne ad manus Inquiſitoris veniat, & comburatur ob verſi. Ex quauis, cauſa. Cauſę verò plures eſſe poſſunt, vt exempli gratia, ſi dicat à doctiſſimo viro conſcriptum eſſe, ac propterea tolerandum. argu. l. ad beſtias. ff. de pœni. quæ cauſa inepta eſt; tum quòd infantiſſimus, & ſtultiſſimus, non aũt doctiſſimus cenſendus eſt, qui à Chriſti fide diſcedit; & ne quicquam ſapit, qui ſibi non ſapit; tũ quòd ſapientia huius mundi

ſtultitia

ſtultitia eſt apud Deum. Item ſi dicat,ne ſcandalum oriatur, tolerandum eſſe, vel quò ingenia Chriſti fidelium ad ſacram ſcripturam ſcrutandam excitentur; vel quò nota ſit eorũ impietas: quæ rationes etiam nihil faciũt; non prior,nam ſcandalum illud paſſiuum,non actiuum eſt, & in hoc caſu ſcandalum potius naſci permitti debet,quàm ueritatem relinqui:hinc Chriſtus Dominus, cùm audiſſet quoſdã ſic ſcandalizatos eſſe,dixit; Sinite, cœci ſunt,& duces cœcorũ.Nõ altera ratio,nec poſtrema ob eorum periculum qui in ſacris litteris verſati non ſunt.

Tertiò, ſi dicat permittendũ eſſe,vel ob ſententiarum grauitatem,vel ob ſermonis elegantiam,vel ob rerum,quę tractantur,ordinem:quandoquidem & hæ rationes reſpuendæ ſunt:qui enim ordo in eo eſſe poteſt,qui ab Eccleſia,quæ eſt,vt caſtrorũ acies ordinata,diſcedit?quæ ſententiarum grauitas,vbi à vera fide aberratur? hę rationes nihil faciũt;nam Eccleſia ſancta Dei non neceſſe habet compenſare tantam fidei iacturam cum illis ſententiis,cum non deſint ſcripta catholicorum,qui his plura, & ſaniora docent;pręterquã qđ & diuinam ſcripturam habem⁹, quæ ſententiis, & doctrinis referta eſt.De ſermonis elegantia vero nihil eſt dicendum,quã do quidem non deſunt Cicero,Virgilius,Horatius, Cæſaris Commentarii, & alij multi, qui & rationis vbertate, & verborum hornatu hæreticos longè antecedunt;nulla igitur ex cauſa tolerandi ſunt libri huiuſmodi.

Tertiò excommunicatio hęc afficit defendentem, vel publicè,vel occulte eum defendat,ob verſ.Publicè,vel occultè; eſto igitur ſcandalum non detur,qđ contingit, vbi publicè non laudaretur, tamen in excommunicationem hanc incidet. Quare, et qui ſcriptis defenderet,vt pote componendo apologiã, quo librum hæretici tueatur,eſto id faciat in ſuo cubiculo ſolus,tamen in excommunicationẽ hãc incidet.Quod locũ habere cenſeo,etiam ſi eam ſcripturã non publicet, ſed domi apud ſe habeat.At quid ſi quis ſecum meditatus librum huiuſmodi diceret verba proferendo ſolus.Hic liber optimus eſt, an in excommunicationem hanc incidet ? Planè non incidere cenſeo,cum defenſio hæc non ſit, quamuis, ſi ob id, quòd hæreſis ibi poſita placeat,ſecus.

3 Poſtremò excõicatio † hæc afficit defendentem, quocũque ingenio, & colore id faciat,ob verſ.

verſi, quocunque ingenio, & colore, vt pote, ſi dixit ſe diſputationis gratia eũ defendere. vel vt inquirat rationes, quibus hæreſis conuincatur, vel quò dubitationes, ſi quę ſint, tollantur, in excommunicationem igitur & hic incidit.

4 Excipitur † tamen is, q ignorans talem librum hæretici eſſe, & hęreſim continere illum defendit, ob verba illud ſciẽter multo ante poſitum, quamuis admonitus de hoc, ſi non deſiſteret, in excommunicationem incideret.

Secundò excipitur, qui diceret ſe velle defendere librum talem; ſed nondum defenſionem aggreſſus eſt; non enim qui dicit ſe velle arborem aſcendere, arborem tunc aſcendit, & qui ſe velle religioſum percutere, illum percutit. Secus tamen ſi iam paraſſet ſe ad defendendũ, & diceret, qui vult contrarium aſſerere, huc veniat; nam & hic iam defendit, ex quo ad hoc iã paratus eſt; ſicut & defendere Dux ille arcem dicitur, qui cõtra hoſtem armatus ſtat; eſto non pugnet, & itineris arreptio ad Romanam Curiam appellationis vim habet, vt habetur in c. dilecti filii. 2. de appell. quamuis vt fautor hæreticorum in ex communicationem incideret.

Poſtremò excipitur, vbi de licentia Romani Pont. id faceret, vt habetur in Bulla; ſed iam ad alia veniamus.

Verſ. Vel de religione Tractantes.

S V M M A.

1 *Religio quot modis ſumatur, & in quam ſententiam hic accipiatur.*

2 *Legens libros hæreticorum de religione tractantes in excommunicationem incidit, quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur.*

3 *Retinens, aut imprimens libros hæreticorum de religione tractantes in excommunicationem incidit, quæ regula, quouſque pateat, etiam declaratur.*

4 *Libri hæreticorum quinam licitè retineri poſſint.*

SVPRA de excõmunicatione lata ob libros hæreticorũ hæreſim cõtinẽtes actum eſt hic agitur de excommunicatione lata ob libros eorundem de religione tractãtes; quę excommunicatio vt dilucidius appareat, quouſque pateat, religionis nomine quid ſignificetur, præmit-

1 præmittamus. † Religio igitur duobus modis ſumitur, primò pro virtute, quę Græco nomine latria dicitur, cuius propriũ eſt Deo cultũ debitũ exhibere, de qua egit pluribus S. Thom. 2. 2. quęſt. 81. Secundò ſumitur pro vniuerſitate hominum, vt collegio Deum colentium per fidem, & hac ratione comprehenditur tota Chriſtianitas, & dicitur religio chriſtiana, & in hãc ſententiam accipitur in ca. gaudemus, in verſ. In fauorem præſertim chriſtianę religionis. de diuort. Secundò pro cultu Dei per fidem, & bona opera, vt habetur apud acta Apoſtolorum. 2. ibi Viri religioſi, & ſic cõprehenditur vniuerſitas bonorum chriſtianorum. Tertio pro ſtatur clericorum. Quartò pro ſtatu profitentium tria vota, obedientiæ, caſtitatis, & paupertatis, & dicuntur religiones, vt fratrum mendicantium, & non mẽdicantium, & monialium, ita inquiunt Syl. in verb. Religio. 1. in principio, & Ioan. Tabien. eo. in principio. Præmittendum ſecũdo loco eſt, quatenus ad rem noſtram pertinet, religionem hic ſumi tam primo modo, quàm ſecundo, & ſic cõprehendi libros qui tractant tam de cultu debito ipſi Deo, quàm de religione chriſtiana, & chriſtianis religioſis, & de clericis, ſicut etiam de monacis. tum quòd ſimpliciter, ac generaliter loquitur Bulla, nec diſtinguit, de qua religione, vt per ſe patet, ergo nec nos diſtinguere, ſed generaliter eã intelligere debemus. argu. le. de prætio. ff. de publ. in rem act. tũ quod periculum animarum ineſt in huiuſmodi libris, de quacunque religionis iam dictę ſpecie pertractent; verẽdum enim ſemper eſt, ne errores ſimpliciũ hominum auribus inculcent; ex quo nihil hęretici intactum reliquerunt, quod ſuis erroribus fœdare conati non ſint; quod igitur Bulla hæc errores omnes contra chriſtianam religionem amouere voluit; ob eam rem vt libros de quacunque religione tractantes, comprehenderet, generaliter religionem expreſſit, & libros de religione tractantes. His præmiſſis, iam regulam de more ponamus.

2 In excommunicationem hãc igitur † incidunt, qui libros hęreticorum de religione tractãtes legunt, vt habetur in Bulla; quæ regula iis modis amplificatur, & coarctatur, quibus ſuperior poſita de legente libros hęreticorum hæreſim continentes, ob eaſdem rationes.

Secundo loco excommunicatio hęc locum habet, vel libri

tales

Digitized by Google

tales hęreſim non contineant; tum quod Bulla excommunicat alternatiuè, ſcilicet legentes libros hęreticorum hęreſim continentes, vel de religione tractãtes; dictio enim illa, vel, alternatiua dictio eſt; at alternatiua requirit ſolum ex alternatiuis vnum adimpleri. arg. l. ſi hęredi plures. ff. de cond. inſti. ergo, ex quo excommunicat legentes libros hęreticorum hæreſim cõtinentes, vel de religione tractãtes, ſat eſt, quo in excommunicationem hanc quis incidat, vt legat libros hæreticorum de religione tractantes, eſto hæreſim non contineant, tum quòd caſus hic eſt diuerſus à ſuperiore, declarat hoc alternatiua vel, at ſuperior prohibet, ne qs legat librum hæretici hæreſim continentem, ergo hic ne legat librũ hæretici de religione tractantẽ, eſto hæreſim non cõtineat; alioquin caſus hic poſterior contineretur ſub ſuperiore; nam liber talis hęretici de religione tractans eſſet liber hæretici hęreſim continens; ne igitur ſuperuacaneus caſus hic ſit, & inutilis contra c. ſi Papa. de priuileg. libr. 6. locum habere dicendum eſt excommunicationem hanc, eſto liber hic hęreſim non contineat. In omnibus igitur his caſibus quis in excommunicationem incidit. Quam excommunicationem quis euadit in omnibus caſibus, quos in regula de legẽte librum hęretici hæreſim continentem poſuimus. Quare in excommunicationem hanc non incidet, qui legeret talem librum, ignorans talem librũ hæretici eſſe, vel de licentia Romani Põtificis ob verbum illud ſcienter, & verſ. ſine auctoritate noſtra, & ſedis Apoſtolicæ.

3 In excommunicationẽ hãc etiam incidunt, qui eoſdem libros hęreticorum de religione tractantes aut retinent, aut imprimunt; de quibus, quoniã ſupra egimus; ob eam rem, q̃ huc pertinent, illic ſumamus, ne ſuꝑuacanee illa iteremus. At q̃d ſi liber de religione tractans hæreſim non contineat, an eum defendens in excommunicationẽ hanc incidet? nam defendens librum hęreſim continentẽ incidit, vt ſupra vidimus. Ego ſentio hunc in excommunicationem incidere, vbi defenderet librum talem, vt hæretici opus; at ſi id quod comprehenſum eſt eo libro, non habito reſpectu ad ipſum, ſed ſecundum ſe tueatur ꝙ catholicum ſit, excommunicationẽ tunc euadere ſentio, quandoquidem non opus hęretici; ſed quod catholicum eſt, defendit. Hæc igitur ſunt, quæ de li-

bris

bris hæreticorum in Bulla habentur.

At quid de aliis libris,& ſcriptis hæreticorum, qui vel hæreſim non continēt, vel de religione non tractant, an licitè ipſos habebimus? vt rem hanc breuiter expediam, nonnullas regulas & hic instituto noſtro ponamus. Id quod in ſequenti præſtabimus.

S V M M A.

1 *Libri hæreticorum quinam licitè retineri poſſint.*

I.

§. Quinam hæreticorū libri retineri poſſint, explicādū nobis propoſuimus, iam igitur
1 rem aggrediamur. † Primū igitur licitè retineri poſſunt libri alii hæreticorum, modò à Theologis catholicis iuſſu Epiſcoporum, & inquiſitorum examinati, & probati ſint, vt habetur in Regula ſecunda Indicis librorū prohibitorum in lucem æditi iuſſu Trid. Synod. Verùm, quid ſi prædictis nō ſeruatis retineātur? Si liber hæretici ſit, vel alterius ob hęreſim damnatus, vel ob ſuſpitionem falſi dogmatis prohibitus, cum retinens in excōmunicationem incidit, vt habetur in Regu. 10. eiuſdem Indicis in fi. ver. Quod ſi quis libros; ſat igitur eſt, quo in excommunicationem hanc incidat, vt vel liber hęretici ſit, eſto hęreſim non contineat, de religione ve non tractet. Vel alterius ob hæreſim damnatus, vel ob ſuſpitionem falſi dogmatis prohibitus.

Secundò licitè retineri libri poſſunt, qui catholicè cōſcripti ſunt ab illis, qui poſtea in hæreſim lapſi ſunt; modò à Theologis vniuerſitatis catholicę, vel ab inquiſitore generali probati ſint, vt habetur in Reg. 2. eius Indicis in verſi. Libri etiam catholici conſcripti, & qui contra faciunt, mortiferè peccant, & ad arbitrium ordinarii puniuntur, vt habetur in eod. Indice Regu. 10. in fine. in verſic. Qui verò libros. iunct. verſic. Quod ſi quis libros.

Tertiò licitè retineri libri poſſunt, qui catholicè conſcripti ſunt ab illis, qui poſt lapſum ad Eccleſiam rediere, modo & ipſi vt ſuperiores probati ſint: alioquin contra faciens in pœnas proximè dictas incidit, vt habetur in cit. verſi.

Quartò licitè retinentur, verſiones ſcriptorum etiam Eccleſiaſticorum, quę hactenus editę ſunt à damnatis auctoribus; modò nihil contra ſanam doctrinā contineant, vt habetur in Reg.

3. Indicis dicti. Quare, ſi quid è græco in latinum verterunt, licitè illud retinebimus. Excipiuntur tamen verſiones veteris teſtamenti; nam hę ad iudicium Epiſcopi uiris tantùm doctis, & piis concedi poſſunt, vt habetur in ead. reg. 3. Quare, qui contra fecerit, mortiferè peccabit, & ad arbitriũ Epiſcopi punietur, vt habetur in ead. Regula 10. in fine in verſic. Qui vero libros alio nomine. Item excipiuntur verſiones noui teſtamenti factę ab auctoribus hæreticis primæ claſſis. qui habentur in eod. Indice, quæ nemini concedi debẽt, quoniam ex earum lectione vtilitatis parum, periculi plurimũ emanare ſolet, vt dicitur in ead. Reg. 3. Et qui contra fecerit, eiſdem pœnis, quas proximè diximus, punietur per eandẽ Regu. 10. in fine.

Quintò licitè retinentur annotationes factę iis verſionib⁹, quæ permittũtur, vel factæ Vulgatæ ędítioni, modò loca ſuſpecta expuncta ſint ab vniuerſitate catholica Theologorum, vel ab Inquiſitore. Ab iis tamen licitè retinentur, quibus verſiones licet retinere; qui autem hi ſint, diximus ſupra proximè. Qui verò contra fecerint, ſi annotationes illę hęreſim damnatam cõtineant, vel ob falſi dogmatis ſuſpitionem damnatæ ſint, in excommunicationem incidunt, vt habetur in Regula 10. in fine verſic. Quod ſi quis libros hæreticorum. Si verò nihil tale continebunt, & nihilominus eas habuerint, non probatas à prædictis, & mortiferè peccabunt, & ad arbitrium iudicis punientur.

Sextò retineri licet totum volumen Bibliorum, quod vulgo Biblia vatabli dicitur, aut partes eius à uiris piis & doctis de conceſſione Epiſcoporum, vt dicitur in cit. Reg. 3. verſi. Quibus conditionibus; ergo qui ſine pmiſſu Epiſcopi ea retinent, mortiferè peccabunt, & ad arbitriũ Epiſcopi, punientur, vt habetur in Reg. 10. in fine verſ. Qui verò libros.

Septimò licitè retinentur libri, qui hæreticorum auctorum opera interdum prodeunt; in q̃bus nulla, aut parua de ſuo apponunt, ſed aliorũm dicta colligũt; cuiuſmodi ſũt Lexicha, Cõcordantię, Apophtegmata, ſimilitudines, Indices, & huiuſmodi expurgatis tamen priùs expurgandis, ſi quæ ſint, de conſilio Epiſcopi, & Inquiſitoris, cũ Theologis catholicis, vt habetur in Reg. 5. Quare qui cõtra fecerit, ſi hæreſim contineant, mortiferè peccabit, & ad arbitrium Epiſcopi punietur, vt habetur in

Reg.

Reg. 10. in fine.

Poſtremò licitè etiam hi libri retinentur, quorum principale argumentum bonum eſt, obiter tamē in illis aliqua inſerta ſunt, quæ ad hęreſim, ſeu impietatē, diuinationem, ſeu ſuperſtitionē ſpectant, mō à catholicis Theologis auctoritate Inquiſitoris generalis expurgati ſint, vt habetur in Reg. 8. Qui verò cōtra fecerit, in excommunicationem incidet, vbi hæreſim continebūt, aliàs autem mortiferè peccabit, & ad arbitrium Epiſcopi punietur ob citat. Reg. 10. in fine. Hæc igitur ſunt, quæ de libris hæreticorum habuimus, ex quibus patet & per Indicem illum excommunicari retinētes, vel legentes libros hęreſim cōtinentes; cuius excommunicationis abſolutio reſeruata non eſt, ſicuti in Bulla noſtra, vt antea vidimus. Hoc etiam huc addimus in omnibus caſibus, in q̄bus in excommunicationē quis incidit, & in illis mortiferè ab illis peccari. Modò probabilis ignorantia eos non excuſet. argu. c. Apoſtolicæ. de cle. excommun. miniſt. & c. fin. de conſtitu. lib. 6. Vel de auctoritate Romani Pontif. id non faciunt; nā hi excuſantur; ſicut etiam, q̄ alios audiunt eos libros legentes, vel ſciunt tales libros habere, & nō denunciant. Sed iam ad alia veniamus.

Verſ. Nec non ſchiſmaticos, & eos, qui ſe à noſtra, & Romani Pon. pro tempore exiſtentis obedientia pertinaciter ſubtrahunt, vel recedunt.

SVMMA.

1 *Schiſma quid ſit.*
2 *Schiſma græcum nomen eſt.*
3 *Eccleſia uniuerſalis corpus quoddam eſt.*
4 *Schiſmatis ſpecies duæ ſunt.*
5 *Schiſmaticus quid ſit.*
6 *Excommunicatus propriè ſchiſmaticus non eſt.*
7 *Peccator ſimplex ſchiſmaticus nō eſt.*
8 *Apoſtata ſchiſmaticus non eſt.*
9 *Schiſmaticus non ſemper hæreticus eſt.*

IN hac poſtrema parte huius capitis ſchiſmatici excommunicātur: verum, ne terminos ignoremus, quatuor præmittenda ſunt. Primum quid ſit ſchiſma. Deinde, vnde dicatur. Tertiò, quotuplex ſit; Poſtremò, qui ſchiſmatici per hanc Bullam excōicētur.

1 Schiſma igitur † nil aliud eſt, q̃ ſeparatio ab vnitate Eccleſiæ vniuerſalis, qua chriſtianus vel ſubtrahit ſe ab obedientia capitis Eccleſiæ, ſcilicet Romani Pōtificis, quatenus Eccleſiæ caput eſt; vel à communione membrorum Eccleſiæ nolens eſſe eiuſdem Eccleſię, membrum. Hęc deſcriptio colligitur ex dictis S. Thom. & Caiet. 2.2.q.39.art. 1. & ex dictis eiuſdem Caietan. in Sum. in verb. Schiſma, & Tabiē. & Syl. eod. & Iacob. de Graff. li. 4. decıſ. caſ. conſc. in expoſitione Bullę Cœnę Domini, nume. 39. cum ſeq.

2 Dixi autem Separatio, † quoniam verbum hoc Schiſma græcum nomen eſt, quod latinè ſciſſionem, ſeu ſciſuram ſignificat, & ob id ſeparationem, & diuiſionem ab aliquo, vt habetur in ca. ſchiſma, 24.q.1. & vt dixit Glo. in c. quia, de elect. & Caietan. in Sum. eod. & Mar. Socin. Sen. in Rubr. de Schiſ. quoniam igitur per ſchiſma ſeparatur quis ab vnitate Eccleſiæ vniuerſalis, ob eam rem diximus Separatio.

Dixi ſecundò Ab vnitate Ec-
3 cleſiæ, † quoniam Eccleſia vnū corpus eſt, cuius caput in cœlis Chriſtus Dominus eſt; in terra eius Vicarius Romanus Ponti. mēbra verò ſunt chriſtiani omnes; qui ergo ſeparat ſe ab hoc corpore, vel à membris, vel à capite, ab vnitate Eccleſię ſeparatur, & ſchiſmaticus dicitur.

Dixi tertiò vniuerſalis Eccleſię, quoniam ſchiſma, de quo agimus, ſeparat à communione Eccleſię vniuerſalis militantis, quæ eſt congregatio omnium chriſtianorum fidelium viuentium, vt id ſenſit Caietan. 2.2.q. 39. art. 1. verſic. Ad euidentiam, horum, & in Sum. in verb. Schiſma, ibi, Primò, ſi quis ex intētione non ſe habeat, vt pars vniuerſalis Eccleſiæ, & Syl. eod. paulo poſt princip. ibi, Et tertio in ſpecie. Quare, qui remouet ſe ab obedientia ſui Epiſcopi, non propriè ſchiſmaticus hic eſt, de quo agimus; quoniam non ſeparat ſe ab vniuerſalis Eccleſię capite, atque ſic dixit Abba. in Rub. de Schiſ. & Mar. Socin. Sen. nume. 3. eod. Qui etiam ſeparat ſe ab aliqua congregatione hominum tantum, neque hic ſchiſmaticus eſt; quoniam non ſeparat ſe ab vniuerſalis Eccleſiæ Vnione.

Dixi quartò Chriſtianus; nā, cum per ſchiſma ſeparetur quis ab vnitate Eccleſiæ vniuerſalis, qui in Eccleſiā ipſam receptus non eſt, quod fit baptiſmi ſuſceptione, vnde, & chriſtiani nomē tunc conſequitur, ab eius Eccleſiæ vnitate ſeparari non poteſt;

vbi

vbi enim habitus non eſt, ibi priuatio eſſe non poteſt, argu. l. de. c. m. ff. de verb. oblig. ... Dixi quintò, qua ſubtrahit ſe vel ab obedientia capitis Eccleſię, ſcilicet Rom. Pont. quatenus Eccleſiæ caput eſt, vel à cõmunione membrorum eiuſdem, nolens eſſe eiuſdem Eccleſiæ membrum; nam, cùm Eccleſia hęc vniuerſalis militans vnum corpus myſticum ſit, cuius caput in cœlis Chriſtus Dominus eſt, in terra eius Vicarius Roman. Põtif. membra verò reliqui Chriſtiani; vnitas Eccleſiæ huius duplex eſt. Altera, quę conſiſtit in connexione membrorum eius ad inuicem. quamobrem fideles habent ſe vt membra, & partes huius Eccleſiæ, & quæ faciunt, vt credere, ſperare, diligere, ſanctificari, & alia huiuſmodi, vt membra, & partes eius corporis ſe facere credunt. Quare fit, vt Indi chriſtiani, qui in tam lõginquis regionibus ſunt, eodẽ animo præditi ſint, & ſe quoque habeant, vt membra huius Eccleſiæ; & quæ operantur, eodem animo operentur. Altera verò vnitas eſt, quę conſiſtit in ordine omnium membrorum eiuſdem Eccleſiæ ad vnum caput, quod
5 vt dixi, in cœlo Chriſtus Dominus eſt, in terris eius Vicarius Romanus Pon. mouentur enim Chriſti fideles à Spiritu ſancto non ſolum ad credendum & ad reliqua, verum etiam & ad obediẽdum vni, & eidem capiti huius Eccleſiæ tanquam tali qui eſt Summus Pont. Hæc igitur eſt altera vnitas, cuius beneficio omnes Chriſtiani obediunt vni capiti. atque ſic tradidit San. Thom. 2. 2. q. 39. art. 1. in reſpõ. ibi, Eccleſia autem vnitas, & Caietan. ibid. in verſic. Ad euidentiam, idem Caieta. in Summ. in verb. Schiſma, & Mar. Soci. Se. in Rubr. de ſchiſ. numer. 5. verſ. quæ vnitas. Qui ergo ſeparãt ſe aut à capite; aut à membris huius Eccleſię, hi propriè ſchiſma-
4 tici ſunt. † Ex quibus patet ſchiſmatis ſpecies duas eſſe, quarum altera eius eſt, qui ſubtrahit ſe ab obedientia Romani Pontificis, quatenus Eccleſiæ caput ẽ, altera verò eius, qui ab vnitate membrorum eiuſdem ſeiungitur.

Dixi poſtremò quatenus Eccleſię caput eſt, quoniam, ſi qs ſubtraheret ſe ab obedientia Romani Pont. ob inimicitias, quas ſecum gerit, ob aliudve aliud commodum, & nõ quatenus Eccleſiæ caput eſt, ſchiſmaticus hic propriè nõ dicitur. Hoc igitur Schiſma eſt. † Ex quo patet etiam quid ſit ſchiſmaticus; nam propriè is chriſtianus dicitur, q̃ ſubtrahit

ſubtrahit ſe, aut ob obedientia Romani Pont. quatenus Eccleſię caput eſt, aut ab vnitate & communione membrorum eiuſdem Eccleſię, quatenus Eccleſię membra ſunt; idque iure meritò, nam vt quis ſit membrum Eccleſię catholicæ, duo poſtulantur neceſſariò, & vt habeat ſe vt pars illius in credendo, ſperando, & cæt. & vt ſubſit Romani Pont. vt capiti Eccleſiæ catholicæ, quoties igitur qs ſubtrahit ſe aut à communione huiuſmodi membrorum, aut a ſubiectione capitis, ſchiſmaticus eſt, vt dixit Caietan. 2. 2. q. 39. art. 1. ver. In eodem articulo aduerte.

6 †Ex his iam patet excommunicatū, eſto ab Eccleſiæ communione ſeparetur, non tamen propriè ſchiſmaticum eſſe; tum quòd ipſe hoc non intendit, quod neceſſariò poſtulari ſupra ſenſimus; tum quod nec ipſa Eccleſia ob id illum excludit, ſed ſolū à fructibus communionis, atque ſic dixit Ioan. Tabien. in verb. ſchiſma. in principio. verſic. Secundò modo, & Mar. Socin. Sen. in cit. Rubr. de ſchiſ. num. 9. verſi. Magis largè.

7 †Conſtat etiam ob eādem rationē, nec, qui aliàs mortiferè peccat, & contumax eſt, ſchiſmaticum eſſe, vt dixit San. Thom. 2. 2. q. 39. art. 1. in reſpō. ad prim. argu. & ſequuntur communiter DD. Innocent. in ca. de ſchiſmaticis, & Mar. Socin. Sen. ibid. nu. 8. verſi. Non licet omne peccatum, & Tabien. in verb. Schiſma. nu. 1. verſi. Primò ſecūdum. Quare, qui mādato Eccleſiæ non obedit ob odium, amorem, inimicitiamve, nec hic ſchiſ-

8 maticus propriè eſt. † Conſtat etiam Apoſtatam ſchiſmaticum non eſſe; nam apoſtata diſcedit omnino ab Eccleſia Chriſti, & non vult amplius eſſe de eius Eccleſia, ſed ad aliam religionē ſe trāsferre; at ſchiſmaticus, eſto ſeparet ſe ab vnitate Eccleſię, non tamen intendit ad aliā religionem ſe transferre, ſed aut nouam Chriſti Eccleſiam, aut nouum caput conſtituere.

9 †Cōſtat itidem ſchiſmaticum non ſemper hæreticum eſſe; nam ſi ſolum ſeparat ſe ab obedientia Romani Pontif. vel ab vnitate membrorum Eccleſiæ, modo teneat vnitatem fidei, & ſic aliud caput non conſtituat, aliamve eccleſiam, hæreticus non eſt, vt dixit Caieta. in Summ. in verb. Schiſma. Conſtat demum ex iā dictis, vnde ſchiſma dictum ſit, & quotuplex ſit. Iam quartum, quod nobis præmittendum pro poſuimus, de quib. ſcilicet ſchiſmaticis hic agatur, explicemus.

Pro certo igitur habendum eſt de vtroque genere ſchiſmaticorum

ticorum hic agi;nam de ſubtrahētibus ſe ab obedientia Romani Pont. expreſſum id habetur in verſi. propoſito; de ſubtrahentibus autem ſe à communione membrorum Eccleſiæ, & ab eorum vnione, colligitur ex verb. ſchiſmaticos, quod habetur in initio. verſic. nam excommunicantur per Bullam, ſchiſmatici, & qui ſubtrahunt ſe ab obedientia Romani Pont. & ſchiſmaticorum duę ſunt ſpecies tantum, vt ſupra probauimus; ergo, ex quo Bulla excommunicauit ſubtrahentes ſe ab obedientia Romani Pont. idque expreſſe, quæ ſpecies vna ſchiſmaticorum eſt, cōcludere neceſſariò debemus ſub verbo illo Schiſmaticos excommunicare eos tantum, qui ab vnitate membrorum Eccleſiæ ſe ſubtrahunt; de hac enim ſpecie neceſſario intelligi debet, aut de alia, & de alia, ex quo de ipſa ſpeciatim agitur, intelligi nō poteſt, ergo neceſſariò de hac accipi debet, valet enim argumentū à partium enumeratione, arg. §. actionum, in Inſtit. de action. & facit. l. cum quidam. ff. de libe. & poſthu. Nec repugnat quod ſpeciatim excommunicantur ſubtrahentes ſe ab obedientia Romani Pontif. nam fecit hoc, vel quò magis timeatur argum. c. ſi aduerſus, de hęret. vel quòd ſæpius contingere hoc poteſt, atq. idcirco magis illud expreſſit, argu. c. vbi periculum. de elect. lib. 6. & l. nam ad ea. ff. de leg. His pręmiſſis, rem aggrediamur, quam duabus regulis explicemus.

S V M M A.

1 *Schiſmaticus, qui ſubtrahit ſe ab obedientia Romani Pont. quatenus caput eſt vniuerſalis Eccleſia, in excommunicationem incidit: qua regula declaratur, quouſque pateat.*

2 *Schiſmaticus, qui non obedit Romano Pon. quiſnam ſit, qui in excommunicationem non incidit.*

3 *Papa plures vbi ſunt, cui adharendum.*

4 *Obedire nolens Romano Pontif. ob aliquod intereſſe non eſt ſchiſmaticus.*

I.

§. Materiam huius verſiculi duabus regulis explicādā nobis propoſuimus; iam ergo rē aggrediamur.

1 Primum igitur, † vt de ſubtrahentibus ſe ab obedientia Romani Pont. agamus, in excōmunicationem hanc incidunt, qui ab obedientia Romani Pont. tāquam capitis vniuerſalis Eccleſię

cleſiæ ſeſe remouent, vt dicitur in Bulla: Quæ regula declaratur, vt locum habeat.

Primò, eſto credant vnitatem Eccleſiæ, quoad vnum Caput, ideſt eſto credant Eccleſiam vniuerſalem vnum caput tantum habere, & non plura, ita dixit Caiet. in Sum. in verb. Schiſma verſi. Et aduerte perſpicaciter; & in hoc caſu quis hæreticus nō eſt; vitium enim purum ſchiſmatis hoc eſt, vt ait Caiet. ibid. idē dixit. 2.2.q. 39. art. 1. propè finē: id autem apparebit, vbi quis parere ei nollit, vt capiti vniuerſalis Eccleſiæ. Quare, ſi Epiſcop⁹ renueret parere mādato Romani Pontif. ob hanc rationem in excommunicationem hanc incideret.

Secundò in excōmunicationem hanc incidit is, qui ſeparat ſe ab obedientia Romani Pont. exiſtimans vniuerſalis Eccleſiæ Caput vnum non eſſe, & ſic unitatem Eccleſię, quoad caput tollit, eſto credat eccleſiam in ſe ipſa vnam eſſe; nā hic de communi DD. ſententia, & hæreticus eſt, vt teſtatur Caieta. in Sum. in verb. Schiſma. in eod. verſi. Hoc autem apparebit, vbi conſtituet ſibi aliud caput.

Tertiò in excommunicationem hanc incidit non ſolum, q verbis declarat ſe remouere ab obedientia Romani Pont. altero ex dictis modis; verum etiam, vbi facto id declarit, vt potē cōgregando concilium generale ſine licentia Romani Pon. ita dixit Caietan. in Sum. eod. verſic. Alii autem modo & 2.2.q. 39. art. 1. verſic. Ad tertiam, ibi, Secundum operis voluntatem.

Poſtremò excommunicatus prædictus, eſto ad vnitatem redeat per pœnitentiam; nā niſi abiurauerit Schiſma, & abſolutus fuerit excommunicatus permanebit, vt habetur in c. quia & ibi notat Abb. de elect. & fa cit. c. 1. de Schiſ. & c. cum deſideres. de ſent. excomm. Hi omnes ergò in excommunicationem hanc Bullę incidunt, quam pœnam tamen nonnulli euadunt,

2 Nam primò † in excommunicationē hanc nō incidit, qui nō vult adhærere, & obedire Rom. Pontifici vero, quoniam probabiliter, an talis ſit, ignorat: quod contingere poteſt, vbi duo, pluréſve electi ſunt & ignoratur, quiſnam canonicè electus ſit; tunc e-
3 nim † nemini adhærendo nō peccat, atque idcirco in excommunicationem non incidit. argum. ca. nullus, & c. nemo Epiſcoporum. 11. q 3. Immò nemini tunc adhęrendum eſt, ſed expectandum, vt declaretur, quiſnam legitimus ſit: interim tamen animo

mo paratus eſſe debet, qui erit legitime electus, ad ei parendũ; hic igitur in excommunicationem non incidit, atque ſic dixit Caiet. in Summ. eod verſi. Alio autem modo. ſi autem tempore dubiorum Pont. incertitudo veri Pont. hominem dubium reddat de certo Chriſti Vicario, dicitur enim ibi, teneatur primò, quod certum eſt, ſcilicet, vt quilibet ſe reputet & habeat, vt vnius Eccleſiæ Catholicæ, & ad vnũ ipſius Caput in cœlo Chriſtum, et dubios Vicarios Chriſti habeat, vt dubios nullo, vt certo, & indubitato Pontifici inhæreat, quoniam errandi periculo non ſe tenetur opponere, nec dubia tenetur habere pro certis; immò temerè ageret inhærẽdo dubio Pontifici tanquã certo. Hæc Caiet. ibi, ex quibus patet hunc non peccare, & ob id in excommunicationem non incidere.

II Secundò in excommunicationem hanc nõ incidit, qui adhæret vni ex pluribus electis, quem probabiliter credit legitimè ac canonicè electum; abſtrahit ſe autem ab eo, qui canonicè electus eſt, quod tamen ipſe probabiliter ignorat, atque ſic dixit Gloſſ. Sum. 24. q. 1. verſic. Qui verò & ſequitur Abb. in citat. c. quia, num. 2. de elect. & in Rubr. de ſchiſ. & Alfonſ. de Caſtr. aduerſus hæreſes omnes. lib. 1. cap. 9. verſi. Schiſma quod latinè ſonat.

4 Tertiò in excommunicationem † hanc non incidit, vbi renuit obedire Romano Pon. non quòd illum pro vero Capite nõ habeat, ſed vel ratione rei, vel perſonæ. Rei, vt pote quia iuſſit, vt rei iudicatæ pareret, vel reſtitueret locum, quem occupauit, vel aliquid aliud agat, quorum tamen nullum præſtare vult; in hoc enim caſu nec in excommunicationem hanc incidit; nec ſchiſmaticus eſt; alioquin vniuerſi, qui eius præceptis, legibuſ ve non obtemperarent, ſchiſmatici, & excommunicati eſſent; quod abſurdum eſt, atque ſic dixit Caiet. 2. 2. q. 39. art. 1. verſicl In reſpon. ad ſecundum, & Tolet. in Bulla Cœnæ Domini, ex com. 1. num. 14. verſi. Secundò; ibi, Multi enim. & Iac. de Graf. lib. 4. deciſ. caſ. conſc. in expoſitione Bullę Cœnæ Domini. nu. 40. Idem de eo, qui remouet ſe ab obedientia Romani Ponti. in temporalibus, vt pote ciues Vrbis alicuius à Romano Pont. deficiunt; & alteri principi ſe dedunt; nam non ratione ſpiritualium deficiũt ab ipſo, in quo caſu, vt Caput Eccleſiæ conſideratur, & habetur, ſed ratione tem-

poralium;etenim Roman. Pon. conſideratur & quatenus Rex quidam tẽporalis eſt in regno temporali Eccleſię, vt aſſeruit Nauar. in Comen. de datis, & ꝓmiſſis pro iuſtitia, vel gratia obtinendis. not. 17. num. 29. verſi. Tertiò quod reſolui poſſe videtur; & in hoc caſu, vt alius princeps habetur, atque ſic ſenſit Caiet. 2. 2 q. 39. art. 1. verſic. Ad hoc dicitur, ibi, vt caput illis in ſpiritualibus. His igitur, & huiuſmodi aliis modis ratione rei ſubtrahit ſe quis ab obedientia Romani Pontif. ſine ſchiſmatis nota. Ratione verò perſonę eodem modo qs ſe ſubtrahit, vbi id facit, non quod illum pro Capite Eccleſiæ vero non habeat, ſed quoniam illi infenſus eſt, vt D. Alfonſus Picolominus Montis Martiani, q Gregorio XIII. non parebat, & ob hanc cauſam is ſchiſmaticus non erat, eſto nõ pareret, atque ſic dixit Caietan. ibid. ſicut etiam exules Romandiolę ſuperioribus annis.

Poſtremò in excommunicationem non incidit, qui ab obedientia eius Pont. ſe abſtrahit, q ea dignitate priuatus eſt, vt ob hęreſim; quod & dubitationem non habet, quoniam tunc Pontifex non eſt; at de prima ſpecie ſchiſmatis ſatis: ad aliam veniamus.

S V M M.

1 *Schiſmaticus, qui ſubtrahit ſe ab vnitate Eccleſiæ vniuerſalis, ne ſit eius membrum, in excommunicationem incidit, quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Eliſabeth aſſerta Regina Angliæ hæretica, & ſchiſmatica eſt.*

II.

§ Abſoluta prima regula, iã ſecundam aggrediamur. † 1 Qui ergo ſubtrahunt ſe ab vnitate Eccleſię vniuerſalis, ne ſint membra eius, quoniã verè ſchiſmatici ſunt, in excommunicationem etiam incidunt ob verba Bullæ, quę excommunicat ſchiſmaticos.

Secundo incidunt, eſto crederent eſſe vnam Eccleſiam, ve dixit Caieta. in Summ. in verb. Schiſma, verſic. Et aduerte, eſto igitur nec duas Eccleſias faciãt, tamen in excommunicationem incidunt.

Tertiò multò magis in excõmunicationem hanc incidunt, vbi haberent ſchiſma cum hæreſi, vt pote, quia non ſolùm ſeparant ſe à membris aliis Eccleſiæ, ſed etiam credunt non eſſe vnam Eccleſiam, ſed plures, vel vnam credunt eſſe, ſed aliã à Romana, quo caſu ſchiſmatici huiuſmodi

iuſmodi hęretici ſunt; quandoq; dem contra illum articulum fidei veniunt. Credo & vnam ſanctam Eccleſiam catholicam, atque ſic dixit Caieta. in eod. ver. Id autem & factis, & dictis declarabitur.

2 † Quare Eliſabeth aſſerta Regina Angliæ, quæ modo cum tanta nominis chriſtiani iactura viuit, ſchiſmatica eſt, & hæretica; ſchiſmatica, quia ſe parauit ſe ab vnitate Eccleſię tã quo ad Caput, quàm quo ad membra; hęretica, quoniam aliã Eccleſiam à Romana facit, & ſe ipſam aliud caput cõſtituit. Hi omnes ergo in excommunicationem hanc incidunt. Hæc ſunt, quæ de primo hoc capite habuimus; iam ad alterum veniamus.

De excommunicatione, & alia cenſura latis contra appellantes ad futurum concilium.

Cap. II.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos cuiuſcũque ſtatus, gradus, ſeu conditionis fuerint, Vniuerſitates verò, & capitula (quorumcunque nomine nuncupentur) interdicimus ob ordinationibus, ſeu mandatis noſtris, ac Romanorũ Põt. pro tempore exiſtentiũ ad vniuerſale futurum concilium appellantes. Nec non eos, quorum auxilio, vel fauore appellatum fuerit.

SVMMA.

1 *Appellatio à Romano Pont. ad futurum concilium cur prohibita ſit.*

2 *Appellatio ſit à minore ad maiorem.*

3 *Papa immediatus Chriſti Domini Vicarius eſt.*

4 *Papa Eccleſiæ Caput eſt conſtitutus.*

5 *Papa à nemine iudicari poteſt.*

6 *Cocilium an ſit ſupra Papam, magna olim contentio erat.*

7 *Appellatio ne interponatur à Papa ad concilium, quando definitum ſit.*

IN hoc capite excommunicantur, & cenſuris afficiuntur appellantes à Papa ad futurum concilium; necnon ipſis fauentes. Diuiditur autem in tres partes; quarum ſecunda incipit ibi, Vniuer

ſitates verò, tertia ibi. Necnon
eos; ſed iam de prima agamus;
in qua excommunicantur ſingu
lares perſonæ ad futurum Con-
cilium à Papa appellantes. Ve-
rum, quo rem hanc faciliorem
reddamus, ꝓmittenda hæc ſunt.
Primum, cur Eccleſia appellatio
nem hanc prohibuerit. Deinde,
quando . Poſtremò Bulla hæc
quid noui addat.
1 Quoad primum igitur† ſcien-
dum eſt ob id Eccleſiam appel-
lationem hanc prohibuiſſe, quo
niam eam permittendo, fateri
etiam ſimul videbatur Conci-
lium maius, atque ſuperius eſſe
ipſo Roman. Pont. † nam appel-
2 latio ab inferiore ad ſuperiorē
fit, vt habetur in c.2. & ibi not.
Gloſſ. in verb. Officiali. de con-
ſuetud. libro.6. & ſequuntur ibi
Philipp. Franc. in verſic. Tertiò
not. & in verſic. Secundò no. ex
Gl. & Gemin. in verſ. Not. vnū;
idem habetur in le.1.§.ſi quis in
appellatione. ff. de appella. & vt
tradidit Abb. in Rubr. de Appe.
nu.2. communis denique DD.
ſententia hæc eſt; ſed quia hoc
in detrimentum, ac dedecus Ro
mani Pon. redundabat,† q Chri
3 ſti Domini Vicarius proximus,
& immediatus eſt, † qui ab eo-
4 dem Eccleſiæ Caput eſt conſti-
tutus. c. non decet, d.12. & c. ſa-
croſancta. d.22. Vnde à Chri-
ſto Domino dictum eſt Petro: tu
vo. aberis Cephas, quod ſignifi
cat latine idem, quod caput; &
eidem dictum eſt: Paſce oues
5 meas;† quamobrem, & à nemi-
ne iudicari poteſt, ea nemo, cum
multis ſeq. 9.qu.3. ob eam rem
ne Apoſtolicæ Sedi iniuria hæc
irrogaretur, & vt à nemine iudi
cari poſſe dignoſceretur, cenſu-
ris propoſitis, ac pœnis cautum,
ac prohibitum eſt per hanc Bul-
lam, ne ad futurum Concilium
appelletur.
Quoad ſecundum multo an-
6 te definitum id eſt; † nam cum
magna eſſet contentio de hoc
ob id, quod concilium ſupra *Pa*
pam eſſe non nulli exiſtimabāt,
vt habetur apud Panor. in ſuis q̄
ſtionibus, in 1.q.dub.2. & apud
Vgonium Epiſcopum Fama-
guſtanum in Tractatu de Cōci-
liis, cap. Appellatio ad conciliū
à Papa, & apud Caiet. in Tracta
tu de auctoritate Papæ, & con-
cilii, Cap.1. cum multis ſeq. Tra
ctat.1. & apud Tabien. in verb.
Concilium. num.14. cum ſeq. &
vt refert Nauarr. in Gloſſ. Sum.
nu.32. de pœnit. d.5. vbi ait Ita-
los ferè omnes in hac ſententia
eſſe, vt Papa ſupra Conciliū ſit,
ſcholam vero *Pariſienſem* cum
tota Gallia contrarium aſſere-
7 re;† ob eam rem Pius Secundus
indicta Cōgregatione Mantuæ
de

de communi Cardinalium,cũctorumque prȩlatorum,ac diuini,& humani iuris interprętum Curiam Romanam ſequentium approbatione ꝓuocationes haſce ad futurum concilium damnauit,& ſub pœna excommunicationis latę ſententię, & interdicti pręcepit, ne qua perſona cuiuſuis dignitatis, vniuerſitaſve quouis colore q̄ſito appellationes has interponeret,& contra facientes ſtatuit reos etiam eſſe pœnarum lęſæ maieſtatis, & hæreſis;quib. pœnis eos quoque affici voluit, qui his fauerent,auxiliumve ad id pręſtarēt, vt habetur in ſua conſtitutione, incip.Execrabilis,& priſtinis tēporibus inauditus lata Mantuę 1459.15.Calend.Februarii Pō. ſui anno ſecundo,quam conformauit;& ampliauit Iulius Secundus per aliam conſtitutionem latam Romæ 1500. Nono Calen. Iulii Pont.ſui anno Sexto. inci. Suſcepti regiminis nos cura ſollicitat. Prioris autem conſtitutionis meminit Caieta. in Sum. in verb.Excommunicatio,capi. 25.& Syl.in verb. excommunicatio.7.in fine.& Nauar.in Cōmentario de Datis, & promiſſ. not.8.propè finem,& not.26.n. 43.verſicu.Tertiò quòd conſulens & in Man cap.27.num.58. Ex his iam patet,quamobrē Eccleſia id prohibuerit & quādo; quę duo proponenda nobis ꝓpoſuimus; iam tertiū aggrediamur,ſcilicet quid noui hæc Bulla addat.Quoad hoc igitur conſtitutiones prędictorum Roma. Pont.vberiores ſunt, vt ex ipſis conſtat quoad pœnas;Bulla verò hęc reſtrictior eſt quoad abſolutionem excommunicationis; quandoquidem quoad hoc omnia priuilegia tollit, ſicut ēt quoad incurrendum in ipſam, vt ſuo loco videbimus,cum per ipſas conſtitutiones reſeruetur tantum abſolutio Rom.Pon. nō autem priuilegiis derogetur. His ſic præmiſſis, iam regulam de more ponamus.

SVMMA.

1 *Appellans ad futurum conciliū à Papa,in excommunicationem incidit,quæ regula declaratur,quouſque pateat.*

2 *Supplicare licet Pontifici.*

3 *Supplicari ei poteſt,à quo appellari non licet.*

4 *Appellans à quouis alio,præterquā à Romano Pont.in excommunicationem non incidit.*

5 *Papa errans admoneri poteſt.*

6 *Papa an reſiſti poßit , ſi iniquam ſentētiam contra aliquem ferat, in executione.*

§.Præ-

I.

§ Pręmiſſa cauſa, quamobrē Eccleſia appellationem à Papa ad futurum concilium ꝓhibuerit; iam, qui contrafaciendo in excommunicationem huius Bullæ incidunt, videamus.

In excommunicationem hanc
1 igitur† incidunt, qui à Papa ad futurum cōcilium appellant; vt habetur expreſſum hoc in initio huius capitis propoſiti. Quę excommunicatio omnes afficit, & quoſcumque, cum ob dictionē illam omnes, quæ neminem excludit. arg. l. Iulianus. ff. de lega. 3. & c. ſi Romanorum. d. 19. cum ob dictionem illam ſingulos; nā ex quo ſinguli in excommunicationem hanc appellantes incidunt, ergo & omnes. Quæ dictio ſingulos, neceſſariò adhibita non eſt, quoniam dictio illa omnes, ſingulos cōplectitur, & quoſcunque, & per dictionē illam omnes, non comprehendunt ur vniuerſitates; quandoq; dem ipſę non excommunicātur, vt habetur in cap. Romana. § . in vniuerſitatem. de ſentē. excom. lib. 6. & nos abundè in Tractatu noſtro de cenſuris in Tab. 2. Addita ergo eſt dictio illa ſingulos, vel vt apertius, quid altera dictione omnes, comprehendatur, dign. ſceretur, vel ne q̃s exiſtimaret dictione illa Omnes, cōprehendi vniuerſitates, vt quidam voluerunt, & exiſtimarunt, ſed non rectè; cum id ſua vi non comprehēdat, vt aſſeruit Quin. Mādoſ. in Tractatu de Cōmiſſ. Commiſſ. 2. in verb. omneſque, & in verb. ſingulos, vbi & alios quam plures idem ſentientes refert: idque meritò, nam dictio illa, omnes, eſt ſignum vniuerſale quod adiectum alicui, facit, vt ſingula eius comprehenſa intelligantur, vt docent Logicæ artis Magiſtri, non autem eſt nomen vniuerſitatis. Dum igitur Bulla excommunicat omnes, & ſingulos, copulam illam, Et, pro ideſt, īterpretabimur, hoc enim quoque aliquando ſignificat, vt habetur in Inſtitu. de tutel. §. 1. ibi, Eſt autem tutela ius, ac poteſtas; nā dictio illa, Ac, pro ideſt, ponitur, vt ibi not.

Secundò excommunicatio hæc afficit appellantes cuiuſcūque ſtatus ſint, ſcilicet vel clerici, vel laici; nam ex quo excommunicat ſingulos cuiuſcunque ſtatus hæc Bulla, vt habetur ibi, ſingulos cuiuſcunque ſtatus; ſtatus hominum bipartitus eſt; nā alii ſunt laici, alii ſunt Eccleſiaſticæ perſonæ, vt habetur in ca. duo ſunt gene. 12. q. 1. ergo omnes cōprehendit, atque ſic habetur in Bulla Pii 11. & Iulii 11.

Tertiò

Tertiò afficit homines, cuiuſcunque gradus ſint, ob verbum illud Gradus, nam, cum excommunicantur tam laici, quam Eccleſiaſticæ perſonæ, vt proxime probauimus, in vtroque horum diuerſi gradus ſunt; in Eccleſiaſticis enim perſonis poſt Romanum Pont. quem in his ſemper excipio, in Eccleſia, inquam, diuerſi gradus ſunt, tam ratione dignitatis, quàm ordinis, & religionis, ſunt enim Cardinales, ſunt Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Archipresbyteri, pſbyteri, & alii clerici inferiores: in religionib. quoq. varii gradus. In laicis quoque tantundem; adeſt enim Imperator, adſunt Reges, Duces, Marchiones, Comites, iudices, & alii in dignitate poſiti, item & priuatæ perſonę, hi omnes ergo appellātes à Romano Pont. ad futurum cōcilium in excommunicationem hanc incidunt, ex quo excōmunicantur omnes, cuiuſcunque gradus ſint, atque ſic habetur in cit. Bullis Pii Secundi, & Iulii Secundi.

Quartò in excommunicationem incidunt, vel viri, mulieresve ſint, vel liberi, vel ſerui, ex quo enim Bulla excommunicat omnes cuiuſcunque conditionis, vt habetur in ipſa ibi, ſeu cōditionis; conditio verò hominū ſit huiuſmodi, vt partim liberi, partim ſerui, vt habetur in Inſti tu. de iur. per. partim viri, partim mulieres ſint, vt p ſe patet. iure omnes hanc Bullam offēdētes in excommunicationem hanc incidunt, vt habetur in c. mulieres, & in c. de monialibus, & in c. relatum. de ſent. excom. ergo idem & hic, non enim ratio alia contrarium ſuadet: & ꝑtinent hic, quę dixit Mandoſſ. in ead. commiſſ. in verb. Omnes, in verſi. vnde vel perſonę.

Quintò in excommunicationem hanc incidunt, vel ab ordinationibus, vel a mādatis appelletur, vt habetur in Bulla, & ob id ſiue à generalibus, ſiue à ſpecialibus appelletur, atque idcirco ab eius ſententiis, admonitionibus, cenſuris, & pœnis: tum quod & hæc ordinationes, aç mandata ſunt, & eadem ratio in omnibus his viget, vt per ſe patet, ergo & eadem diſpoſitio vigere debet. argu. c. cum dilecta, de confirmat. vtil. vel inutil. & l. illud. ff. ad leg. aquil. tum quod expreſſa hęc habentur in citat. Bullis Pii Secundi, & Iulii Secūdi. Quæ diximus autem, locum habent etiam, ſi quis ad Concilium pręſens appellet, quicquid dixerit Iacob. de Graff. lib. 4. de ciſ. caſ. conſcient. in explicatione Bullæ Cœnæ Domini. num. 46.

46.tum quòd ratio prohibitionis,& hic viget,ergo & diſpoſitio arg.l.illud.ff.ad leg. Aquil. & eorum,quæ dixit Guid. Papa deciſ.373.tum quod idcirco ad futurum concilium appellantẽ excommunicauit Bulla,quoniã raro contingit concilium hoc congregatum eſſe;vbi quis appellat,ſed non ob id excluditur, quia appellans ad concilium iã congregatum in excommunicationem hanc incidat.arg.l.vnic. iunct. Gloſſ ſponſam.C. de rap. virg.Hi omnes ergo in excommunicationem hanc incidunt; iam eos,qui pœnam hanc euadunt,explicemus.

Primum igitur in excommu-
2 nicationem hanc non incidit,† qui contra ordinationes Romani Pont.præces eidem offert, id eſt ſupplicat, vt vulgo dicitur, vt exempli gratia Romanus Põ. ad triremes quem damnauit, is ergo condemnatus poterit Romano Pont.ſupplicare, quo eã
3 pœnam ſibi remittat: nam ad † omnes præces offerre poſſumus & ſupplicare,a quibus appellare non licet.vt habetur in leg.ſi quis aduerſus,& ibi.not.Iaſ.nu. 1.C.de prec.imper.off. & vt dixit de Papa Stephanus Aufrer. ad deciſ.Capell.Tholoſan.deci. 479.verſi.Secundò capitur ſupplicatio.Idque iure meritò;nam per ſupplicationem hanc non aditur alius ſuperior iudex, ſed idem,vt citati auctores in iiſdẽ locis inquiunt, & ob id non fieri iniuria Apoſtolicæ ſedi, quæ per appellationem fieret.

4 Secundò loco† in excommunicationem hanc nõ incidit,vbi appellat quis ab aliis iudicibus inferioribus Apoſtolicæ ſedis, vel ſint legati è latere;nam ſolũ Bulla loquitur de appell. à Romano Pont.ergo ſecus de aliis, arg.c.non ne de præſumpt. & l. cum prætor.ff.de iud.Quamobrem nec appellans à Collegio Cardinalium ſede vacante,in excommunicationem incidet, atque ſic ſenſit Iacob.de Graff. li. 4.deciſ.ca ſ.conſc.in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini.nu. 44.

Tertiò in excommunicationem hanc non incidit,qui appellat à ſententiis,& ordinationib. Imperatoris,vel Regum,& aliorum inferiorum iudicum;tum quia ceſſant rationes in his,quæ prohibent appellationem à Romano Pont.argum.c.2.de re iud.li. 6.tum quod nec de his Bulla loquitur,ergo nec nos loqui debemus.arg.l.de pretio.ff.de publi. in rem act.etenim limitata cauſa limitatum producit effectũ. arg.l.in agris.ff.de acq. rer.do.

6 Quartò † in excommunicationem hanc non incidit, ſi ipſum erran-

errãtem in aliqua re quis admoneat;nam etſi,vt Papa in iis,quę fidei ſunt,errare non poteſt, vt communis Theologorum ſchola docet;ſi tamen, vt ſingularis perſona erret,admoneri poteſt, vt dixit Syl. in verb. Concilium. nu.8.verſi.Quintò.

6 Quintò † in excommunicationem hanc non incidit,qui iniquam ſententiam à Roman. Pō. habuit, ſi in ea executioni reſiſtit. Si ergo regno iniuſtè quem priuet,quod ſe,ſuaq; tueri licet, c.dilecto.de ſent.excom.li.6.& Clem.paſtoralis.de re iud.reſiſti ei poterit.

Poſtremò in excommunicationem non incidit,qui iniuſtè re aliqua priuatus tantundem ipſi ſine ſcandalo adimit:ſed de priori huius Capitis parte hactenus,ad alteram veniamus.Si illud addiderimus appellãtem ad concilium prouinciale, non incidere in excõmunicationẽ; quoniam Bulla de concilio vniuerſali loquitur, atque ſic dixit Iacob.de Graff.ibid. nu. 45. repugnat tamen ratio,immo maior,quam in priori caſu,ex quo Romanus Pont. inferiorem prouinciali Synodo facit, quæ eſt inferior generali.Quare contrariam opinionem veriorem ſentio, & ob rationem redditam à nobis in alio caſu in capite 11.

Verſ. Vniuerſitates verò, Collegia, & Capitula, quocunque nomine nuncupentur, interdicimus ab ordinationibus, ſeu mandantis appellantes.

SVMMA.

1 *Collegium quid ſit.*
2 *Vniuerſitas interdici, non excommunicari poteſt, & quamobrem.*

IN hac poſtrema parte huius capitis interdicunt vniuerſitates quę ab ordinationibus,ſeu mãdatis Roman.Pont.ad futurum conciliũ appellant,vt habetur in verſicu. propoſito, quod & per Bullam Pii Secundi, & Iulii Secundi factum eſt,quas & ſupra meminimus.Verũ,quo rei huius cognitionem vberiorem habeamus, præmittenda duo ſunt. Primum Collegia,& capitula,ſeu vniuerſitates quid ſint. Poſtremò cur vniuerſitates interdicantur per Bullam, non autem excommunicentur ſicut ſingulares perſonæ,de quibus antea egimus.

1 Quoad primum igitur † Collegium,ſeu Capitulum,vel vniuerſitas nil aliud eſt,quàm corpus quoddam fictum ex plurib.

hominibus conſtans vno nomine compreheſum, vt colligitur ex l.rerum miſtura.§.tertium.ff. de vſucap.& huiuſmodi vniuerſitates modò dicũtur Collegia, vt Collegium doctorum, modo Capitula, vt Collegium canonicorum eccleſiæ Cathedralis, de quibus habetur in tit.de iis, quę fiunt à maior. part. capit. modò Communitates, & Parlamenta, quæ ſunt conſilia ciuitatum, vt habetur etiam in Bulla Iulii Secundi, quam ſupra meminimus.

2 Quoad alterum autem †ob eã rem Collegia, & vniuerſitates huiuſmodi interdicto ſubiectæ, non excommunicatæ ſunt; quoniam ordinario iure vniuerſitas excommunicari non poteſt, vt habetur in ca.romana.§. in vniuerſitatem.de ſent. excom. libr. 6.& vt nos id pluribus probauimus in Tractatu noſtro de cenſuris, cap.26.Tab.2. Quamobrẽ autem id factum ſit, ea ratio eſt, quoniam, cum excommunicatio omnium pœnarum, quas in urit Eccleſia, grauiſſima ſit, vt habetur in ca.corripiantur.24. q.3.& nos id probauimus in ea. Tab.2.cap.vltimo.§.vltimo.nu. 8.& ſub vniuerſitate comprehẽdãtur diuerſi generis homines; & quod à maiori parte fit, ab oĩbus factum eſſe cenſeatur. argu. tot.tit.de iis, quæ fiunt à maior. part.cap. contingeret ſæpius innocentes, qui neque conſilium ad id dederunt, neque conſenſum prẹſtiterunt, & ob id innocentes ſunt, grauiſſima hac pœna puniri, vt habetur in cit.c.romana.§.in vniuerſitatem; ne igitur in tantam pœnã quis innocens incideret alterius culpa, ob eam rem factum eſt, vt vniuerſitates non excommunicentur; & ne impunes abeant, altera leuiori pœna interdicto ſcilicet ſubiiciantur. Quid autem interdictũ hoc operetur in vniuerſitate, abundè nos id egimus in Tractatu noſtro de Cẽſuris, c.12.Tab. 5. His ita præmiſſis, iam regulã, vt moris noſtri eſt, ponamus.

SVMMA.

1 *Vniuerſitas in interdictum incidit appellans à Romano Pont. ad futurum Concilium, quod interdictum, quouſque pateat, etiam declaratur.*

2 *Vniuerſitas appellans ad futurum concilium à Papa quando in interdictum non incidat.*

3 *Vniuerſitati appellanti ad futurũ concilium à Papa fauorem præbens in quam pœnam incidat.*

I.

§ Collegium, ſeu vniuerſitas quid eſſet vidimus; iã quãdo

do in hoc caſu Bullã offendens
in interdictum incidat, videa-
1 mꝰ.†Vniuerſitas igitur in inter
dictum incidit, quę à Romano
Pont.ad futurum concilium ap-
pellat, vt habetur id expreſſum
in Bulla. Quæ regula locum ha
bet,vel vniuerſitas laicorũ, vel
clericorum ſit; Bulla enim ſim-
pliciter, & generaliter loqtur,
ergo ſimpliciter, & generaliter
intelligi debet.arg.l. 1.§.& ge-
neraliter.ff.de legat. pręſtan. &
l.de prętio.ff.de publ.in rẽ act.

Item locum habet.quocunq;
nomine nuncupetur,ſcilicet vel
Collegium,vel Capitulum, vel
Conſilium,vel Parlamentũ,vel
Communitas,ob verſi.Quocun
que nomine nuncupentur; idq;
meritò,nam(modò vniuerſita-
tes ſint) nihil intereſt, voluit e-
nim Bulla vniuerſitates interdi
cto ſubiicere, vt ex dictis patet,
& ex cita.Bullis Pii Secundi, &
Iulii Secundi.

Tertiò locum habet interdi-
ctum hoc, eſto ſinguli omnes
de vniuerſitate non conſenſe-
rint,ſed maior tantum pars;nã
nihilominus vniuerſitas interdi
cto ſubiecta erit; quandoquidẽ,
quod fit à maiori parte vniuerſi
tatis,ab omnibus factum eſſe cẽ
ſetur,vt habetur in le.quod ma-
ior,ff.ad municipal.de incol.&
in tit.de iis quę fiunt à maio.pa.
cap.Quare,eſto innocentes ali-
qui ſint,interdicto tamen ſubie
cta vniuerſitas erit.

2 In hoc tamen interdictũ†vni
uerſitas nõ incidet, vbi à maio-
ri parte vniuerſitatis appellatũ
non fuerit;nam tunc ab vniuer-
ſitate id factum non dicitur, vt
habetur in eod.titul.de iis, quæ
fiunt à maior.part.cap.

Item in interdictum non in-
cidit,vbi legitimè congregata
non eſt;nam nec tunc, quod fit,
ab vniuerſitate factum id dici-
tur;quę autem neceſſariò requi
rũtur, quo ab vniuerſitate facta
legitimè dicantur, poſuimus in
Tractatu noſtro de Cenſuris. c.
6.§.1.Tab.1. Atqui, an ſinguli,
qui auctores fuerunt,vt appella
retur,interdicti nihilominus e-
runt?Ego cẽſeo hos excommu-
nicatos eſſe:nam,ex quo ab vni
uerſitate appellatio facta dici
non poteſt, à ſingulis factã eſſe
dici neceſſe eſt,valet enim argu
mentum à partium enumeratio
ne.arg.§.actionum. in Inſtit.de
action.at ſinguli ſic appellãtes,
ideſt ſingulares perſonæ ratio-
ne hac appellãtes in excommu-
nicationem incidunt,vt ſupra vi
dimus,ergo & hi quoque in ex-
communicationem incident. ar
gum.l.illud.ff.ad leg. Aquil.

Poſtremò in interdictum hoc
vniuerſitas non incidit in caſi-

bus in antecedenti parte propoſitis, vt pote vbi ſupplicaret; nã id fieri poſſe antea concluſimus.

3 At quid † ſi vniuerſitas non appellet, ſed appellanti fauoré, auxiliumve præſtet, an in interdictum hoc incidet? Hoc enim Bulla non dicit. Ego tamen cenſeo & in hoc caſu in interdictũ ipſam incidere; nam vna pars legis aliam declarat, & antecedẽtia conſequentia. arg. l. ſi ſeruus plurium. § fin. ff. de lega. 1. at ſupra ſingulares perſonæ auxiliũ, fauoremve præſtantes in excõmunicationem incidunt, vt ſupra vidimus, ergo & vniuerſitas interdicto ſubiacebit. Prẹterea hoc tacitè habetur in Bulla Pii Secundi; nam, vt ibi ait, qui ſciẽter conſilium, auxilium, fauorẽve talibus dederint, pari pœna plectantur. Addo id in ſequenti verſiculo haberi. Hæc ibi; ſi ergo vult ibi Bulla, vt qui auxiliũ, fauoremve præſtiterint, pari pęna puniantur, ſicut appellantes: ipſi appellantes, ſi ſingulares ꝑſonę ſint, in excommunicationẽ incidunt; ſi vniuerſitates in interdictum; ergo ex his patet & hic in interdictũ vniuerſitatẽ incidere. Accedit poſtremò & mens Romani Pont. & fauor Apoſtolicę ſedis; ex quibus omnibus & in hoc caſu vniuerſitates in interdictum hoc incidere cõcludo; ſed de hac parte hactenus: iam ad poſtremam veniamus.

Verſ. Nec non eos, quorum auxilio, vel fauore appellatum fuerit.

S V M M A.

1 *Fauorem, auxiliumve præſtans appellanti ad futurum concilium, in excommunicationem incidit, quæ regula etiam declaratur.*

HIC excommunicantur etiam, qui auxilium, vel fauorem ꝓſtiterunt, quò ad futurum concilium à Romano Pont. appellaretur; q̃rem vt dilucidiorem habeam⁹, tria præmittenda ſunt. Primum quis auxilium præbere dicatur. Alterum quis fauorem præſtare. Tertium, an hæc pręſtans ſtatim in excommunicationem incidat, an poſt appellationem ſecutam.

Quoad primam quæſtionem igitur auxilium pręſtare is dicitur, qui aut re, aut verbis opem ei fert. Re pręſtando ei pecuniã, quò ſatisfaciat conſiliariis, aduocatis, tabellionibus, & huiuſmodi, quorum opera ad appellationem

tionem hanc faciendam vtitur, item tabellio, qui ſcribit hanc appellationẽ. Verbis, qui ei conſilium dat, quomodo formãda ſit appellatio, intra quod tẽpus ſit interponenda, & eam licitè fieri poſſe. Item, qui ei, vt teſtis intereſt. Quare ob id aduocati, tabelliones, teſteſque qui ad actionem hanc ſuas operas pręſtant; auxilium præſtare dicentur, vt habetur in Bullis Pii Secundi, & Iulii Secundi iam citatis in prima parte huius capitis.

Quoad ſecundam, fauorem præſtare quis dicitur, qui ratione alia hos appellantes adiuuat, vt pote ipſos apud ſe habendo, aſſociando, ne quis eos offendat, litteris apud alios eos commendando, & id generis, vt alibi etiam ſupra diximus.

Quoad tertiam, breuiter cõcludendum eſt in excommunicationem hanc non incidere, ni ſi appellatio ſecuta ſit, ob verbũ illud; Appellatum fuerit, quod pręteritum perfectum cùm ſit, rem perfectam ſignificat. argu. eorum, quę dixit Gloſſ. in capi. quicunque. §. 1. in verb. Innodetur. de hęret. lib. 6. Quamuis per Bullam Iulii Secundi comprehẽdantur etiam, qui ſolum id fieri licere conſuluerit & ſic ẽ ſto appellatio ſecuta non ſit; quod ẽt not. Caietan. in Sum. in verb. Excommunicatio. cap. 25. & Martinus Alfonſ. de Viualdo in Cãdelabro in 2. p. in explanatione Bullę Cœnę Domini. caſ. 2. nu. 19. His ſic præmiſſis; iam regulã de more ponamus.

1 In excommunicationẽ hanc igitur† incidunt ii, quorum auxilio, vel fauore à Romano Pont. ad concilium futurum appellatum fuerit, vt habetur in verſic. propoſito. Quæ excommunicatio afficit vel re, vel verbis hæc pręſtent, nam Bulla non diſtinguit, ergo nec nos diſtinguere debemus. argum. l. de prætio. ff. de publ. in rem act.

Secundò excommunicatio hæc afficit non ſolum, qui hæc p̃ſtãt in ipſa appellatione, vt pote ſi eam ſcribant, ſi vt teſtes interſint; verumetiam etſi antea ad id opem tulerunt; nàm & ob eam rem Aduocatos, tabelliones, teſtes comprehendi proximè diximus.

Poſtremò vel per ſe, vel per alios id agant, & hoc ob eãdem rationem; quoniam Bulla nõ diſtinguit.

Excipiuntur tamen nõnulli, qui pœnam hanc euadunt; nam primò qui conſulit, vt appellaretur, in excommunicationem tamen hanc non incidit, ſi appellatum non ſit; quandoquidem Bulla hæc perfectum poſtulat, vt p̃diximus

diximus ob verbum illud appellatum fuerit, atque ſic dixit Nauar. in Man. cap. 27. num. 58. verſic. Tertia, & Iacob. de Graff. lib. 4. deciſ. caſ. conſc. in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini, cap. 2. num. 47. quamuis incidat in excommunicationem Bullæ Iulii Secundi, & Tolet. in Bulla Cœnæ Domini, cap. 10. nu. 5.

Secūdò in excommunicationem hanc non incidit, qui probabiliter hæc ignorans fecit, vt pote ruſtic⁹ teſtis adhibitus eſt ad appellationem interponendam, vel aſſociatus eſt eum, qui ibat ad appellandū; etenim ignorantia huiuſmodi probabilis excuſat. arg. c. Apoſtolicę. de cler. excom. min. & ca. fin. de conſtit. lib. 6. Præterea hoc probatur ꝑ Bullam Pii Secundi, vbi excommunicantur, qui ſcienter hęc fecerint, ergo ſecus, ſi ignoranter: atque idcirco, & in caſu noſtro idem dicendum: vna enim lex aliam declarat, & vetuſtior recentem. arg. le. non eſt nouum, cum duabus ſeq. ff. de leg. Sed de hoc Capite ſatis; ad aliud veniamus.

De excommunicatione lata contra Piratas, eorumque Fautores. Cap. III.

Item excommuuicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Curſarios, ac latrones Maritimos diſcurrentes Mare noſtrum, præcipuè à Monte Argentario vſque ad Terracinam; Ac omnes eorum fautores, receptatores, Defenſores.

S V M M A.

1 *Piratæ quinam ſint, & vnde dicti.*

IN hoc capite excommunicantur Piratæ, eorumque fautores. Diuiditur autem in duas partes; quarum ſecunda incipit ibi, Ac omnes eorum fautores. De prima igitur agamus, quam vt dilucidiorem habeamus, duo præmittenda ſunt. Primum quinam Piratæ Curſarii, ac latrunculi maritimi ſint. Deinde, an iure antiquo punirentur.

1 Quoad primū igitur † ſciēdū eſt Piratas eos eſſe, qui in mari rapinam exercent ſpoliando, capiendove eos, qui negociandi cauſa, aliisve honeſtis cauſis nauigant, vt probatur per Bullam noſtram, iunct. c. excommunicationi. de rapt. nam in eo ca. agitur

tur

tur de Piratis,vt DD.ibi interp-tãtur,& hos eſſe ibi ait S.Syno. qui chriſtianos pro negociatione,vel aliis honeſtis cauſis nauigio vectos aut capere,aut rebus ſuis ſpoliare prę̃ſumunt;ergo Piratæ hi ſunt,quos. diximus. Dictos autem Piratas alii inquiũt à Sparta latrone , qui primus Mare infeſtauit;alii quod ꝑ mare ſemper permeant, ducto nomine à verbo græco πείρω, quod ſignificat Trãſeo;alii verò à nomine gręco πειρά, quod ſignificat dolum,& fraudem, ſeu damnum;ac propterea, qui in Mare damnum dant,hos Piratas dixere,vt habetur in Lexicõ Gręco in verb.πειρώ,& in verb.πειρατεία, quoquomodo tamen ſit ; illud certum eſt,omnia nomina hæc illis conuenire , & ad ſummam eos eſſe,qui in Mari latrocinia, ac rapinas exercent:& quoniam hæc agendo ratibus huc , illuc curſitant, ob eam rem noſtrati lingua Curſarii dicti ſunt,& latina Latrunculi,quoniam latrocinia exercẽt;pro iiſdem igitur accipiuntur in hac Bulla Piratæ,Curſarii, & Latrunculi, vt ſenſit etiam Caietan. in Sum.in verb Excommunicatio.cap.18. ibi,vnum genus perſonarum nominatur diuerſis nominibus, & de quæſtione hac prima ſatis.

Quoad alteram quæſtionem an iure antiquo id prohibitum eſſet,concludendum eſt & iure antiquo id ſpeciatim prohibitũ fuiſſe,vt habetur in cap. excommunicationi,de rap.Excommunicationi ſubdantur, dicitur enim ibi,qui Romanos,aut alios Chriſtianos pro negociatione, vel aliis honeſtis cauſis nauigio vectos,aut capere,aut reb. ſuis ſpoliare præſumunt.Hæc ibi, ex quibus patet id,quod diximus, ſcilicet prohibitum fuiſſe,ne q̃s Chriſtianos nauigantes caperent,aut ſpoliarent. Differt autem diſpoſitio eius cap.excommunicationi,à Bullæ noſtræ diſpoſitione in tribus.Nam ibi excommunicatio comminatoria fertur,iubetur enim , vt excommunicentur Latrones huiuſmodi,dum dicitur.Excommunicationi ſubdantur; hic verò ipſo iure ſunt excommunicati. Item excommunicantur, qui capiũt ac ſpoliant nauigantes; hic vero,qui piraticam exercent, eſto neminem capiant . Poſtremò ibi, vt excommunicationi ſubdantur,iubetur, in quocunque mari latrocinia faciant, hic verò,qui in mari Eccleſiæ hęc exercent.His ſic præmiſſis,iam regulam de more ponamus.

S V M M A.

1 *Piratæ,ſeu Curſarij,& Latrunculi mari-*

maritimi diſcurrentes mare Eccleſiæ in excommunicationem inciduntːquæ excõmunicatio, quouſque pateat, etiam declaratur.

2 *Piratæ, qui per multos annos piraticam exercuerunt, an in excommunicationes plures inciderint.*

I.

§ Præmiſſo quinam Piratæ ſint, iam, quãdo in excommunicationem hanc incidunt, videamus. † In excommunicationem hanc igitur incidunt Piratæ, ſeu Curſarii, ſeu Latrunculi maritimi, diſcurrentes mare Eccleſiæ, præſertim à Mõte Argentario vſque ad Terracinam, vt habetur in Bulla.

Quæ excommunicatio afficit quoſcunque, qui Piraticam exercent ſiue laici, ſiue Eccleſiaſtici, ſiue perſonę publicæ, ſiue priuatę, ſiue ſerui, ſiue liberi, ſiue viri, ſiue mulieres; nam excõmunicantur omnes Piratæ, ergo cuiuſcunque gradus, ac conditionis ſint, comprehendũtur. arg. c. ſi romanorum, d. 19. & le. Iulianus. ff. de leg. 3.

Item excõmunicatio hęc afficit hos Piratas, ſtatim atq. diſcurrere ceperint per mare, eſto adhuc neminem ceperint, ſpoliauerintve; nam Bulla excommunicat Piratas diſcurrentes Mare Eccleſię, vt habetur ĩ verbis, & non conſiderat, an adhuc damnum dederint, ſed ſimpliciter dicit; Excommunicamus Piratas diſcurrentes; ſat igitur eſt, vt eo animo mare ingrediãtur, parati latrocinia facere oblata occaſione; punitur igitur affectus, eſto non ſequatur effectus. Nec repugnat, quod ait Alfonſ. de Viualdo in Candelabro. 2. p. in explanatione Bullæ Cœnę Domini, caſ. 3. num. 20. vbi ait, in excõmunicationem hos non incidere, niſi cum effectu deprędatio ſequatur; nam Bulla, quã ibi interpretatur, eſt Siſti V. in qua erant pręter verbum diſcurrentes alia, ſcilicet Capiendo, & cę. & ſic illud Diſcurrentes. determinabatur per ſequentia, q̃ hic non adſunt, & ead. ratione reſpondetur ad Rebuff. eod. art. in verſic. Et illos, & ad Caietan. in Sum. in verb. Excommunicatio, cap. 18.

Atqui an piratæ huiuſmodi, ſi per multos annos piraticam exercuerint, in excommunicationem vnam, pluresve inciderint? Ego cenſeo ſic diſtinguendum. Aut hi omittunt eam artẽ, & nolunt amplius eam exercere, & in hoc caſu vna tantum excommunicatione cõſtricti ſunt, ea ſcilicet, qua in initio conſtrĩcti fuerunt, vbi eam artem exercere ceperunt, nam per Bullam

hanc,

hanc; ſtatim atque hanc artem incipiunt, excommunicãtur, vt dixi. Aut deinceps mutata volũtate ad eam redeunt, & in hoc caſu in aliam excommunicationem incidunt; ſicut in nouũ peccatum is incidit, qui poſteaquã eum pœnituit homicidii, quod committere volebat, iterũ animum inducit, vt illud cõmittat. Aut ex quo eam artem exercere ceperunt, eam nũquam dimiſerunt, ſed aut actu, aut habitu animum ſemper ad exercendam eam habuerunt; & in hoc caſu vna excommunicatione tantum ligati ſunt, ea ſcilicet, qua ſunt conſtricti, vbi eam artem exercere ceperũt, eſto deinceps plures ſpoliauerint, ac ceperĩt; quãdoquidem Bulla excõmunicat hos piratas per mare Eccleſię diſcurrentes, non autem quoties capiũt; ſic enim & hæreticus in excommunicationem vnam incidit, ſtatim atque hęreſim animo conceptam ratione quapiã expreſſit, & in nouam excõmunicationem toties non incidit, quoties operatur ſecundum illã hęreſim; ſicut ſi hęreſis eum pœniteat, illamque abiuret; nam, ſi deinceps in eam hæreſim incidat, excommunicatione iterum obligatur, & dicitur relapſus. argum. c. ſuper eo, & c. accuſatus, §. ille quoque. de hæret. li. 6.

Tertiò excommunicatio hęc afficit hos piratas, eſto animum inducant ſpoliare homines alicuius rationis tantum; nam ſat eſt, vt piraticam exerceant, vel vnius gentis enim deinceps, vel omnium homines expoliare, capereve ſibi proponant, nihil intereſt: quæ differunt enim ſecũdũ plus, & minus, diuerſam ſpeciem non faciunt, præterea non diſtinguit Bulla, contra quos Piraticam exerceant, ergo nec nos diſtinguere debemus. argu. l. de prætio. ff. de publi. in rẽ act. iure igitur, & hi pœnam hanc non euadent, atque ſic ſenſit Angel. in verb. Excommunicatio. 5. cap. 18. ibi. Quod nota. & Tolet. in Bulla Cœnæ Domini. Excom. 2. num. 3. verſic. Tertiò, ibi Ego puto, & Nauar. in Man. ca. 27. num. 59. verſic. Quarta contra Syl. in verb. Excommunicatio. 7. num. 55. cum ſeq. verſicu. Vigeſima, ibi vnde tria, & contra Rebuff. in Prax. benefi. in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini, not. 2.

Quartò excommunicatio hæc afficit hos piratas vel magna hominum manu id faciant.

Poſtremò in excommunicationem hanc incidunt diſcurrentes per mare prædictum, eſto aliàs Romano Pont. ſubiecti non ſint; nam ratione delicti ſubie-

cti fiunt.argu.ca.dilecti.de for. compet.& c.fin.de conſtit. li. 6. Sed iam qui pœnam hanc euadant,explicemus.

S V M M A.

1 *Spoliantes eos, qui per mare eunt, quando in excommunicationem non incidant.*

II.

§ Qui in excommunicationẽ hanc incidunt,vidimus; iã qui eam euadunt, uideamus. † 1 Primum igitur in excommunicationem hanc non incidunt, q̃ diſcurrunt mare cauſa negotiãdi,alteriuſve rei huiuſmodi gerendę, & oblatam nauim expoliant;nam quòd hi propriè Piratę non ſunt, ex quo Piraticã nõ exercent ex profeſſo, ob eam rem in excommunicationẽ hãc non incidunt;etenim verba Bullæ eis non conueniũt, ergo nec diſpoſitio.arg.l.4.§.toties. ff.de dam.infect.atque ſic ſenſit Syl. in verb.Excommunicatio.7.numer.35.cum ſeq.verſicu.Vigeſima,ibi. Vnde tria faciunt piratam,in ſecundo requiſito, quẽ ſequitur Rebuff.eod.verſic.ſecũdum,& Tolet.eod.vbi ſupra, & communiter receptum hoc teſtatur Nauar.in Man.cap.27.nume.59.ver.Secunda. Quare exules quidam ſuperiorum temporum,qui mare ingreſſi,vt fugerent,nauim quandam mercibus onuſtam nacti expoliarũt,in excommunicationem hãc non inciderunt.

Secũdò in excommunicationem hanc non incidunt,qui mare percurrunt, vt capiant, ſpolientve publicos hoſtes,& præſertim Chriſtiani nominis hoſtes;nam Bulla hęc ad Chriſtianorũ fauorẽ facta eſt;ergo non pro iis, qui eorum hoſtes ſunt. Quare,qui Turcas capiunt,ſpoliãtve,in excommunicationem hanc non incidunt,eſto ob id artem hanc exerceant,ſicut Equites Meliuetani, & Equites San. Stephani de Florentia; etenim & in cita.c.excommunicationi. de rapt.iubetur ſolum, vt excõmunicationi ſubiiciantur, qui Romanos,aut alios Chriſtianos capiunt, ſpoliantve: ergo ſecus ſi alios.argum.c.non ne,de prę-ſumpt.& l.cum prętor.ff.de iud. Item pœnam hanc euadunt, q̃ mare percurrunt, quò illud expurgent his piratis; quod Pompeo Magno feliciſſimè contigit, qui intra tres menſes mare huiuſmodi piratarum plenũ expurgauit, atque ſic ſenſit Mar. Socin.Sen.in citat.cap. excõmunicationi,nu.4.verſ.Sed quæro, quia textus dicit,ibi. Sed dic, q̃ textus

textus noſter.vel chriſtiani aũt, vel alterius generis piratæ hi ſint,nihil intereſt. Tertiò in excommunicationem hanc non incidunt, qui mare percurrunt, quò eos capiant, vel expolient, qui ad Turcas, hoſtesve alios chriſtiani nominis arma, & alia id generis exportãt; nam hi nõ modo à lege non puniuntur,ſed potius præmio afficiuntur,quãdoquidem Eccleſia ſtatuit,vt q hos capiunt,ſeruos ſuos faciãt, vt habetur in c.ita quorundam, de iudæ. In excommunicationẽ etiam non incidunt ob eandem rationem,qui mare percurrunt, quo hæreticos, ſchiſmaticos,apoſtatas , exuleſve reipublicæ hoſtes capiant.Non denique in excommunicationem incidũt, vbi bellum etiam iniuſtum eſſet inter duos Principes,& milites vnius mare percurrerent,quo alterum expoliarẽt; nam ſic dixit Angel.in verb.Excommunicatio.5.ca.18.ibi. Niſi habeat bellum,& Syl.in verb.Excommunicatio.7.num.56. verſi.vnde tria faciunt piratã,& Armill. in ver. Excommunicatio.13.& Martinus Alfonſ.de Viuald.in eo.caſ. 3.num.23.& Rebuff.eod.verſic. Tertium,& Tolet.in Bulla Cœnæ Domini,Excom.2.num.2.& Nauar.in Man.cap.27.num.59. verſic. Secunda: idque merito; nam non ex profeſſo id agunt, ſed cauſa belli,& ſic ceſſat ratio Bullæ,ergo & diſpoſitio ceſſare debet.arg.l.pen.§.pen.ff.de iur. & fact.ignor.Poſtremò ratione belli id facit, quod licet iuxta illud virtus,an dolus in hoſte requirat?in omnibus igitur his caſibus excommunicationẽ hanc quis euadit.

Tertiò in excommunicationem non incidũt,qui aliena maria,& non Eccleſiæ ob hanc rationem percurrunt; nam actus agentis non operatur p̃ter eius intentionem.argu.l.non omnis. ff.ſi cer.pet.& c.cum voluntate, de ſent.excom.& Bulla excõmunicat ſolum diſcurrentes mare Eccleſiæ,vt in ipſa habetur, ibi Diſcurrentes mare noſtrum, & præcipue à Monte Argentino, vſque ad Terracinam, ergo ſecus ſi aliena maria percurrant; valet enim argumentum à contrario ſenſu.arg.l.1.ff.de off.ei⁹; ſatis enim habuit Romanus Põ. ſua maria tuta habere,cum aliena à ſuis dominis tuta haberi poſſint. Quare, qui percurrunt mare Venetorum,item, & omnia Indorum maria, & ad ſummam modo Eccleſiæ maria nõ percurrant,in excommunicationem hanc non incident. Excõmunicari tamen poterunt beneficio eius.c.excommunicationi.

de rapt.in Bulla tamē Pauli Tertii,quam interpræatur Rebuff. in ſua Prax. benef. & in Bulla Gregorii XIII.quam interpræatur Nauar.in Man.cap. 27.nu. 59 piratæ excommunicantur quodcunque mare tranſcurrāt; & fortaſſe ſecundum eas hanc interpretabimur.

Quartò in excommunicationem non incidunt, qui flumina tranſcurrunt,nam Bulla de tranſcurrentibus mare tantum loqtur; ergo non de tranſcurrentibus flumina; tum quod flumen mare non eſt,vt probatur in §. & quidem naturali iure,& §. flumina,in Inſtitu.de rer.diuiſ.tum quòd incluſio vnius,alterius excluſio eſt.c.non ne.de præſump. & l.cum prætor.ff.de iud.atque ſic ſenſit Hoſtiē.quem refert,ac ſequitur Mar.Socin.Sen.in cita. c.excommunicationi.nu.4.verſ. Secundò quęro. de rapt.nā ibi, ait eum canonem locum nō habere in illis, qui nauigant in aqua dulci;& ſic in fluminib. hęc enim aquam dulcem habent,nō autem maria, quandoquidem amaram eam habent, vnde nomen etiam ſibi vendicarunt; nā mare ab amaritudine dictū opinantur: ex quo igitur canon ille locum non habet in fluminibus, & ibi de hac eadem materia agitur, ergo nec Bulla hæc locū habebit.Idque merito; nam lex ad ea ſe accomodat, & iis proſpicit,quæ ſæpius accidunt.arg. l.nam ad ea. ff.de leg.at ſępius cōtingit piratas in mari naues expoliare,& captiuos facere,ergo non in fluminibus locum habebit,in quibus rarò, vel nūquā hæc accidūt;ſed in mari vbi hoc ſæpius contingit.arg.c.vbi periculum.de elect.lib.6.& l. aut facta.ff.de pœn. Quare qui in Tiberi prope Romam,& in ditione Eccleſię naues expoliauerit, captiuoſve fecerit,in excommunicationem hanc non incidet, cùm flumen ſit,& non mare.Excipio tamen, vbi perſequendo in mari piratæ aliquos in flumine ipſos conſecuti ſint, & ceperint;initium enim hic ſpectatur, atque ſic aſſeruit Tolet.eod.nume.3. verſic. Vnde quamuis piratæ.

Poſtremò in excommunicationem hanc non incidūt latrones,qui in terris agunt hæc; nā Bulla excōmunicat maritimos latrones,non autem terreſtres, vt habetur in Bulla; ex quo igitur hiſce verba non conueniunt nec diſpoſitio conuenire debet. arg.l.4.§.toties.ff.de dam. infecto.Quod locum habere cenſeo vel deinceps ī mari ſe occulēt. Secus autem ſi & in mari ſpolient.In omnibus igitur his caſibus

bus latrones pœnam hanc èuadunt. At quid, ſi piraticam exerceant, vt ſolum iudęos, alioſque à chriſtiana fide alienos capiāt, expolientve, an in excommunicationem incident? Videbatur dicendum hos in excommunicationem non incidere; nam in cita.c.excommunicationi. de rapt. vbi de materia hac agitur, mentio eorum fit tantum, qui chriſtianos capiunt, aut expoliant; ergo ſecus ſi à chriſtiana religione alienos aggrediātur; Incluſio enim vnius alterius excluſio eſt. argu.c.non ne.de pręſump.& l.cum prætor.ff.de iud. Contrarium tamen ſuadere videtur Bulla noſtra, quæ ſimpliciter loquitur, & chriſtianorum nullam mentionem facit, ergo ſimpliciter intelligi debet. arg. l.de pręcio.ff.de publ. in rē acti. Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut hi infideles pacificè viuunt cum chriſtianis,& in terris chriſtianorum, ſicut multi hæbrei Romæ;& in hoc caſu, qui cōtra hos piraticam exercerent, in excommunicationem hāc incidere cenſeo, cùm ob rationem proximè allatam; tum quòd romanis legibus viuunt, & offendi non debent, vt habetur in l. iudęi. 1.& in l.nullus.C. de iudæ. Nec obſtat cit.c.excommunicationi; nam Bulla noſtra ſimpliciter loquitur; præterea hoc redū daret in damnum Eccleſię, quādoquidē mercatores huiuſmodi ad chriſtianorum Vrbes merces non deferrent, quod eſt contra mentem ipſius Bullę, q̄ chriſtianis prodeſſe, & non obeſſe voluit. Aut non pacificè viuunt cum chriſtianis, & tunc contrariam opinionem veriorem concludo, cum ob rationem redditam; tum quòd proximæ redditæ hic ceſſant; ſed de prima parte huius capitis hactenus; ad poſtremam, in qua fautores, receptatores,& defenſores horum excommunicantur, tranſeamus.

Verſ. Ac omnes eorum fautores.

SVMMA.

1 *Fautor piratarum quiſnam ſit.*

2 *Fauere piratis, quot modis quis dicatur.*

3 *Fautor piratarum in excommunicationem incidit, qua regula, quo uſque pateat, declaratur.*

4 *Fautores piratarum qui in excōmunicationem non incidant.*

HIC excommunicantur fautores eorū, qui maritimis, latrūculis,& piratis iam dictis

dictis fauent. Sed vt rem dilucidiorem habeamus, duo præmittenda ſunt. Primum quid ſit fautor. Deinde quot modis fauere contingat.

1 Quoad primum igitur †fautor piratarum ille dicitur, qui ob piraticam quacunque ratione eis opem fert, iunctis iis, quę diximus Capite primo in verſi. Fautores; quamobrem quoad hoc nihil præterea dicimus.

2 Quoad alterum †duob. modis quis fauere dicitur vel verbis, vel factis. Verbis, vt pote conſulendo quid agant, quò expolient, vt ſenſit Nauar. in Man. cap. 27. num. 59. verſic. Declaratio prima, ibi. Et negari non poteſt. Item fauere dicitur, qui ei ſignificat, quando aliqui nauigaturi ſint, & quando mercatores diuites tranſeant, & quomodo grandem prædam agere poſſint. Item ſi naues chriſtianorum eos perſequentes cellauerit; & vbi ſint, indicare noluerit. Item, vbi tuto aquari poſſint, eos docuerit, & alia huiuſmodi. Rebus autem fauet, qui ipſis aut arma, tela, naueſve eis præbet; aut ea, ex quibus veteres ſarciantur, recenteſve fiant, & ſic aut ligna, aut canabem eis præbet, aut pulueres, plumbumve ad bombardas neceſſaria, aut comeatus pręſtat ac demum aliquid efficit, quo artem illam exerceant, & in illa perſeuerent, atque ſic ſenſit Rebuff. in Prax. benef. in expoſitione Bullæ cœnę Domini. ar. 2. in verb. Auxilium. Quare & remiges, qui remigando eis opem ferunt, fauere his maxime dicuntur; nam & eundo cum aliquo quis auxilium dat, vt ait Bald. quem refert Rebuff. ibid. & ob id fauet. His pręmiſſis (reliqua enim ex dictis in primo capite, in ver. Fautores, haberi poſſunt) iam regulam de more ponam.

3 In excommunicationē igitur hanc †incidunt, qui latrunculis hiſce maritimis, ratione quapiā, re ſcilicet, aut verbis fauent, & tam per ſe, quàm per alios. Quæ regula eiſdem modis amplificatur, quibus amplificata eſt ſuperior regula. Item regula propoſita in cit. verſi. Fautores, Cap. 1. iam igitur caſus, in quibus fautores in excommunicationem non incidunt, ponamus.

4 In excommunicationem igitur hanc †non incidūt fautores in illis caſibus, in quibus non incidunt ipſi Piratæ, quos in ſuperiori regula poſuimus. Item neque in caſibus poſitis in eo. Ca. 1. in cit. verſ. Fautores.

Quare in excōmunicationem hanc fautor ille non incidet, q eis in aliquo ſubuenerit probabiliter ignorans eſſe tales. argu.

cap.

c.Apoſtolicę.de cler.excomm.
min.& c.fin.de conſtit.libr.6.Si
ergo e naui exeuntes adeunt ali
quem hoſpitem, cauponamve
petendo ſibi panẽ,ac vinum prę
ſtari, hęc præſtantes in excom-
municationem non incidunt, ſi
probabiliter eos tales eſſe ipſi
ignorent.

Non incidit etiam in excom-
municationem,qui coactus ei o
pem fert, vtpote captiuos à ſe
factos remigare cogunt,vel ho
ſpitem aggrediuntur, & cũ non
poſſit ſe tueri, permittit omnia
eos accipere,quę volunt: hi er-
go in excommunicationem nõ
incident,quandoquidem ꝓprie
hi fauere non dicuntur.arg.c.ſa
cris,de iis,quæ vi metuſve cauſ.
fiunt,atque ſic de chriſtianis ſer
uis factis infidelium, qui remi-
gum officium obire coguntur,
dixit Iacob.de Graff.libr.4.de-
ciſ.caſ.conſc.in expoſitione Bul
lę Cœnæ Domini.nu. 55.& fa-
cit ad hoc quod dixit Nauar.in
Man.ca.27.num.63.in fine, vbi
in ſimili idem dicit,quãuis pec-
cent.Idem aſſeruit Tolet.in Bul
la Cœnę Domini,Excommuni-
catio.5.in fine,vbi remiges pec
care& ipſe aſſerit contra chri-
ſtianos remigantes,quãuis me-
tu mortis id faciant: id quod &
pluribus tradidit Nauar.in c.ita
quorundam.not.11.num.10.cũ
ſeq.de Iudę.qui tamen eos in ex
communicationem non incide
re inquit.

Non etiam,qui eis in neceſſi
tate fauet, vt ſupra diximus de
hæreticis.

Poſtremò,vbi vniuerſitas eis
faueret; nam quod vniuerſitas
excommunicationis capax non
eſt,vt habetur in c.romana.§.in
vniuerſitatem de ſen.excom.li.
6.ob eam rem pœnam hanc eui
tabit,aliam tamen patietur. ar-
gu.c.poſtulaſti,de iudę.reliqua
vide in eod.cap.1.in verſic.Fau-
tores.

Verſ. Receptatores.

SVMMA.

1 *Receptator piratarum in excom-
municationem incidit,quæ regu-
la,quouſque pateat, etiam decla-
ratur.*

HIC excõmunicantur,
qui recipiunt hos la
trũculos maritimos
ac Piratas. Et quo-
niam,quinam rece-
ptator ſit,diximus in Capit.1.in
verſ.Receptatores, ob eam rem
hoc omiſſo, regulam breuiter
ponamus.

In excommunicationem hãc
1 quoque † incidunt receptatores
horum

horum latrunculorum, quę regula locum habet, vel ipſos, vel ſua recipiant, & ſic de habitatione eos accõmodent, vt dixit Rebuff. in Prax. benef. in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini. art. 2. verſic. Auxilium; ſic enim & furti tenetur, qui res furtiuas à fure habitas recepit, vt habetur in §. conceptum in fine. in Inſtit. de oblig. quę ex delict. naſc. locum ẽt hẽt in omnibus caſib. in qb. antecedentes regulæ locum habent. Hanc tamen pœnam euadunt omnes in caſibus, in quib. Piratæ etiã euadunt, & ipſi fautores, & in quibus hęreticorum receptatores euadere diximus. eod. verſi. Receptatores.

Et quoniam de defenſoribus eadem ſentimus, quæ de defenſoribus hæreticorum antea diximus in cap. 1. verſi. Et generaliter quoſlibet illorum defenſores, & hęc regula eaſdẽ ampliationes, exceptioneſq. patiť, quas ſuperiores regulæ huius capitis patiuntur; ob eam rẽ ipſis omiſſis, ne actum agamus, ad quartũ Caput veniamus.

De excommunicatione lata in eos, qui ſubripiunt bona eorum, quorum naues aut in tranſuerſum iactæ, aut naufragium paſſæ ſunt. Cap. IV.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos, qui christianorum quorumcunque nauibus tempeſtate, ſeu in tranſuerſum, vt dici ſolet, iactatis, vel quoquomodo naufragium paſſis ſiue in ipſis nauibus, ſiue ex eiſdem eiecta in mare, vel in litore inuenta, cuiuſcunque generis bona tã in noſtris Tyrreni, & Adriatici, quam in cæteris cuiuſcunque maris regionibus, & litoribus ſurripuerint. Ita vt nec ob qdcunque priuilegium, cõſuetudinem, aut longiſſimi ẽt immemorabilis temporis poſſeſſionẽ, ſeu alium quẽcunque prætextum excuſari poſſint.

S V M M A.

1 *Naufragium quid ſit, & vnde dictum.*

IN hoc capite excommunicãtur ſubripiẽtes bona chriſtianorum, quorum naues aut tẽpeſtate in traſuerſum

uerſum iactatę, aut naufragiũ paſſæ ſunt: quam rem vt dilucidiorem habeamus, abſolutamque eius cognitionẽ conſequamur, præmittenda duo ſunt. Primum quid ſit naufragium. Deinde iure antiquo an id cautum eſſet.

1 Quoad primum igitur† naufragium nil aliud eſt, quam dãnum ſecutum ex fractione, vel periclitatione nauis in mari, ſiue damnum ſit in ipſa naui, ſiue rerum, ac perſonarum, quæ in ipſa naui ſunt, vt colligitur ex tit.ff.de incend. ruin. naufrag. iũct. tit.ff.ad l.Rod.de iact.& vt ſentiũt Syl. in verb.Naufragiũ, in principio, & Tabien.eod. Dictũq. eſt naufragium quaſi nauis fragium, ideſt fractio; nã ex fractione, periclitationeve nauis prędicta damna ſequuntur, vt cita. auctores iiſdem in locis inquiunt.

Quoad alterum autem ꝑ cõcilium Lateranẽſe excommunicantur, ſi eis, qui naufragiũ paſſi ſunt, bona non reſtituant, vt habetur in c.excommunicationi.de rap. Illi etiam, qui chriſtianos naufragium patientes, quibus ſecundum regulam fidei auxilio eſſe tenentur, damnata cupiditate ſpoliant rebus ſuis, niſi ablata reddiderint, excommunicationi ſe nouerint ſubiacere. Hęc ibi, ex quibus patet & antiquitus huic ꝓſpectũ fuiſſe, quãuis non ita abundè, vt per hanc Bullam; nam & abſolutio excõmunicationis ibi reſeruata non eſt, vt hic in Bulla; ab aliis etiam Romanis Pontif. eſt prouiſum huic, vt à Paulo Tertio in Bulla incip. Accepimus nuper, lata anno 1545. die 13. Martii Pontificatus ſui anno Vndecimo, & in Bulla incip. Accepimus per ſtatuta ab eodẽ lata, & à Iulio Tertio in Bulla incip. Cum nobis, lata die 22. Octobris 1554. & à Pio Quinto in Bulla incip. Cum nobis; ſed tamen per eas Bullas non ſic generaliter perſpicitur, ſicut per hanc; nam ibi ſolum ꝓſpicit iis, quorum bona ad portus, & litora S. Romanæ Eccleſiæ perueniunt; non autem generatim, vt hic. His ita præmiſſis, iam regulam de more ponam.

S V M M A.

1 Subripientes bona eorum, qui naufragium paſſi ſunt, in excommunicationem incidunt: quæ regula quouſque pateat, etiam declaratur.

I.

§ Præmiſſis ꝑdictis de Naufragio; iam qui in excommunicationem hanc incidunt, videamus.

S

1 videamus.† In excommunicationem hanc igitur incidunt, qui ſubripiunt eorum bona, qui in mari naufragium paſſi ſunt, vt habetur in Bulla; quę excõmunicatio latiſſimè patet.

Nam primò locum habet, q. cunque ſint, qui hæc ſubripuerint; Bulla enim excommunicat omnes, & ſingulos talia ſubripiẽtes, ergo neminem excludit. arg. c. ſi Romanorum. d. 19. & l. Iulianus. ff. de leg. 3. Quare ſubripientes, vel ſint laicę, vel Eccleſiaſticæ perſonę, vel in dignitate poſitę, vel priuatæ, vel viri, vel mulieres, vel ſerui, vel liberi in excommunicationem hanc incidunt.

Item excommunicatio hæc afficit ſubripientes, quorumcunque chriſtianorum ſubrepta bona ſint, & hoc ob verba illa chriſtianorum quorumcunque; ſiue igitur Itali, ſiue Hiſpani, ſiue Indi, alteriuſve nationis ſint, in excommunicationem ſubripiẽtes incidunt; Dictio enim illa Quorumcunque, omnes comprehendit. arg. c. venerabilem, propè finem, qui fil. ſint legiti. Præterea eadem ratio eſt in omnib. chriſtianis, ergo eadem diſpoſitio eſſe debet. argu. c. cum dilecta. de confirm. vtil. vel inuti. & l. illud. ff. ad leg. aquil. vel igitur ſint res dominorum nauis, vel magiſtri eiuſdem, vel remigum, vel alterius, nihil intereſt, mõ res chriſtianorum ſint. An autem locũ habeat hoc in chriſtianis cuiuſcunque conditionis, infra id declarabimus.

Tertiò excommunicatio hęc afficit ſubripiẽtes, vel naues naufragium paſſę ſint ob tempeſtatem; vel alio quouis modo, ob verſic. Tempeſtate, vel quoquo modo naufragium paſſis. Siue igitur ventis, aquis, incendiove naues naufragium paſſę ſint, ſiue ob inſcitiam magiſtri, ſiue ob hoſtium inſecutionem, nauium ve imbecillitatem, vetuſtatem ve; ſiue quòd nimis onuſtæ eſſent, ad ſummam quoquomodo vt Bulla ait, naufragium paſſæ ſint, horum bona ſubripientes in excommunicationem hanc incident, atque ſic ſenſit Martinus Alfonſ. de Viuald. in Candelabro. p. 2. in explanatione Bullæ. caſ. 4. nu. 28.

Quartò excõmunicatio hęc afficit ſubripiẽtes, vel ſubripiant ex ipſa naui in ipſo naufragio; vel in mari, vbi iã ipſa acta ſunt, vel in litore, vbi eo ſunt appulſa, ibique inuenta, ob verba illa Bullæ, ſiue in ipſis nauibus, ſiue ex eiſdem eiecta in mare, vel in littore inuẽta; etenim & edicto tenetur de incend. ruin. naufr. qui bona huiuſmodi rapit, ſiue

ex

ex mari,ſiue ex naufragio, ſiue ex litore,vt habetur in l. ſi quis ex naufragio.§.alioquin.ff. de incend.ruin.naufra.Eſto igitur leuandæ nauis gratia proiecta ſint, tamen ea recipiens excommunicatione hac afficitur, furti tenetur,& ad reſtitutionem obligatur.§.fin. in Inſtit. de rer.diuiſ.& ita ibi not.

Quintò excõmunicatio hæc afficit ſubripientes bona, cuiuſcunque generis ſint,ob verſic. Cuiuſcunque generis bona; nã verbum illud Cuiuſcunque,omnia complectitur.arg. c.venerabilem,propè finem,qui fil. ſint legit.

Sextò excommunicatio hæc afficit hos ſubripientes in quocunque mari,vel Eccleſię,vel alterius ſit,& in cuiuſcunque maris litore hæc bona ſubripiant, ob verſic. Tam in noſtris Tyrreni,& Adriatici,quam in cęteris cuiuſcunque maris regionibus, & litoribus. Quare vel quis recipiat bona patientis naufragium in mari Indorum,in eorumve litoribus, vel in mari Turcarum, eorumdemque litoribus,ſicut etiam aliorum infidelium, in excommunicationem hanc incident ob verba illa. In cæteris cuiuſq; maris,regionibus, & litoribus,verba enim illa generalia ſunt, ergo & generaliter intelligi debent.arg.l.1.§.& generaliter.ff.de leg.præſtand.

Septimo excõmunicatio hęc afficit ſubripientes, eſto aſſererent ſe priuilegium ad hoc habere,ob verſicu. Item vt nec ob quodcunque priuilegium; etenim iniquiſſimum priuilegium hoc eſt,vt quod afflictionem addat afflicto,contra.l.diuus.ff.de off.præſidis.Quare nec priuilegium Imperatoris,nec Regum, minus inferiorum principũ excuſare poteſt,quò minus hæc talia ſubripiens in excommunicationem hanc incidat.

Octauo excõmunicatio hæc afficit ſubripientes,eſto conſuetudo adſit in loco,vt quis bona talia ſubripere poſſit, & ſibi habere;nam conſuetudo lex eſt. argu.l.de quibus,& l.diuturna cõſuetudo cum multis aliis ſeq.ff. de leg.& lex & iuſta,& æqua eſſe debet,vt habetur in c.erit autem lex.d.4.at conſuetudo hæc eſt iniquiſſima, & iniuſtiſſima, vt quę afflictionem afflicto addat,contra citat.l.diuus,ob eam rem vt odioſa reſpuẽda eſt,quã & damnauit Iulius Secundus, & habetur in Bulla Pauli Tertii incip.Accepimus nuper, vbi eã cõſtitutionẽ Iul. probauit; idq. meritò, nam & Caieta. in Sum. in verb.Excommunicatio. cap. 23.in fine,ibi Aduerte, & Nau.

in Man.cap.27.nu.118. verſicu. Tertia,& Armill. in verb. Excommunicatio.cap.78. legem hanc iniquiſſimam fore inqūt, quæ ſtatueret, vt bona naufragium patientium huic, vel illi tribuerentur,vel publicarentur. Valeret tamen ſtatutum, vt libe rantes de naufragio tantum haberent;nam hoc intereſt naufra gium patientium,vt dixit Armi. in verb.Naufragium, atque ſic quoque habet in ead.Bulla;immò & indulgentia tribuitur,qui naufragium paſſis opem ferunt in ead.Bulla,& videndæ hic cõſtitutiones multę, ſcilicet tam p̃ miſſæ,quàm aliæ eiuſdem Pauli incip.Accepimus, & Iulii III. incip.Cum nobis,& Pii V.incip. Cum nobis.Per conſuetudinem igitur ſubripiens ab excommunicatione Bullæ non excuſabitur;ſicut nec excuſatur à pœna ciuilis iuris,vt habetur in l.naui gia.C.de furtis.

Nonò excommunicatio hæc afficit ſubripientes,eſto allegarent longiſſimā & immemorabilis temporis poſſesſionem,ob verba illa, Aut etiam longiſſimi, & immemorabilis temporis poſſesſionem,vt pote aſſerendo ſemper homines huius loci in poſſeſſione huiuſmodi fuiſſe, vt res huiuſmodi habere poſſent.

Decimò excõmunicatio hęc afficit ſubripientes, quamcunq; aliam cauſam ſuæ rationis allegent,ob verba illa,Seu aliū quē cunque prętextum. Quare qui aſſeret ſe periculum adiſſe, vel ſumptus feciſſe,quò eas res haberet, non licitè excuſabitur. Hoc tamen quomodo accipiendum ſit, paulo poſt explicabimus.

Vndecimò excommunicatio hæc afficit ſubripientes, eſto deinceps animo mutato ea reſtituant;nam ſtatim atque q̃s ſubripuit,vt ea ſibi retineret, in excõmunicationem incidit,vt habetur in Bulla: quamuis igitur deinceps eum pœniteat, quod tamen iam excõmunicatus eſt, per eam pœnitentiam excõmunicatione non liberatur,ſed opꝰ eſt abſolutione.arg.c. cum de ſi deres.de ſentē. excom.& vt nos in Tractatu noſtro de Cenſuris egimus. Quare & è contrariò q̃ in initio ea bona non malo animo accipit,in excommunicationem non incidit, in quam tamē deinceps incidet,ſi mutata voluntate, ea ſibi retinere velit.

Duodecimò excommunicatio hæc ſubripientem afficit,vel ſubripiens in ſuo litore hoc faciat:nam quòd de materia peccati agitur,ob eam rem Romano Pont. ſubiectus eſt, vt habetur in c.nouit.de iud.& ob id pę

nam hanc illi inurere ob fauorē chriſtianæ religionis poteſt, cuius pręcipua cura ad Romanum Ponti. pertinet, præſertim quòd miſerabiles perſonę ſunt. Hi omnes ergo in excommunicationem hanc incidunt; iam q poenam hanc euadant, explicemus.

SVMMA.

1 *Naufragiū paſſi bona capiens quādo in excommunicationem non incidat.*

2 *Pro derelicto quando quid haberi dicatur.*

3 *Naufragio ſi quid periſſet, niſi qs illud liberaſſet, an liberās ipſum retinere poſſit, eſto dominus pro derelicto non habuerit.*

4 *Nauis in tēpeſtate derelicta in mari præterquam ab vno, an eius fiat, ſi ſalua in portum venerit.*

5 *Fluminis impetu delata, vt linū, ligna, & id generis, an qui ea capit, ſua faciat; reſtituereve teneatur.*

6 *Hoſtibus, exulibuſve res adempta, atque ab ipſis recuperata cuius ſint.*

7 *Beſtijs feris vt lupo, vulpi, miluio res ſubrepta, atque liberata, cuius ſint.*

II.

§. Qui ſubripienda bona eorum, qui naufragium fecerunt, quorumve naues in tranſuerſum iactæ in excommunicationem hanc incidant, vidimus; iam qui eam pœnam euadant, videamus.

1 Primum igitur in excommunicationem hanc † non incidit vniuerſitas, quæ talia ſubripuit: quandoquidem per Bullam vniuerſitates non excommunicantur, ſed omnes, & ſinguli vt in ipſa habetur, & ob id ſingulares perſonę, vt antea probauimus; idque iure merito; tum quòd ordinario iure vniuerſitas excommunicari non poteſt, vt habetur in capi romana. §. in vniuerſitatem. de ſentent. excom. lib. 6. tū quòd non videtur veriſimile, vt vniuerſitas conueniat ad hæc facienda; quamuis ſi id faceret, alias puniretur.

Secundò in excōmunicationem hanc non incidit, qui res ex naufragio ſubripit, quæ nō ſunt chriſtianorum; nam in Bulla excommunicantur, qui chriſtianorum bona ſubripiunt; ergo ſumpto argumento à contrario ſenſu iuxta le. 1. ff. de off. eius, ſecus ſi aliorum ſint. Quare ſi erunt res Turcarum, vel Iudæorū, huiuſmodive infidelium, qui chriſtiani non ſunt, pœnam hāc ſubripientes euadent, atque ſic dixit quoque Martinus Alfonſ. de Viual. in Candelabro. 2. p. in ex-

planatione

planatione Bullæ Cœnæ Domini.caſ.4.n.29. At quid ſi pacem cum chriſtianis habeant,an & tunc ſubripientes pœnam hanc effugiẽt? Planè ſentio & in hoc caſu pœnam hãc hos effugere; nã religionis chriſtianę gratia priuilegium hoc cõceſſum eſt, quod in infidelibus locum non habet. Quamuis ad reſtitutionẽ in hoc caſu ſubripientes teneri cenſeo.arg.l.iudęi.2. & l. null⁹. C.de iud.atque ſic ſenſit Viual. ibid.& pertinent huc dicta in antecedenti Cap.& Armill.in ver. Excommunicatio.cap.78.

Tertiò in excommunicationem hanc non incidit; vbi quis ſubripit res eorum,qui chriſtiani quidẽ ſunt, ſed chriſtiani nominis ſunt inimici.argu. l. nauigia.verſic.Niſi talia. C. de furt. Quare,qui eorũ, quæ aũt hęretici,aut ſchiſmatici ſunt, vt Regina Angliæ,& alii multi, res huiuſmodi occupauerint, in excõmunicationem hanc non incident;tum quod Eccleſiæ Romanæ hoſtes ſunt;tum quod hæretici ipſo iure rerum ſuarum dominio priuati ſunt,vt habetur in c.cum ſecundum leges. de hęre. lib.6.atque ſic concluſit Viual. ibid.nu.30.

Quartò in excommunicationem quis non incidit,qui ſubripit huiuſmodi res hoſtium ſuorum,in quos iuſtum bellũ gerit; tum quòd licet in bello ſe quacunque ratione tueri.arg.c.dilecto.de ſenten.excom.libr.6.& l. vt vim.de iuſt.& iur. tum quòd, vt inq̃t Poeta noſter, virtus, an dolus quis in hoſte requirat?Quare ſi duo Principes chriſtiani inter ſe bellum gerunt,& naues alterius eorum, quæ comeatũ ferebant,naufragium paſſę in alterius manum peruenerint,in excommunicationem hãc non incidet. Quod tamen locum habere cenſeo ex parte eius, qui iuſte bellum gerit, vel probabiliter ſe gerere opinatur.

Quintò in excommunicationem nõ incidit,qui ſubripit res, quæ ſunt quidem chriſtianorũ, ſed ſunt vel res, quę portabantur ad hoſtes chriſtiani nominis cõtra prohibitionem Eccleſię, de qua infra videbimus;quãdoquidem hos etiam capere licet, & ſeruos ſuos facere,vt habetur in c.ita quorũdam. de iudæ.vel ſunt res eorum, qui Piraticam exercent,quos etiam capere licet,vt habetur in cit.l. nauigia. C.de furt.& vt dixit Angel. in verb.Naufragium.nu. 1.& ſenſit hoc Mar.Socin.Sen.in c.excõmunicationi.nu. 4.verſi. Sed q̃ro.de rapt.vel ſunt exulum, qui hoſtes ciuitatis ſunt.argu.cit. l. nauigia.

Sextò

Sextò in excommunicationē quis non incidit, vbi extra naufragium quid ſubriperet, nā ex quo Bulla de nauib. naufragium paſſis, vel in traſuerſum iactis agit, ſecus de ſpoliantibus, ſubripientibuſve bona eorum, qui talia paſſi non ſunt, incluſio enim vnius alterius excluſio eſt. cap. non ne. de præſumpt. & le. cùm prætor. ff. de iud. Quare qui aliquam nauem caperet extra huiuſmodi caſus, eamve expoliaret, in excōmunicationem hanc non incidit (modò piraticā non exerceat, de qua re ſupra egim⁹) ſed excōmunicari poteſt, vt habetur in cap. excommunicationi. de rapt. Item eandem pœnā cu idit, qui ſubripit res, quę quidem ſunt de naufragio, ſed neq. ex naui, neque ex mare, neq. ex litore ſubripit, verum apud aliquem depoſitæ erant, vel vt dominis ſeruarentur, vel vt ſibi haberet; tum quod in illis tantum caſibus dicitur q̃d de naufragio ſubripi, & in illis tantum Bulla loquitur; tum ob l. ſi quis ex naufragio. ff. de incend. ruin. naufr. nam etſi ibi agitur de ſubripientibus huiuſmodi res, non tamen eo edicto teneri ibi dicitur, qui rem ex naufragio ſeruatam, & alio in loco poſitam ſubtraxit, ſed furti, aut vi bonorum raptorum, ergo idē in caſu noſtro dicēdum eſt. Quamobrem etiam ſentio nec in excommunicationem tertium incidere, qui hæc bona ex naufragio ſubrepta ēt ſciens eſſe talia ab eo, qui ſubripuit, aut emit, aut dono, ratione ve alia accepit; reſtituere tamen illa Domino debet, atque ſic dixit Martinus Alfonſus de Viua. in Candelabro. p. 2. in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini. caſ. 4. nu. 33. & Iacob. de Graff. libr. 4. deciſ. caſ. conſc. in expoſitione Bullæ cœnæ Domini. nu. 64.

Septimò in excommunicationem hanc non incidit, qui minima, leuiaque quędam ſubripuit, vt pote gladiolum, vaginam, faſciculum pœnarum, & id generis; tum quòd de minimis nō curatur. arg. l. ſcio. ff. de integ. reſtitu. tum quod excommunicatio non fertur, niſi pro mortifero peccato. arg. c. nemo Epiſcoporum, & c. nullus. 11. q. 3. at rē minimam ſubripiendo mortifere quis non peccat, vt DD. communiter cōcludunt. Nec obſtat quòd dicit in Bulla Cuiuſq. generis bonorum; nam etſi hoc verum eſt ſubripientem bona huiuſmodi in excommunicationē hanc incidere, cuiuſque generis ſint: non tamen verum eſt hoc in ſubripiente bona cuiuſq. quātitatis, nam hoc Bulla non dixit, nec quantitatem declarauit, ergo

go ad iuris communis interpræ tationem confugiemus. argu. l. commodiſſime. ff. de lib. & poſt hu. quo iure minima non curantur, vt iam dixi.

Octauò in excommunicationẽ non incidit, qui non dolo malo eas res accipit, vt dixit Caiet. in Sum. in verb. Excommunicatio. cap. 23. verſic. Et quia primus actus, & Nauar. in Man. ca. 27. num. 118. verſic. Secunda, & Viuald. ibid. num. 3. & Iacob. de Graff. li. 4. deciſ. caſ. conſc. in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini. num. 61. verſ. Quartò. Quare qui recipit, vt reſtituat domino, hic in excommunicationem nõ incidit; nam Bulla loquitur de ſubripiente, & ſic de doloſo, qui reſtituere, nõ vult, ſed pro ſe habere, cuiuſmodi non eſt hic. Facit poſtremò l. 3. § ſed enim. ff. de incend. ruin. naufra. ibi enim dicitur, ſi qs capit ex naufragio, quo cuſtodiat, ſaluaque faciat ei, qui amiſit, eo edicto non teneri, quoniam dolus abeſt. Hæc ibi; ergo nec in excommunicationem incidet: immò merebitur. Qui itidem ignorans eſſe res huiuſmodi ipſas accipit, neq. hic in excommunicationem incidit ob eandem rationem; quod dolo caret. arg. cita. l. 3. §. ſed enim; aitque ſic dixit Iacob. de Graff. ibid. numer. 61. nam neque qui ignorans bannitum recipit, punitur pœna ſtatuti punientis bãnitum recipientem, vt dixit Bar. in ead. l. 3. §. non ſolum. Qui itidem accipit res ex naufragio, q̃ ſuæ ſunt, quas magiſtro nauis accomodauerat, neque hic in excommunicationem incidit: modo tamen de eo certiorem magiſtrum faciat, ne damnum patiatur; caret enim & hic dolo. Qui etiam recipit pro ſibi debitis à naufragio patiẽte, quæ aliter recuperate non poterat, ob eandem rationem pœnam hanc euadit, modo tamen debitoris bona ſint, & ſcandalum non interueniat. Qui denique exiſtimaret licere ſibi ea bona capere, vt pote quia homo ruſticus, & ſimplex eſt, neque hic in excommunicationem incidit, atque ſic dixit Syl. in verb. Naufragium. nũ. 2. verſi. ſi quis tamen ſimpliciter, & Iacob. de Graff. ibid. nu. 61. verſi. Secundò.

Nonò in excommunicationẽ non incidit, qui ante naufragiũ, vel in ipſa trepidatione rapiunt; nam Bulla loquitur de naufragium paſſis, ergo ſecus ante naufragium, atque ſic ſenſit Iacob. de Graf. ibid. nu. 62. verſ. Sextò, tenetur tamẽ ædicto. ff. de incẽ. ruin. naufr. vt habetur in le. Pædius eod.

Decimò in excommunicationem

nem hanc non incidit, qui ſubripienda hęc aut iuſſit, aut mandauit, aut conſuluit, aut ſuaſit, aut hortatus eſt, & hoc ob eas rationes, & quòd Bulla hoc nō dicit, ergo nec nos dicere debemus, arg. l. de prętio. ff. de publ. in rem act. Præterea quòd quando Bulla hoc voluit, id expſſit. Et quod generaliter diſpoſitio loquens de faciente non cōprehendit prædictos argu. ca. 1. de pœn. lib. 6. & c. ſi quis ſuadente diabolo. 17. q. 4. iunct. c. mulieres. §. fin. de ſent. excomm. & c. pœnæ. de pœnit. di. 1. & vt nos in priori parte abundè id egimus. Quare nec qui rata hæc habuerint, nec q̃ eos defenderint, receperintve, aut fauerint, in pęnam hanc incident, quandoquidem hi propriè non ſubripiunt de naufragio.

Vndecimò in excommunicationem non incidit, qui bona ſubripit eius, qui naufragium in flumine, vt pote aut Eridano, aut Tyberi, aliove flumine paſſus eſt; nā Bulla loquitur de naufragio facto in mari, ergo locū non habet in eo, quod factū eſt in flumine. argu. c. non ne. de p̄ſumpt. & l. cùm prætor. ff. de iudi. Id quod eo magis dicendum eſt, quoniam ſumus in pœnis, & ob id ſtrictior interprętatio faciēda eſt. arg. c. in pœnis. de reg. iur. lib. 6. & l. interpretatione. ff. de pœn. etenim quod hoc rarò contingit, & non cum tanto damno, ob eam rem Bulla hoc prætermiſit. argu. l. nam ad ea. ff. de leg.

Duodecimò in excommunicationem quis non incidit ſubripiens huiuſmodi bona, vbi dominus eorum pro derelictis ipſa habuit, nam tunc naturali ratione fiunt occupantium, vt habetur in l. 1. & ſequen. ff. pro derelict. & l. falſus. §. ſed iactum ex naue. ff. de furt. atque ſic dixit Abba. in cap. cum dilecti. num. 11. de accuſ. & Syl. in verb. Naufragium. nu. 4. verſic. Quartò q̃ritur, & Angel. eod. numer. 3. & Armill. eod. in fine, & Viual. ibidem. nu. 35. Quare, vel quis hoc ignorans ea bona ſubripiat, pœnam hanc euadit; ſcit enim hoc Bulla. arg. §. conditiones. verſic Quę enim, in Inſtitu. de verb. obliga. quæ ob id talem ſubripientem obligare non intendit; ipſa enim fauere his voluit, qui naufragium patiuntur, cui fauori renunciare domini poſſunt. arg. l. quod fauore. C. de leg. Eſto igitur ſubripiens hoc ignoret, excommunicationem tamen euadit; ſic & qui pro derelicto ignorans aliquid furatur, furti nō tenetur, eſto furandi animum habeat, vt habetur in l. falſus. §. qui

alienum.verſ.Quod ſi dominus. ff.de furt. & qui percutit laicũ, quem clericum eſſe exiſtimat, in excommunicationem nõ incidit, quamuis clericum percutere velit, vt dixit Gloſſ.communiter receptain c.ſi verò aliquis, de ſent.excomm. Atqui quando pro derelicto quis habere quid piam dicetur? Iam hoc quoque explicemus.

2 Pro derelicto autem† id haberi dicitur, quod dominus ea mẽte abiecit, vt in numero rerum ſuarum id eſſe nolit: ideoque ſtatim dominus eius eſſe deſinit, vt declarauit Imperator in §. hoc amplius. in Inſtit.de rer.diuiſ. Verum, quòd in dubio quis rem pro derelicto haberi non cenſetur, vt habetur in l.2.§.fin. ff.ad leg.rhod.de iact.& vt Glo. ibi no.in l.quive leuandæ.ff.eo. nemo enim exiſtimatur profundere ſuum. arg.l.cum de indebito.ff.de cond. indebit. ob eam rẽ qua ratione id cognoſcatur, breuiter aperiamus. Primũ igitur pro derelicto quis habere aliquid dicitur, vbi in numero rerum ſuarum illud eſſe nolle dixit, vt pote ſi dixit inuenienti proſit, vel, vt dici ſolet, valeat, vel in bonam partem, vel in malam illud accipiat; in his enim caſibus manifeſtò conſtat dominum pro derelicto rem ſuam habere; & in hoc caſu ad coniecturas confugiendum non eſt. arg.l.continuus.ff. de verb.oblig.& pertinent huc tradita per DD.& Alex.in l.ſi quis.§. differentia.ff.de acq.poſſeſſ. Secũdò ex factis pro derelicto rem ſuã quis habere colligitur, vbi aliqd aut fecit, aut omiſit, ex quo eam abieciſſe iudicatur, vt exẽpli gratia naufragium propè Ariminum fecit; eo quis delatus, cum poſſet perquirere, noluit; plane hunc ꝑ derelicto res ſuas habere exiſtimabim⁹, ex quo ad eas quærendas potens animum nõ adiecit. Qui itidem *ante naufragium* in ipſa trepidatione quibuſdam rebus tantum accomodatis, quò deiectę in mare ad litus ſalue peruenirent, aliarũ curam abiecit, vt pote habebat libros, & veſtes; veſtes, in arca clauſas in mare proiecit, libros autem apertos; plane ex hoc libros pro derelicto habere cẽſetur, non autem veſtes, *vt dixit* Gloſſ.in l.2.§.fi.ff. ad leg. rhod. de iact.& Abba.in ca. cùm dilecti.nu.11.verſic.In Glo.in verb. Dilapidatione de accuſat. Ex re quoque, quę abiicitur pro derelicto rem haberi diiudicabitur, nam ſi res parui momenti ſint, vel res, quæ in mare proiectæ ſeruari nequeunt, vt ſacarum, piper, & id generis, quæ rarò contingit

tingit ad litus ſalua peruenire, exiſtimandum eſt pro derelictis à proiiciente haberi. Idem ſi eſſent mala punica,& limones, & ceraſa, & ficus, quę in aquā proiecta corrumpuntur;nam & hęc ſic proiecta pro derelictis habẽtur,quòd de malis punicis ſuperioribus annis Arimini contigit. Quare,qui eas inuenerunt, & ſumpſerunt ad litus proiecta, in excommunicationem hãc nõ inciderunt;etenim corrupta ꝑpemodum erant.In his igitur caſibus,qui bona hæc habuerit,in excommunicationem hanc nõ incidet.At ſi pro derelicto non habeãtur,quid tunc fiet? In hoc caſu domino reſtituentur, ſi cõpareat,& ob id proclama fiet in vicinis locis,vbi res repertę sũt ſumptibus domini rerum.ſi non comparuerit ad Epiſcopum loci deferentur,quò inter pauperes diſtribuat,ſoluto prætio inuentoribus pro ſuo labore. arg. c.cum tu.de vſur.

3 At quid†ſi quis è naufragio rem quampiam accepit, quam dominus, eſto pro derelicto nõ habuit,habiturus tamen eã non fuiſſet,quoniam periiſſet, an licitè eam retinebit,& pœnã hãc euadet? In hoc caſu pro regula habendum cenſeo ad reſtitutionem hunc teneri, ſi abſque vitę periculo ex naufragio eripuit. arg.c.excommunicationi, de vi bonor.rapt. etenim & qui aſinũ in foueam prolapſum eruit,quo factum eſt, vt mortuus non ſit, reſtituere is domino illum tenetur,eſto periiſſet,ſi ipſe illinc eũ non eruiſſet, atque ſic dixit Alfonſ.de Viual.in Candelabro,in explanatione Bullæ cœnæ Domini.caſ.4.nu.34. Quare ratione hac,qui linum,ligna,& id generis vi fluminis lata ab impetu fluminis rapit, dominus earum non efficitur,ſi pro derelicto dominus ea non habuit,eſto periiſſent,vel igitur dominus,dũ currit ad liberandum ea è flumine, peruenire eo ad tempus neq̃at, vel aliàs impediatur impetu grãdium,itineris difficultate,ratione ve alia, ſemper reſtitutio facienda erit, nec rapiens conſuetudine excuſabitur, nam corruptela potius dicenda eſt,& contra naturalem legem,qua inditum eſt ne afflictionẽ afflicto addamus.arg.l.diuus.ff.de off.pſid.Ad impenſas tamen, quas fecit is, q eas è flumine abſtraxit, & pro ſuo labore rerum dominus ſatisfacere tenebitur, vt pote re ſua bene geſta.arg.tot.tit. ff.de neg.geſt.& ff.de in rẽ verſ. atque ſic ſenſit Tabien. in verb. Naufragium.nu.2.verſ.Si vero eſſet res,& Syl.eod.nu.2.& Nauar.qui hos ſequitur in Man.ca.

17.nu.98. verſicu. Duodecimò peccat.& Viuald.ibid.ad reſtitutionem quoque huiuſmodi rerum, quas à naufragio quis ſeruauit,tenetur, eſto vitæ periculo ſe expoſuerit, modo tamen aliàs ſeruari potuiſſent, vt pote vel quòd alius periculum adiiſſet,vel ad litus ſaluæ appulſæ eſſent,ſolutis tamen impenſis pro ſua opera,& pro eo periculo ad arbitrium boni viri,vt dixit Nauar.& citat. auctores eiſdem in locis,& Iacob.de Graff.lib.4.de cil.caſ.conſc.in expoſitione Bullæ Cœnę Domini.nu.60.ibi,ſecus verò.

Excipitur tamē, vbi aliàs res ſaluæ non fuiſſent,vtpote,vel ꝙ ad litus non perueniſſent, vel ꝙ ei periculo alius ſe non ſubiecisſet.Quid enim ſi eſſet ſaccarum, in ſacco inuolutum,vel arromata?Planè quòd domino extinta erant,ad ipſum,qui ea abſtraxit, et liberauit pertinebūt.Nec audiēdus erit dominus, ſi dicat ſe malle ea perire,quādoquidem reipublicę non intereſt,vt re ſua quis male vtatur,vt dicitur in §. ſed & maior aſperitas, in Inſtit. de iis,qui ſunt ſui,vel alien. iur. & facit. l. quidam in ſuo teſtamento.ff.de cond.inſtit. Nec repugnat,ſi dicatur,ergo reſtituere ipſas domino debebit, quoniam ſe tali periculo ſubiicere ex officio charitatis debebat; nam hoc negatur; non enim qs pro tuendis alienis rebus vitæ ſuæ, ſuarumve rerum periculū adire cogitur; quandoquidem charitas ordinata eſſe debet, & ob id prius ſe,ſuaque,quàm aliena tueri.arg.le.præſes.C.de ſer. & aq. Hoc igitur caſu excepto, alias ad reſtitutionem tenebitur, alioquin in excommunicationem incidet.

4 At quid † ſi orta tempeſtate, & naui periclitante omnes inde abierūt vno excepto,qui voluit ibi permanere;an ſi nauis ſalua in portum venerit, qui in ea permanſit,dominus eius erit?Ego ſentio hunc dominum non eſſe, quoniam ad litus appellere potuit,vel in portum ſalua venire,quod fecit:ſi tamen in hoc elaborauit, vt in portum ſalua veniret,præmium ei pro labore debebitur. Quæ autem diximus de ſponte remanente in naui, eadem & multo magis ſentimus de eo,qui morbo detentus, ibi remanſit, atque ſic dixit Marc. Tulius Cicero lib. 1.officiorum.

5 † Quę autem hic diximus de rebus ereptis ex naufragio,locum habent,& in rebus è fluminibus ereptis,quoad reſtitutionē.Quare notanda ſunt;nam & hic Barbiani ſæpius per flumen feruntur linum,cannabes,& ligna, q̄

vicini

vicini ſibi extrahunt, & non reſtituunt; nam peccant non reſtituendo, niſi domini pro derelicto ea habeant; quod cognoſcitur, vbi domini ad ea quærenda non veniunt, cum poſſint, quod quia ſæpius fit, ob eã rem ratione hac ſe excuſare poſſunt ea retinentes.

6 At quid † de iis, quæ ab hoſtib. nobis auferuntur, aut ab exulib. vt ſuperioribus annis in Romãdiola contingebat, ſi recuperentur, an dominis reſtituentur? In hac quæſtione ſic diſtinguendũ cenſeo. Aut hoſtes publici ſunt, qui abſtulerunt ipſa, & à militibus recuperata ſunt, q̨ tueri hæc debent; ſicut etiam à Iudicibus, vel à publica familia, & in hoc caſu dominis reſtituenda eſſe cẽſeo, nulla etiam mercede ſoluta, vt habetur in l. ab hoſtibus capti. C. de poſtlim. reuerſ. nam recepta, & non capta videntur, & milites noſtros defenſores eorũ eſſe decet, non dominos, vt dixit Imperator ibi. idem habetur in l. ſi quis ingenuam. §. quod ſi publicè. ff. eod. & in l. ſi captiuis. §. expulſis hoſtibus. ff eod nam ibi res captas ab hoſtib. ad priores dominos redire aiunt, vbi ꝑ milites captæ ſunt. Et quoniam ad ipſos patriam tueri pertinet, ob eam rem nec præmiũ eis dare domini tenentur. Reſtituere quoque ſine præmio debẽt, vbi dono ea recuperarunt. arg. l. cũ non redemptum. C. eod. Secundò loco reſtituere quoque debẽt ab exulibus recuperata, vbi aut à militibus à Principe cõtra ipſos miſſis, aut à publica familia, aut à præſide loci recuperata ſunt; nam ad ipſos ꝑtinet hæc tueri, ex quo ad hoc inſtituti ſunt. Hinc etſi ſtatutum præmiũ tribuit bannitum interficienti, non tamen tribuit publicæ familiæ ideſt alli Sbirri hoc facientibus: ita dixit Bar. in l. 1. §. vtrũ. ff. ad Syllan. & ſequitur Feli. viden. in c. de hoc. nu 10. de ſimo. Quare noſtrati milites hoc animaduertant, qui contrarium factitabant; nam tuta conſcientia retinere ea nequeunt, niſi ꝓ derelictis habita eſſent, quod fortaſſe credere par eſt. Aut redẽpta ſunt ab hoſtibus prætio dato, & in hoc caſu reſtituto prętio à rerum domino reſtitui res ei debent, ſiue redimat quis ab hoſtibus, ſiue ab alio, qui ab ipſis eas redemiſſet. arg. citat. l. ab hoſtibus iunct. l. cum & poſtliminiũ. C. eod. & l. in bello. §. ſi quis ſeruum. ff. eo & ſenſit hoc Bar. in l. liber captus. C. eod. & Cou. in Reg. peccatum. 2. p. §. 11. nu. 7. vbi rem hanc pluribus egit. Hoc autem locum habet, vel ab hoſtibus, vel ab exulibus recupe-

rentur,

tentur,& à quocunque. Aut ſunt recuperata vi ab exulibus, ſed ab eo, qui ad hoc non tenebatur,& in hoc caſu mercedem domini ipſorum ei præſtabit.

7 Verum † quid de iis, quę à fera beſtia nobis auferuntur, vt pote à Lupo, à Vulpe, à miluio, an ea recuperās dominis reſtituet? eorumve dominus fiet? Pro regula habendum eſt hæc recuperantem dominum non fieri, ſed dominis permanere, atque idcirco ſi reſtituere nolit, dominos & ad exhibendum agere poſſe, & recuperantem furti actione teneri, vt dixit Iureconſultus in eleganti textu.l.Pomponius. ff. de acquir.rer.domin.& le.Pomponius in fine.ff.fam.hærc. quā uis pro labore mercedem ſolue re domini debeant.

Excipitur tamen, vbi domin' pro derelicto rem talem habuit vt ſupra vidimus. Item, vbi à beſtia recipi non poteſt, atque auferri; tunc enim noſtrū eſſe deſinit, vt dicitur in citat.l. Pomponius, in fine.ff.fam. hęrciſ. iunct. Gloſſ.fin. Recuperari tamen nō poſſe tunc intelligo, vbi longe adeo abiit, vt difficilis ſit perſecutio arg.§.apium in fine, in Inſtit.de rer. diuiſ.& vbi domin' perſequi deſiit. Sed de his hactenus; iam, vnde digreſſi ſumus, eo reuertamur. De ſubripientibus ergo res ex naufragio, quando contingat ipſos in excommunicationem incidere, vidimus.

Quę autem diximus de ſubripientibus ex naufragio nauiū, eadem dicimus de ſubripientib. ex nauibus, quæ in tranſuerſum iactatæ ſunt, vt habetur in Bulla ibi, Seu in trāſuerſum, vt dici ſolet, iactatis. Quare ne iam dicta iteremus, ad quintum Caput tranſeamus.

De excommunicatione lata contra imponentes noua vectigalia, vel augentes, exigentesve Cap. V.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in terris ſuis noua pedagia, ſeu gabellas, præterquā in caſibus ſibi à iure, ſeu ex ſpeciali ſedis Apoſtolicæ licentia permiſſis imponūt, vel augent; ſeu imponi, vel augeri prohibita exigunt.

S V M M A.

1 *Pedagium quid ſit.*
2 *Guidagium quid ſit.*
3 *Vectigalia quid ſint.*
4 *Portorium quid ſit.*

5 *Gabella, Datia, & Duana quæ nomina, & quid ſignificent.*
6 *Noua pedagia, nouaque gabella quænam ſint.*

IN prima parte huius Capitis (diuiditur enim in tres partes, quarum ſecunda incipit ibi. Vel augēt, tertia ibi vel augeri) excommunicantur, qui in ſuis terris noua pedagia, ſeu gabellas imponūt, vt in initio capitis huius habetur: quam rem vt dilucidiorem habeamus, prȩmittenda nōnulla ſunt. Primum nomina hæc Pedagia, ſeu Gabellæ quid ſignificent, & in re noſtra quid cōprehendant. Alterum, quæ pedagia noua dicantur. Tertium à quib. imponi poſſint. His enim propoſitis regulam conſtituemus, ex qua liquido conſtabit, quos excommunicatio hæc afficiat.

1 Quoad primum igitur † nomen hoc Pedagium latinum nō eſt, ſed barbarum, vſitatum tamen; ſignificat enim id, quod datur à tranſeuntibus per loca aliqua ratione pſonȩ, vt dixit Glo. in cap. ſuper quibuſdam. §. præterea. in verb. Pedagia. de verb. ſign. Vectigal vero idem, quod pedagium eſſe inquit Anchara. in cap. quanquam. numer. 1. de cenſ. lib. 6. quæ declaratio mihi non ſatisfacit ob ea, quȩ mox dicemus. Ego igitur vt rem abundè agam, quatenus ad rem noſtram pertinet, nomina hȩc nos habere dico Pedagium, Guidagium, vectigalia, Portoria, Gabellas, Datia, Duanam. Pedagium propriè illud dicitur, qđ datur pro perſonȩ tranſitu per aliqua loca, vt dixit Rebuff. in Prax. benefi. in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini, arti. 3. in ver. Pedagia, & ſic pro ipſa perſona, quod in aliqbus locis ſoluitur, vt Ferrariæ, vt dixit Anchar. in eod. c. quanquam. num. 1. & Fauentiæ, quod ego vidi, quamuis quædam tantum perſonæ id p̄ſtent.
2 Guidagium vero † pro eo datur, quo quis tutus per aliqua loca tranſeat, exempli gratia dominus alicuius terræ milites habet, qui expurgatas à latronib. vias tenent: illud igitur, quod p̄ſtatur à tranſeuntibus pro cuſtodia viarum, Guidagium dicitur vt ſenſit Gloſſ. & DD. in eod. c. ſuper quibuſdam. §. prȩterea. in verb. Pedagia. de verb. ſignifi. & Rebuff. ibid. in verb. Guidagiū.
3 † Vectigalia vero ſunt pecuniȩ, quæ pro rebus ſoluuntur, quo quis ex loco aliquo eas exportet, vel per aliquem locum cum ipſis tranſeat, vel eas ad aliquē locum importet, & hoc vbi per terras quis defert, ac demū pro

rebus,

rebus, quę venduntur. vt habetur in l. inter publica. ff. de verb. ſign. Publica vectigalia, dicitur enim ibi, intelligere debemus, ex quibus vectigal fiſcus capit, quale eſt vectigal portus, vel venalium rerum, item ſalinarũ, & metallorum, & piſcariarũ. Hæc ibi, idem probatur in l. ſed & ii. ff. de publican. & vectigal. & in l. Cæſar. eod. tit. idem ſenſit Gl. in l. 1. §. hic titulus, in verb. Pendant. ff. eodem. & Rebuff. eod. in
4 verſic. vectigal. Portorium† vero dicitur pecunia illa, quæ ſoluitur ꝓ rebus, quæ naui aliquo portantur, vel ex aliquo loco exportãtur, vel per aliquem locũ, & dictum eſt à Portu, quoniam præſtatur, vbi in portum naues delatę ſunt, vel è portu alio feruntur, atque ſic ſenſit Alex. in l. in lege cenſoria. ff. de verb. ſign. & Non. Marcellus in verb. Por-
5 torium. †Gabella vero, Datia, & Duana ſunt nomina barbara, vſu hominum recepta, quorũ ſingulis prædicta omnia ſignificantur, atque ſic dixit Ioan. Tabiẽ. in verb. Pedagia, nume. 1. verſic. Sed vectigal. & Syl. in verb. Gabella in principio, & ſenſit hoc etiam Rebuf. ibid. in ver. Hodie, & Tolet. in Bulla Cœnę Domini, Excomm. 3. num. 2. ac de primo ſatis, iam alterum præmittamus, ſcilicet quę noua pedagia, ſeu gabellæ ſint.

6 Noua pedagia igitur, †nouæque gabellæ primũ ſunt hę ſcilicet, quæ nũquam impoſitę fuerunt. Secundò illę quoque quæ alibi impoſitę ſunt, ſed non ibi, vbi modo imponuntur, eſto alibi licitæ ſint. Poſtremò, quæ impoſitę ab iis ſunt, qui eas imponendi poteſtatem non habent, & tantum temporis non efluxit, vt earum impoſitionis memoria non extet. arg. ca. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. ſignifi. Sed iam, qui prędicta imponere poſſint, videamus, quod erat tertium nobis proponendum.

S V M M A.

1 *Noua vectigalia imponere poteſt Imperator, Papa, Reges, Conciliũ generale, Habens facultatem à dictis, Non recognoſcens ſuperiorẽ. Qui hoc præſcripſit tanto tempore, cuius memoria non extat.*

I.

§ Quinam vectigalia imponere poſſint, tertio loco explicandum nobis propoſuimus, iam igitur rem aggrediamur.†
1 Primum igitur vectigalia hæc omnia Imperator imponere poteſt, vt habetur in eod. ca. ſuper quibuſdam. §. Pręterea, & ibi cõ muniter

Digitized by Google

muniter not. de verb. ſign. & Rebuff. ibid. in verſic. Secundò fallit, & facit. l. vectigalia. ff. de publica. & vectigal. & C. vectigal. nou. inſtit. non poſſ. Et quoniã Romanus Pontif. in ſuis terris. Princeps, & Imperator eſt, ob eam rem & illa imponere ipſe poteſt, atq; ſic ſenſit Abb. in citat. c. ſuper quibuſdam. nume. 3. verſicu. Not. tex. ſingularem, & Syl. in verb. Gabella. 3. nu. 2. verſi. Ex quibus patet. & hoc dubitationem non habet.

Secundò loco imponere poſſunt ea Reges. An igitur & Reges vectigalia imponere poſſunt? Hoſt. eos id non poſſe ſenſit, ſed ſolum Imperatorem, hoc ſentire videtur quoque Abb. in cit. c. ſuper quibuſdam, & hoc p l. vectigalia, ff. de publi. & vectigal. nam ibi dicitur, vectigalia ſine Imperatoris præcepto neq. Præſidi, neque Curatori, neque Curiæ conſtituere licere. Hæc ibi; quæ tamen lex non probat; nam loquitur de iis, qui ſubiecti aliis ſunt, vt præſes, & Curator: at Rex non eſt ſubiectus Imperatori. Item lex illa nullam mẽtionem Regum facit, ergo de ipſis eam loqui non interprætabimur; cui enim verba legis nõ cõueniunt, nec diſpoſitio conuenire debet. argu. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. & quod lex non dicit, nec nos dicere debemus. argu. l. de pretio. ff. de pub. in rem act. Quamuis igitur de iure opinionem hanc veram eſſe dicat Abba. ex habitis iam tamen dictum eius falſum eſſe conuincitur. Quare contrariam opinionem, vt ſcilicet & Reges vectigalia imponere poſſint, ſequitur Inn. in c. innouamus. de cenſ. ibi enim ait & à Regibus denuo imponi poſſe, idem Rebuff. ibid. in verſic. Secundò fallit, vbi & ſpeciatim Regem Galliæ id poſſe auctoritatibus probat, & Philippum Valeſiũ vectigal ſalis impoſuiſſe teſtatur; & alios etiam alia vectigalia impoſuiſſe; idem Viual. in expoſitione Bullæ cœnę Domini. caſ. 5. nu. 36. in Candelabro. p. 2. Probatur autẽ primo per cit. c. ſuper quibuſdam. §. præterea; nam ibi declarans Romanus Ponti. quæ vectigalia interdicta ſint, inquit ea eſſe, q̃ non apparẽt Imperatorum, vel Regũ vel Lateranenſis Cõcilii largitione conceſſa, vel ex antiqua cõſuetudine à tpe cuꝰ nõ extat memoria, introducta. Hęc ibi; ſi ergo ea vectigalia licita ſunt, quę Imperatorum, vel Regum permiſſa ſunt, ſicut Imperatores ea permittere poſſunt, ita & Reges, alioquin non recte ibi dictum eſſet vectigalia ea licita eſſe, quæ ex largitate Regum

permiſſa ſunt, ſi ea conſtituere non poſſent, cum nemo det, quod non habet. arg. l. nemo plus iuris. ff. de regu. iur. Nec repugnat quod Hoſti. nomina Regum inquit ibi intelligi de electo in Imperatorem, qui dicitur Rex Romanorum, quandoquidem duo huic interpretationi repugnãt. Primum, quod diſcedimus à verbi proprietate, & natura, quãdo quidem nomen hoc Rex tam dicitur de Rege Romanorum, quã de aliis regibus, & ob id non eſt dicendum. arg. l. non aliter. ff. de le. 3. ſed ſicut Romanorum Rex id poteſt, ita & alii Reges. Alterum quod electus pro Imperatore, adhuc non eſt Imperator. Addo dictionem illã, vel, inter diuerſa poni, argu. le. ſi hæredi plures. ff. de con. i. inſti. Ex quo igitur vectigalia illa licita eſſe ibi probatur, quę Imperatorũ, vel Regum largitione conceſſa ſunt, ſicut illud Imperatorum proprie accipitur, ita & illud Regũ accipiemus. Poſtremò pro hac ſententia facit cit. c. innouamus: nam ibi prohibetur, ne quis prę ſumat ſtatuere nouas pedagiorum exactiones ſine auctoritate & conſenſu Regum, & Principũ. Ecce hic optimè probari Reges vectigalia imponendi poteſtatẽ habere: nam eſto velimus nomine Regum Imperatorem electũ intelligi, tamen illo verbo Principum alios inferiores, & ſic Reges accipi interpræta bimur; nã ab Imperatore primi ipſi ſunt.

Hanc igitur opinionem ego vt veriſſimam ſequor, cum ob iura proximè citata; tum quod Reges in ſuis regnis hodie quoad hoc ſuperiorem non agnoſcũt, & habent merum, & mixtum imperium; quo caſu quis vbi ſuperiorem non recognoſcit, poteſt vectigalia ĩponere, vt dixit Nauar. in re noſtra in Man. ca. 27. num. 61. verſic. Tertiò, & Rebu. ibid. in verb. Secundò fallit, ibi. Idem in alio principe non recognoſcente ſuperiorem, quod & conſuluiſſe Dec. etiam teſtatur, & Martinus Alfonſ. de Viuald. in Candelabro. p. 2. caſ. 5. nume. 36. de Explanatione Bullæ Cœnę Domini; tum quod Romanus Pont. id ſcit, & tacet; & ex quo per tanta temporum ſpatia ius hoc exercuerũt, quòd eorum memoria in contrarium non eſt, id acquiſiuiſſe videntur perſcriptione. arg. citat. §. præterea. de ver. ſign. & vt dicit Abba in cit. cap. innouamus; tum denique quòd hanc opinionem ſequuntur Bartol. & Bald. in le. cum proponas. num. 9. verſic. Sextò not. ibi: Pacta per Principem, vel Regem. C. de naut. fœn. Quare ab hac opinione diſcedendum non cenſeo.

ſeo Alioquin Reges omnes excomm unicati eſſent quod abſurdum eſt. Principes autem alij inferiores recognoſcẽtes ſuperiorem in temporalibus illicitè ea imponunt,& Bullam hãc offendunt, in eiusque pœnas incidũt. Nec facit, ſi dicatur, vbi Romanus Pont. id ſcit,& tolerat, cum ipſis videri cum diſpenſare iuxt. tradita per DD.& Felin. in cap. de treug.& pac. nam tolerantia hæc contra Bullam hanc diſpenſationem non inducit, vt nos infra 3.part.cap.4.verſ. Quin etiam.pa.492. Reges igitur imponere vectigalia noua poſſunt.

Tertiò Concilium generale vectigalia noua imponere pōt, cuiuſmodi eſt Lateranenſe, vt habetur in eod.§.præterea; nam ſi ii, quibus Lateranenſe Concilium facultatem hanc dedit, id queunt, vt dicitur in eod.§ præterea, multo magis concilium ipſum id poterit. Quare & concilium Tridentinum id potuiſſet; nam & ipſum Concilium generale eſt, quãdoquidem auctoritate Romani Pontif. indictum fuit, quo caſu generale Concilium dicitur, ipſe ſolus enim congregare Concilium poteſt; vt dixit Gloſſ. in ca. quod tranſlationem. de off. legat.

Quartò imponere ea poſſunt, qui aut à Romano Pontif. aut ab Imperatore, aut à Rege, aut Concilio generali imponendi facultem habent, vt habetur in cit.c. ſuper quibuſdam.§. præterea. de verb.ſign.& cit.ca. innouamus. de cenſ.& in verſi. propoſito.

Quintò, qui non recognoſcũt ſuperiorem, ad quem ab ipſis appelletur in temporalibus, vt probatur in capi. 1. quę ſint regaliæ in vſ. feud.& not. in c. ſuper quibuſdam. de verb.ſign. & Nau. in Man.cap.27.num.61.verſi. Tertia,& Martinus Alfonſ. de Viua. in Candelabro pa.2. in explanatione Bullæ Cœnę Domini.nu. 36.caſ.5.& Rebuff. in cita. loco; Quę ratio immunes huius pœnæ etiam reddit multos Principes, & multo magis Sereniſſimam Venetorum Rempublicã, quæ neminem ſuperiorem in tẽporalibus agnoſcit,& ob id licitè ea onera imponere poteſt, vt dixit etiam Iacob. de Graff. libr. 4.deciſ.caſ. conſc. in Expoſitione Bullæ Cœnę Domini.nume. 67.& Tolet. in Bulla Cœnæ Domini Excomm. 3.num. 5.verſic. Quartò.

Poſtremò vectigalia noua imponere poteſt, qui ius hoc præſcripſit tanti temporis conſuetudine, cuius memoria non extat, vt dicitur in eo.§. pręterea. Quare, quòd multæ Ciuitates alteri ſubiectæ id agunt, vel ex hac cõſuetudine, vel ex conceſſione à dictis facta, ea licitè exigunt. Hi

V 2 omnes

omnes ergo in ſuis terris noua vectigalia imponere poſſunt, alii verò non. Quare Marchio Montis Scutuli, nec non homines loci illius, aliaque huiuſmodi oppida facultatem hanc non habent, niſi vno ex dictis modis fuerit ipſis tradita facultas, & ob id niſi ſint in poſſeſſione, ad ipſos probatio pertinebit. His ſic præmiſſis, iam regulã de more ponamus.

SVMMA.

1 *Noua pedagia, ſeu gabellas imponens in excommunicationem incidit, quæ excommunicatio declaratur, quouſque pateat.*

II.

§ Poſitis, quid vectigalia, Gabellæ, & huiuſmodi alia ſint, nec non, qui imponere ipſa poſſint; iam, qui Bullam hanc offendẽs in excommunicationem incidat, videamus.

In excommunicationem hãc
1 igitur † incidit, qui poteſtatem imponendi non habens noua pedagia, ſeu gabellas imponit, vt in Bullæ verbis habetur; quæ excommunicatio in multis caſib. afficit,

Primò quicumque ſit, qui ea imponit; nam in Bulla dicitur. Excommunicamus omnes; at dictio illa omnes, vniuerſos, ac ſingulos comprehendit. argu. l. Iulianus. ff. de leg. 3. & ca. ſi Romanorum. di. 19. ergo quoſcunque complectitur. Vel igitur clerici, vel laici ſint, vel viri; vel mulieres, in excommunicationem incidunt, ſi noua vectigalia imponant, etiam ſi iuſta per ſe ſint, vt dixit Tolet. eod. num. 4. Illi ergo ait enim ibi, qui non habentes auctoritatem imponendi gabellas eas imponũt etiam iuſtas ex parte cauſæ, excommunicantur hac excommunicatione. Hæc ibi. Idem Caiet. in Sum. in verb. Excommunicatio. cap. 71. verſi. Sed ad hoc.

Secundò afficit imponentes cuiuſcunque generis vectigalia vel ſint portoria, vel pedagia, vel guidagia, & quocunque nomine nominentur, & pro quacũque re imponantur, & ſic vel ꝓ exportatione, vel importatione vel trãſitu, vel emptione, vel vẽditione, vel ꝓmutatione, & quacunque alia cauſa; nam & hoc ſenſit Nau. in Man. ca. 27. nu. 61. verſ. Pedagia; cum ob rationem, & mentem Bullæ; tum ob verborum naturam; quæ prædicta omnia comprehendunt, vt dixit Naua. ibid. & Iacob. de Graff. lib. 4. deciſ. caſ. conſci. in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini. num. 65.

Tertiò afficit excommunicatio

tio hæc imponentē onera hæc, vel īponat ſu p reb. aliàs licitis, & imponi cōſuetis; vel alias illicitis & imponi non cōſuetis cuinſmodi res ſunt, q̄ pro ſe, familiæque ſuę victu quis portat, vel ad fiſcum, vel ad rus colendum; ſuper his enim communi iure vectigalia non imponuntur, vt habeť in l. vniuerſi. C. de vectig.

Quartò afficit excommunicatio hæc non ſolum, ſi imponantur, quò præſtentur à perſonis, quæ aliàs ad ea præſtanda nō tenentur, vt clerici, & perſonæ Eccleſiaſticę, & Eccleſiæ, vt habetur in c. quamquam. de cenſ. lib. 6. verum etiam ſi imponantur, quò ab iis prēſtentur, qui aliàs, vbi licita ſunt, ad ea præſtanda obligantur; nam Bulla ſimpliciter loquitur de imponentibus nouas gabellas, vbi nō poſſunt, & auctoritatem nō habent, nec diſtinguit, ergo nec nos diſtinguere ſed ſimpliciter eam intelligere debemus. arg. l. de prętio. ff. de publ. in rem act.

Quintò afficit excommunicatio hæc imponentem in quibuſcunque ſuis terris ea imponat. Vel igitur habeat ibi dominium directum, & vtile. Vel vtile tantum, vt feudatarii. Vel directum tantum, vt domini. Vel pro parte loci illius domin⁹ ſit, nihil intereſt, quoniam excommunicatio hæc in eos fertur, qui in ſuis terris vectigalia imponunt; at pronomen hoc ſuum, ſignificat & rem, in qua quis dominium pro parte habet, vt in l. pupillus §. fin. ff. de verb. ſign. & facit l. ſi quis ſeruos ſuos. ff. de lega. 3. & not. hoc Gemin. per illum text. in c. cùm non decet. nume. 2. de elect. libro 6. & in c. ex eo. nu. 1. eod. & Iaſ. in l. ſerui electione. §. Labeo. num. 29. verſic. Adde ēt quod ad materiam ff. de leg. 1. Significat etiam pronomē hoc ſuum, id, in quo quis dominium tantum directum habet, alius autem vtile, vt vſufructuarius. arg. l. ſi quis ſeruos. ff. de lega. 3. Multo magis autem locus ille comprehenditur, in quo q̄s plenum dominium, & ius habet. argu. l. ſeruos autem ſuos. ff. de le. 3. Immò ob ſubiectam materiā hanc, ſi non licet ei, qui directus dominus eſt, vectigalia hæc imponere, multo minus ei, qui vtilis dominus tantum eſt. Quęcūque igitur terræ ſint, nihil intereſt. Immò ne melior conditio ſit prędonis, quam iuſti domini, vel de facto terras aliquas quis teneat, in excommunicationem hanc incidit, vectigalia noua imponens. Poſtremò dum Bulla dicit in ſuis terris, nō intelligitur ſolum ſi imponantur in locis, vt in Ciuitatibus, in oppidis & hu

iuſmodi

iuſmodi, verumetiam ſi in ſuis territoriis in quacunque parte, vt pote vel ad põtem aliquem, vel ad flumen, vel ad confines, vel ad alium locum territorii; nam in quibusuis locis ea impo nant, in ſuis terris ea impoſita dicentur.arg.c.cùm Epiſcopus. de off.ordin.lib.6.Afficit quoq. excommunicatio hęc imponentes etiam ob iuſtam cauſam, vbi poteſtatem imponendi non habent, hos enim Bulla perſequitur, qui poteſtatem non habentes imponendi hæc onera, ea tamen imponunt, ita Caietan. & Tolet.eiſd.in locis,& DD.communiter concludunt.

Poſtremò afficit excommunicatio hæc ipſos imponentes, ſtatim atque ea impoſuerunt, eſto adhuc exigi cœpta non ſint; nam Bulla hæc excommunicat imponentes noua vectigalia,& imponere differt à verbo Exigere, vt per ſe patet, ergo non expectabitur, vt exigantur, ex diuerſis enim non fit illatio.arg.l.Papinianus exuli.ff.de min.Præterea ſeparatim excommunicãtur exigentes, ergo ſeparatorum ſeparata eſſe debet ratio. arg.l.fi. ff.de calum.not.Iaſ.in l.ſi ex falſis.num.30.C.de tranſact. & facit in ſimili c.grauem. de ſentẽ. excom.Hi omnes ergo vectigalia noua imponentes in excommunicationem hanc incidunt; iam eos, qui pœnam hanc euadunt, explicemus.

SVMMA.

1 *Noua vectigalia imponentes qui in excommunicationem non incidant.*

III.

Qui in excommunicationẽ hanc inciderint, vidimus, iam qui pœnam hanc euadant, videamus. † Primum igitur in excommunicationem hanc non incidunt, qui ea imponendi iure proprio facultatem habent. Hi autem quinam ſint, antea p̃miſſimus. Quare quòd in horũ numero eſt Sereniſſima Venetorũ Reſpublica, ob eã rem licite eas imponere, & ſine vllo excõmunicationis periculo poteſt, vt ex dictis ſupra conſtat.

Secundò in excommunicationem hanc non incidunt, qui ea imponendi facultatem ab iis habent, qui iure proprio imponere ea poſſunt, atque ſic ſenſit Ioann.Tabien.in verb.Excõmunicatio.5.caſ.19.num. 2.verſic. Primò not.Qui ergo à Romano Pont.licentiam hanc habet, pœnam hanc euadet.arg.c.ſuper quibuſdam.§. præterea. de verb.ſign.na ſi ii, qui à Concilio Lateranenſi

ranenſi facultatem hanc habēt, id queunt, vt ibi dicitur, multo magis qui à Romano Ponti.nā Concilium vim habet à Romano Pont.& ab ipſo indicitur, & confirmatur,vt dixit Ioann.Andr.quem refert,ac ſequitur Abba.in cit.§.præterea,& facit Gl. in ca.quod trāſlationem; de off. leg.Et quamuis in cita.§. præterea Concilii tantum mentio fiat;non excluditur tamen Roman.Pont.qui ei præeſt.arg.ca. ſignificaſti.de elec.Qui itidem à Concilio generali facultatē hanc habet, licitè illa imponit; eſto enim Concilium Lateranē ſe nominetur in eo §. præterea, idem tamen & de aliis conciliis huiuſmodi afferendum eſt; nam eandem poteſtatem habent ,atque ſic ſenſit Abba.in eod.ca.ſuper quibuſdam.nume.3. Qui ab Imperatore itidem eam facultatem habet,ea imponere valet,vt habetur in eod.c. ſuper quibuſdam, & ibi not.Abb.ac DD. & in c.innouamus. de cenſ.& in c. nou. vectigal. impon.non poſſ. quod tamē ego intelligo in ſuis terris imperii,vel mediate, vel immediatè ſubiectis.

Tertiò in excommunicationem hanc non incidunt,qui vectigalia imponendi ius habent acquiſitum ex longa conſuetudine,cuius memoria in contrariū non eſt,vt in cit.§.pręterea dicitur.

Quartò in excommunicationem non incidunt, qui ſuadent, conſulunt,hortantur,iubent, vt noua vectigalia imponantur,tū quod ipſorum mentio nō fit in Bulla,& ſic eius verba hiſce nō conueniunt;tum quod ſumus in pœnis,atque idcirco diſpoſitio coarctanda eſt.arg.c. in pœnis. de reg.iur.lib.6. Sicut nec etiā qui iniuſtas gabellas imponunt. nō enim excommunicātur qui; ex parte cauſæ iniuſtas eas imponunt, ſed qui nouas, & iniuſtas ex parte potentiæ,ita Tole. in Bulla Cœnæ Domini Excō. 3.verſic. Secundò. qui iniuſtas ergo gabellas imponunt,modo aliàs facultatem habeant eas imponendi, hanc pœnam euadunt.

Poſtremò in excommunicationem hanc non incidunt, qui imponunt nouas collectas, ſeu taxas inter ciues; nam hęc vectigalia non ſunt, ac propterea pęna huius Bullæ ad hos deriuare nō poteſt.arg.l.Papinianus exu li.ff.de min.atque ſic ſenſit Caietan.in Sum. in verb. Pedagiū. verſi.Ex quibus ſequuntur duo. Quare Reſpublica,ac Senatus,q de communi conſenſu ob ſumptus factos collectam quādam imponerent,Bulla hac non com

prehenden

prehendentur;ſed iam ad aliam partem huius capitis veniamus.

Verſ. Vel augent.

S V M M A.

1 *Augentes vectigalia in excommunicationem incidunt, quæ ex communicatio declaratur, quouſque pateat.*

HIC excommunicantur, qui vectigalia prædicta legitimè impoſita augent. Quam rem vt facilius cognoſcamus, præmittendum vnum eſt, vectigalia, quę augentur, duplicis generis eſſe poſſe; partim licitè poſita, partim illicitè, vt pote quia noua ſunt;& ob id prohibita. Item, ex quo Bulla non diſtinguit, de vtriſque hic agi. Hoc præmiſſo, iam & hic regulam conſtituamus.

In excommunicationem igi-
1 tur hanc†incidunt,qui vectigalia impoſita augent, vt habetur hoc in verſic. Quæ regula iiſdē modis, & rationibus amplificatur, quibus ſuperior: idque merito, tum quod ſicut non poteſt nouum vectigal induci,& ſic totum quoddā imponere, ita nec iam inductum nouiter augeri,& ſic nec in parte nouum induci; valet enim argumentum de toto ad partem.arg.l.quę de tota. ff.de rei vend.& l.3.ff.pro dere lict.& cap.paſtoralis.§. item cū totum.ff.de off.delega.tū quod fraus fieret legi, nam,ex quo nequeūt noua induci,vetera augerentur, quod eſt cōtra mentem Bullæ,eiuſque rationem. Bulla enim prohibere vult affectum, & non modum; quādoquidem ratio prohibitionis ea eſt,ne hominum facultates per hæc vectigalia exhauriantur, vt dixit Rebuff.in Prax.benefi.in expoſitione Bullæ Cœnę Domini.ar. 3.in verb.De iure vero canonico;at ratio hæc locum habet ēt in auctione,vt per ſe patet; ne igitur fraus legi fiat contra cap. certum eſt,de reg.iu.lib.6.& ne quod una via prohibetur,per aliam fiat contra.c.cum quid.eo. tit.& lib. ſed vt vbi eadem ratio eſt,ibi eadem diſpoſitio ſit, iuxta c.cum dilecta.de confirm. vtil.vel inutil.& l.illud.ff. ad le. aquil.iure nec augeri vectigalia poſſunt. Quare Nauarr.eſto id expreſſe cautum non fuiſſet, id locum tamen habiturū fuiſſe,vt ſcilicet augentes in excommunicationem hanc inciderēt, dixit in Man.cap.27.numer.61. verſic. Declaratio prima, idem ſenſit Syl.in verb. Excommunicatio.

catio.7.nu.54.verſ.Decimano na eſt in ꝓceſſu,vbi & ſic praticari ait,ſicut etiam in verb. Gabella.3.nu.7.verſicul.Quartum quòd imponentes.

Poſtremò in excommunicationem hanc incidunt, qui augent dicta vectigalia,vel ſint licite impoſita,vel illicitè;ac de illicite impoſitis non eſt dubitandum;non etiam de licitè impoſitis, quoniam hic prohibentur, vt in initio præmiſimus.

Hanc tamen pœnam euadũt hi omnes, quos diximus eã euadere in antecedenti regula ob eaſdem rationes. Et idcirco Sereniſſima Venetorum Reſpublica licite Vectigalia impoſita ẽt augere ſine excommunicationis metu poteſt,vt & ſupra vidimus,& diximus.

Verſ. Seu imponi, vel augeri prohibita exigunt.

SVMMA.

1 Exigentes vectigalia prohibita imponi,vel augeri,ideſt noua vectigalia in excommunicationem incidunt;qua excommunicatio declaratur,quouſque pateat.

HIC excommunicantur,qui exigunt vectigalia prohibita imponi,vel augeri,vt dicitur in verſi. Quod vt dilucidius ſit,pręmittenda duo ſunt.Primũ quæ vectigalia prohibita ſint imponi,vel augeri,alterum à q̄bus permiſſa vectigalia exigi nequeant.

Quoad primum igitur vectigalia prohibita imponi, vel augeri ſunt primo ea, quæ imponuntur aut pro rebus, quas pro ſe,ſuaque familia quis fert, aut pro rebus fiſci,aut pro rebus,q̄ inferuntur pro colendo rure,vt habetur in l.vniuerſi.C.de vectigal.Itẽ prohibita ſuntnoua vectigalia,quæ ſunt ea, quę ſupra diximus in principio huius Capitis,& de hoc ſatis.

Quoad alterum, vt paucis illud abſoluamus, concludendũ eſt communi iure neque ab Eccleſia,neque ab Eccleſiaſticis ꝑſonis exigi ea poſſe, vt habetur in c.quanquam.de Cenſ. libr.6. His ſic pręmiſſis,iam regulã ponamus.

In excommunicationẽ hanc 1 igitur incidunt,†qui exigunt vectigalia prohibita imponi, vel augeri,vt dicitur in verſic. Quæ regula his modis declaratur.

Nam primo locum habet excommunicatio hæc in eo,q̄ exigit prohibita ratione rerum, id eſt de rebus,ſuper quibus imponi nequeunt,vt ſupra diximus ꝑ l.vniuerſi.

l.vniuerſi.C.noua vectigal.atq. ſic ſenſit Caieta.in Sum.in verb. Pedagium.verſic.Sed ad hoc vt exigentes incurrant hunc canonem;etenim & qui ea imponũt, modo ea imponendi poteſtatẽ non habeant,in excommunicationem incidunt, vt ſupra vidimus.

Secundò locum habet hæc excommunicatio in eo,qui exigit vectigalia ab eo impoſita, q̃ non poteſt, eſto aliàs licita ſint; atque ſic ſenſit Caieta. in Sum. eod.etenim & vectigalia imponi prohibita & ea ſunt, quæ imponuntur ab eo, qui facultatẽ eam non habet.

Tertiò excommunicatio afficit eum,qui vectigalia exigit, q̃ antiquitus alibi impoſita ſunt, ſed non ibi,vbi exigit, & ſic ꝓ nouis ibi habentur, noua enim vectigalia dicuntur etiam reſpectu loci,vbi exiguntur, non habito reſpectu,an ſecundum ſe licita ſint, alibive ſint impoſita; fieri enim poteſt,vt tranſeuntes per Mõtem Scutulum patriam meam pro ſuis perſonis licite pedagium ſoluant ob longam conſuetudinem, cuius memoria in contrarium non ſit,iuxta ca.ſuꝑ quibuſdam.§.præterea.de verb. ſign. à tranſeuntibus autem per Montem columbarum minus licite id exigatur,quoniam oppidum illud ius exigendi non habet.

Quartò excõmunicatio hæc afficit exigentes hæc vectigalia quicũque ſint,ſiue qui ea impoſuerunt,ſiue eorum hæredes, ſiue ſucceſſores,ſiue conductores eorum, ſiue famuli ad exigẽdũ propoſiti;tum quod ſimpliciter excommunicantur qui exigunt, nec diſtinguit Bulla quinã ſint, ergo nec nos diſtinguere debemus.arg.l.de pretio.ff.de publ. in rem acti.tum quod Bulla excommunicat omnes,qui imponunt talia,& exigunt,vt in principio huius Capitis habetur; ad quod referuntur etiam,qui exigunt,vt per ſe patet,ergo nemo excluditur.arg.le.Iulianus.ff.de lega.3. atque ſic dixit de hærede imponentis,de publicano, & conductore, nec non de famulo ad exigendum propoſito.Nauar. in Man.cap.27.num.61. verſic. Quarta,& Iacob.de Graff.lib.4. deciſ. caſ. conſc. in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini. nu.69. & de Conductore facit C.de exactor.trib.lib.11.

Quintò excõmunicatio hæc afficit etiam eos,qui capiunt ꝑſonas,& ad eum ducunt,qui exigit huiuſmodi vectigalia; quòd faciunt ſępius Beruarii hic Barbiani,quamuis hic licite exigãtur,quod tamẽ id verum ſentio,

vbi

vbi aliàs exacta ob fugam non fuiſſent,arg.Clem.1.iunct.Glo. de ſepult.

Sextò excõmunicatio afficit eos, qui imponunt quempiã ad ea exigenda,atque ſic dixit Iac. de Graff.ibid.nam hi propriè fa cere dicuntur, ex quo per alios id agunt; alioquin contingeret vilem perſonam,quę exigit, ſæpius excommunicari,potentem virum autem qui hęc exigenda curat,pœnam euadere,quod ab ſurdum eſt.arg.cit.Cle.1.iunct. Gloſſ.Hi omnes ergo in excom municationem incidunt; iam q pœnam hanc effugiant, explicemus.

SVMMA.

1 *Vectigalia accipiens à ſponte dante in excommunicationem nõ incidit.*
2 *Exigere vectigal quando quis dicatur.*
3 *Inuitus ſoluere vectigal quis dicatur.*
4 *Vectigalia exigens quando in excommunicationem non incidat,*

I.

§ Qui caput hoc offendendo in excommunicationem in cidunt,vidimus, iam qui pœnã
1 hanc euadant,videamus. † Primum igitur in excõmunicationem hanc non incidit, qui recipit hæc à laico ſponte ſoluente. nam Bulla inquit Exigunt,& ſic
2 excommunicat exigentes:at † exigere eſt extorquere ab inuito,qui non vult ſoluere. arg. le. ſoluendo, iunct.Gloſſ.exegere. ff.de neg.geſt.& l.fideicommiſſa.§.ſi rem, iunct.Glo.exegerat, ff.de leg.3.ergo ſecus ſi à ſpontedante recipiat,atque ſic dixit Ang.in verb.excommunicatio. 5.caſ.19.& Tab. inver. Excommunicatio.5.caſ.19.numer.1.& 2.& Caietan.in Sum.in verb.ex communicatio.cap.39.verſi.Et quia exigere,& in cap.71.verſi. Secundum eſt,& Naua. in Man. ca.27.num.61.verſi. Quarta;ab inuito laico igitur vbi quis accipit, in excommunicationem, hanc incidit; aliàs nõ, quamuis contrarium ſit,ſi à clericis ſpon te dantibus accipiant;nam in ex communicationem incidũt huius Bullæ poſitam infra.c.18.& vt dixit Tolet. in Bulla Cœnæ
3 Domini,Excom.3.in fin. † Inuitus autem ſoluere is quoque dicitur,qui ſoluit rogatus, vt ſolueret tãquam debitum, eſto uis non adhibeatur,vt inquiunt Ca ietan.& Nauar.ibid.Multo magis ergo,vbi ipſe,vel res detinerentur,vel minæ inferrentur.

4 Secundò loco † in excommunicationem hanc non incidit, qui pro-

probabiliter ignorans vectigalia illicita eſſe, ea exigit, vel ignorantia iuris, vel facti ſit. argu. c. apoſtolicæ. de cle. excom. min. & c. 2. de conſtit. lib. 6. atq. ſic dixit Nauar. eod. cap. numer. 61. verſic. Quarta, ibi excuſari tamen poſſet. Quare famuli, & rudes homines, qui ſæpius ad hæc exigenda præponuntur ad portas, & ad alia loca, pœnam hanc euadent, vbi hoc probabiliter ignorant; ſicut & qui conducũt ab aliquo Principe dicta vectigalia, & ob id exiſtimant iure impoſita eſſe, atque ſic ſenſit Iacob. de Graff. ibid.

Tertiò in excommunicationem hanc non incidit; vbi quis vectigalia licita, & permiſſa ab iis exigit à quibus iure nõ licet, vt pote à clericis pro reb. ſuis; nam etſi aliàs vectigalia licita ſint, illicitè tamen ab his exigũtur; quamuis quod noua ſunt, in excommunicationem hãc non incidãt, ſed in eam, quæ habetur in c. quanquam. de cenſ. lib. 6. atque ſic dixit Nauar. in Man. ca. 27. num. 61. verſic. Quinta. & Caieta. in Sum. in verb. Pedagium. ver. Et quia verba propriè intelligenda ſunt; etenim per hanc Bullam illicita per ſe tantũ prohibita ſunt, non alia, vt dixit Caietan. ibid.

Quartò in excommunicationẽ hanc non incidit, qui inuitus ea exigit, vt pote præficitur quis à Principe huic muneri inuitus: ſed quia repugnare ob probabilem metum non audet, ob eam rem in excommunicationẽ non incidit. arg. eorum, quæ tradunt DD. in capi. ſacris. de iis, quæ vi metuve cauſ. fiunt, atque ſic dixit Angel. in verb. Pedagium. n. 6. verſic. Verum eſt, quod ſubditus.

Quintò in excommunicationem hanc non incidit, qui antiquitus licitè impoſita, ſed ob aliquã cauſam diu intermiſſa rurſus exigit, exempli gratia Ciuitas, quæ iuſta vectigalia exigebat in ditionem alicuius Principis venit: & eo tempore vectigalia non exigit, modo priſtinam libertatem adepta vetera vectigalia exigens nõ offendit, & ob id in excommunicationem, vbi ſingularis perſona eſt, non incidit, vt dixit Syl. in ver. Gabella, 3. num. 5. verſi. Aduertenda ſunt quędam.

Sextò in excommunicationẽ hanc non incidit priuata perſona, quæ cum ad id obligata non ſit, pecuniam ab aliquo accipit, quo eum tutum per aliquem locum ducat: nam hic iuſte locat ſuas operas, ex quo ad eas gratis præſtandas non tenetur, atq. ſic dixit Ioann. Andr. quem refert,

fert,ac ſequitur Abba.in c.ſuper quibuſdam.num.7.verſi.Sed du bitari poſſet,& Syl.in verb. Gabella.3.num.6.verſi.Tertium,q priuatus,& Tabien. in verb. Pedagia.num.5.verſic.Quartò du bitatur.

Poſtremò in excommunicationem hanc non incidit,qui do lo vectigalia exigit; vt pote aggreditur,quis homines in via,& cogit ſoluere Gabellam, inquẽs ſe ad id propoſitum eſſe, cũ nõ ſit;nam hic tenetur pœna cõcuſſionis.arg.tit.ff.de concuſſ.non autem hac pœna, quę in eos infertur, qui ſuo iure uectigalia hęc exigere ſibi perſuadent:ſed de hoc capite ſatis; ad aliud veniamus.

De excommunicatione lata contra falſantes literas Apoſtolicas, nec non eas fabricantes, falſoque ſignantes. Cap. VI.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falſarios litterarum Apoſtolicarum etiam in forma Breuis,ac Supplicationum gratiam,vel iuſtitiam concernẽtium per Romanum Pont.vel S.R. E. Vicecancelarium, ſeu gerẽtes vices eorum,aut de mãdato eiuſdem Romani Pont.ſignatarum. Nec non falſo fabricantes litteras Apoſtolicas etiam in forma Breuis. Et etiam falſo ſignantes ſupplicationes huiuſmodi ſub nomine Romani Pont. ſeu Vicecancelarij, aut gerentes vices prædictorum.

SVMMA.

1 *Littera Apoſtolica quaenam ſit.*
2 *Litteras Apoſtolicas falſare quid ſit,et quot modis contingat falſari.*

CAPVT hoc diuiditur in tres primarias partes, in quarum prima excommunicantur falſarii litterarum Apoſtolicarum,ac ſupplicationum:in ſecunda fabricantes falſo litteras Apoſtolicas: in tertia falſo ſignantes ſupplicationes huiuſmodi.Secunda incipit ibi.Nec non falſo fabricantes.Tertia ibi: Et etiam falſo ſignantes. Omiſſis igitur duabus poſterioribus de priori agam, & primo de prima eius parte,in qua excommunicantur falſarii litterarum Apoſtolicarum.Quã

rem

rem vt dilucidiorem habeamus, tria præmittenda ſunt. Primum litteræ Apoſtolicæ quænã ſint. Deinde quid ſit falſare. Tertiò quot modis contingat falſari huiuſmodi litteras, quibus explicatis, regulam de more ponam:

1 Quoad primum igitur † litteræ Apoſtolicæ eę dicuntur, q̃ emanant à Romano Pont. quibus decernit, mandat, conceditve aliquid, quod ad iuriſdictionem, ordinemve ſpectat; quod enim ſcribit tanquam Papa, aliquid horum comprehendit, vel quod ad iuriſdictionem, vel qđ ad ordinem pertinet. Et dicuntur Apoſtolicæ, quoniam à Romano Pont. proficiſcuntur, qui tenet locum, et ſedem Petri Apoſtoli, qui primus Chriſti Domini Vicarius fuit. Hæ autem litteræ, partim dicuntur ſimpliciter litteræ Apoſtolicę & ſunt, quas diximus, partim Breuia nominantur, & ſunt eæ litterę, quæ à ſolis ſecretariis conficiuntur; & per Papam ſignantur in cera rubea annulo piſcatoris; eandẽque vim habẽt, quàm reſcripta; & Breuia inde dicta ſunt, quoniam breuibus verbis, ideſt paucis ſcribuntur, & in paruis negotiis, ita dixit Felin. in Rubr. de reſcript. num. 8. verſicu. Breuia dicuntur, & Rebuff. in Prax. benefic. De Breuis Apoſtol. vbi quid ſint, & in quibus cauſis concedantur, docet, & qua forma conficiantur, & de primo hactenus.

2 Quoad alterum autẽ † ſcilicet quid ſit falſare, quatenus ad rẽ noſtram pertinet, litteras falſare nil aliud eſt, quàm aut addendo, aut detrahendo, aut corrumpendo, aut mutando contra mẽtem Romani Pont. eius diſpoſitionem litteris comprehenſam ſecundum ſubſtantiam, vel qualitatem aut totam, aut ex parte tollere, vt probabimus.

Dixi ergo primum Addẽdo falſari litteras apoſtolicas, vt exempli gratia, ſi cum litteræ ad fauorem Titii ſcriptæ ſunt, addatur etiam in fauorem Socratis, hoc enim ſine dubitatione contra diſpoſitionem, & mentem, & ſubſtantiam litterarum, per additionem eſt. arg. l. ſi quis legatum. ff. ad leg. Cornel. de falſ. nam ibi in crimen falſi incidit, qui in teſtamento legatum ſibi ſcripſit; & ob id per additionem crimen illud committitur.

Dixi aut Detrahendo, quoniam ſi aliquid ex litteris detrahatur, quod in fauorem alicuius eſſet; & ratione hac falſum committitur. arg. l. ſi quis legatum. §. ſimiliter & is, qui libertatem. ff. eod. nam ibi in crimen falſi incidit, qui de teſtamento libertatẽ ſeruo datam delet, ergo idem

&

& hic,& facit c.licet. de crim. falſ.

Dixi Aut corrumpendo, quod fit, vbi quis litteras omnino deleuit, abraſitve, vnde ipſis impetrans vti non potuit; quo caſu & falſum committere quis dici tur. arg. c.licet. verſi. Quinta ibi, Per raſuram,& apertius in verſ. Sexta,& verſic. Septima, de crimi. falſ.& facit etiam le. qui teſtamentum, ibi. Deleuerit. ff. de falſ. vbi pœna falſi tenetur, qui teſtamentum deleuit, vel interleuit, vt ibi dicitur.

Dixi demum Mutando in ſubſtantialibus, ſi pro Titius Seius apponeretur, deleto Titio; nam ſicut in ſuperioribus caſibus ex parte, ita & hic in totum falſantur, ſicut etiam in proximo caſu, & facit l. ſi quis patris ſui aboleuerit. ff. de falſ. vbi crimen falſi committit, qui hæreditatem ex teſtamento relictam ab inteſtato volebat accipere, vt ibi dicitur, ergo idem hic, vbi alius pro alio adſcribitur, facit quoque citat. c.licet verſic. Quinta; Ex quibus patet falſum in dictis caſib. committi ſemper quoad ſubſtãtiam,& litteras aut ex parte aut totas tolli.

Dixi Vel qualitatem; nam & quo ad ipſam falſitas committitur, vt pote per litteras mandatum erat, vt prouideretur alicui de beneficio primum vacaturo. Quidam vero adiecit, vt ſuper illo beneficio ſibi penſio conſtitueretur: quo caſu diſpoſitio firma remanet, ſed tamen non talis, qualis à Romano Pont. fuit conceſſa, hic igitur in crimẽ falſi incidit,& litteras falſare dici tur. arg. l. impuberem. §. penu. ff ad leg. Cornel. de falſ. vbi qui cum Titio fundus legaretur, adiecit ſua manu conditionẽ pecuniæ ſibi dandæ, in crimen falſi incidere hunc ibi dicitur; ergo idem & hic. Idem ſi per litteras conceſſus erat ſaluus conductus per triẽnium, & quis triẽnio deleto repoſuit quinquenniũ, hic enim ex parte eſt contra mentẽ diſponentis. In his omnibus caſibus igitur litteræ falſę redduntur ac vitiantur; tollitur enim mens ipſius diſponẽtis, vel qualitas contra eius voluntatem adiicitur, vt ex dictis patet. Et ex his etiam cõſtat, quot modis litterę falſentur, quod tertio loco nobis explicandum propoſueramus. His ita præmiſſis; iam regulam de more ponamus.

S V M M A.

1 *Falſans litteras Apoſtolicas in excommunicationem incidit: quæ excommunicatio declaratur, quouſque pateat.*

§. Fal-

I.

§ Falſare litteras apoſtolicas quid ſit vidimus: iam qui Apoſtolicis litteris falſandis in excommunicationem hanc inci-
2 dunt videamus † In excommunicationẽ hanc igitur incidũt, qui litteras Apoſtolicas falſant, vt habeẽ in Bulla hac expreſſum.

Quæ excommunicatio afficit quoſcumque ob dictionem illã Omnes, quæ neminem excludit. arg. l. Iulianus. ff. de leg. 3. & ca. ad audientiam. de decim. atque ſic dixit Caietan. in Sum. in ver. Excommunicatio. cap. 27. verſi. Aduerte tertio. Quare & Cardinales, & alii inferiores Eccleſiæ Præſides crimen hoc committẽtes in excommunicationẽ hanc incident; & laici Principes, nec non ſcribæ ipſarum litterarum, & priuatę perſonæ.

Item excommunicatio hæc afficit quacunque ratione has litteras falſent, vel ſecundũ ſubſtantiam, vel qualitatem, ac formam; & aut ex toto, aut ex parte; nam his modis falſari dicuntur.

Tertiò afficit excommunicatio hæc cuiuſcunque generis litteræ falſẽntur, vel ſimpliciter litterę Apoſtolicę ſint, vel in forma Breuis, vt dicitur in Bulla, ibi: Falſarios litterarum Apoſtolicarum, etiam in forma Breuis, eſto deinceps illis non vtantur; nam Bulla excõmunicat falſantes, & non conſiderat, an illis deinceps vtantur, atque ſic dixit Iacob. de Graff. lib. 4. deciſ. caſ. conſc. in expoſitione Bullę Cœnę Domini. nu. 79. Secus autẽ ſi quis adimat dictionem aliquã, vt aliam reponat, deinceps verò mutata ſententia priſtinam reponat, vt dixit ibid. Graf.

Quarto vel motu proprio, vel ad alterius petitionem conceſſę ſint; non enim Bulla diſtinguit, ergo nec nos diſtinguere debemus. arg. l. de pręt io. ff. de publi. in rem act.

Poſtremò afficit excommunicatio hęc, vel ſint datæ à Romano Pont. electo; nondum tamen conſecrato; nam poſt electionẽ legitimè factam ſtatim iuriſdictionem conſequitur, vt aſſeruit Abb. per illum tex. in ca. licet. num. 5. verſic. Quartò nc. de elect. & ibi Innocent. & DD. In omnibus igitur his caſibus falſantes litteras Apoſtolicas in excommunicationem incidũt, quam tamen pęnam hi euadũt, quos ponemus in ſeq.

S V M M A.

1 Litteras Apoſtolicas mutans quãdo in excõicationẽ non incidat.

2 Litteram

2 *Litteram; vel punctum corrigens in litteris Apoſtolicis, an in excommunicationem incidat.*

3 *Litteras Apoſtolicas falſandas cõſulens, mandanſve, in excommunicationem hanc non incidit.*

4 *Litteras Apoſtolicas delens, aut ſcindens an in excommunicationem incidat.*

5 *Litteras priuatas Romani Pont. falſans in excommunicationem non incidit.*

6 *Litteras alterius à Romano Pont. falſans in excommunicationem non incidit.*

7 *Litteris Apoſtolicis falſis vtens in excommunicationẽ non incidit.*

II.

§. Offendentes hanc partem quando in excommunicationem incidant, declarauim⁹;
1 iam vbi eã euadũt, declarem⁹. † Primò igitur, qui de licẽtia Romani Pont. eas mutaret; nã tũc, quod ceſſat vitium falſi, ex quo contra mentem Romani Ponti. id non fit, ob eam rem huius Bullæ pœna ceſſat. arg. c. cũ ceſſante. de appell.

2 Secundò † pœnam hanc euadit, qui aliquam litteram, vel pũctum corrigit, quod non mutat ſubſtantiam, ita dixit Ioann. Gerſon. quem refert, ac ſequitur Nauar. in Man. cap. 27. num. 62. verſi. Sexta, & Martinus Alfonſ. de Viuald. in Candelabro. p. 2. in explanatione Bullæ Cœnæ Domini. caſ. 6. num. 53. & Iaco. de Graff. libr. 4. deciſ. caſ. conſc. in expoſitione Bullę Cœnæ Domini. num. 78. Idem ſentit Add. ad Diaz. in ſua Prax. crimi. cano. 117. verſicu. Erit etiam addicta pœna, & Tolet. in Bulla Cęnæ Domini, excom. 4. num. 6. vbi alios plures idem ſentientes refert, & ſic tenendum inquit; etenim in excommunicationẽ qs non incidit, vbi mortiferè non peccat. arg. c. nemo Epiſcoporũ, & ca. nullus. 11. q. 3. quod planè non facit hic, qui ſimpliciter, & ſine dolo tradita corrigit. Contrarium tamen nonnulli ſentiũt, vt Caietan. in Sum. in verb. Excommunicatio. ca. 27. in fine, ſecutus S. Antonium, & Ange. in verb. Excommunicatio. caſ. 3. num. 3. ſecutus etiam Hoſti. quẽ refert Abba. in c. ex litteris. nu. 3. de fide inſtrum. Horum opinio locum habere poſſet, vel vbi parua illa correctio ſententiam tolleret, vt dixit Viuald. ibid. n. 54. vel vbi & aliàs hoc ſub hac pœna prohibitum eſſet: quod eſſe prohibitum ait Hoſti. relatus ibi à Panor. & alii omnes, q eum ſequuntur; nam inquit Hoſti. in Curia eſſe canonem excõmunicationis latę ſententię in quemcunque alium ab officialibus ſup hoc in curia deputatis,

qui in reſcripto bullato, vel notato aliquid, vel vnam figuram, vel litteram, vel etiam dimidiã abraſerit, deleuerit, diminuerit, compleuerit, vel mutauerit, ſine illius licentia, ad quem ſpectat. Et inquit ſępe hoc in curia publicari, ne quis id ignoret. Ob hanc igitur cauſam opinionem propoſitam ſecuti ſunt Abba. in eod. c. ex litteris. num. 3. & Ang. eod. & Tabien. in verb. excõmunicatio. 5. num. 5. verſi. Quartò an poſſit, & Syl. in verb. Excommunicatio. 7. num. 8. verſi. Quarta, ibi: Corrigẽs autem litteras. Quæ tamen opinio præpoſitæ ſententiæ non repugnat, quandoquidem Bulla noſtra hoc nõ dicit, nec excommunicat correctiones huiuſmodi facientes. 3
Immò, ex quo expreſſum eſt in ſententia illa Curiæ, contrariũ ſentire debemus, vbi hoc nõ habetur, vt in caſu noſtro. argu. c. non ne. de præſumpt. & l. cũ prętor. ff. de iud. Poſtremò hic re vera non falſat, vt per ſe patet, ergo in excommunicationẽ hanc Bullæ non incidit, quæ falſarios excommunicat; cui enim verba legis non conueniũt, nec diſpoſitio conuenire debet. arg. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. & ca. indemnitatibus. §. ſupradicta. de elect. libr. 6. & facit ca. fin. de crim. falſ. vbi Bulla falſa eſſe nõ cenſetur ob raſuram factam in loco non ſuſpecto. Quare ſi quid erroris in gramatica eſſet, ſine huius Bullæ offenſa eũ corrigere quis poterit, & multo magis litteram, vel punctum addere; nam etſi in ſupplicatione dictum eſſet Titio Ariminenſi, & errore notarii dictum eſſet Titio Piſaurienſi, corrigens, & ponens, ſicut in ſupplicatione non peccat, ita dixit Iacob. de Graff. ibid. num. 83. Non ergo presbyter, qui in litteris ſuis beneficii correxerit aliquid huiuſmodi, quod rei ſubſtantiam, eiuſve qualitatem non mutat, in excõmunicationem hanc incidet, quod eſt notandum.

Tertiò † in excommunicationẽ hanc non incidit, qui litteras huiuſmodi falſandas cõſuleret, mandaretve; nam Bulla non excommunicat hos conſulentes, mandanteſve, ergo nec nos dicere debemus; præſertim quòd ſumus in pœnis. arg. c. in pœnis. de reg. iur. lib. 6. etenim, vbi lex hos compræhendere vult eorũ mentionem facit, vt in prima parte huius operis probauim⁹. In pœnam tamen hic incidet, c. ad falſariorum. de crimi. falſ. atque ſic dixit Iaco. de Graff. ibid. num. 81.

Quartò in excommunicationem hanc non incidit, qui ſubre-

pritias,

ptitias,obreptitiaſve litteras à Romano Pont.impetraſſet; nã etſi tacita veritate,& falſo expſ. ſo conceſſæ ſunt,tamen ipſæ litteræ non ſunt falſatæ, ita dixit Caieta.in Sum.in verb.Excommunicatio.cap.27.verſic. Vnde non compræhendit, & Syl.in verb.Excommunicatio.7. num. 9.& Tabien.in verb.Excommunicatio.5.caſ.5.num.2.& Ange. in verb.Excommunicatio.3.numer.4.& Nauar. in Man. ca.27. num.62.verſic.Quarta,& Martinus Alfonſ.de Viualdo in Candelabro.2.part.in explanatione Bullæ Cœnę Domini.caſ.6.nu. 51.& Rebuff.in Prax.benefic.in expoſitione Bullę.art.4.in verb. Et ſupplicationum, & Tolet.in Bulla Cœnæ Domini. Excom. 4.num.5.nam hic propriè falſarius non dicitur,quamuis litterarum cõmodo carere debeat. c.ſedis,& c.ex tenore,& c.ſuper litteris.de reſcript.

4 Quintò in excõmunicationẽ hanc non incidit,† qui huiuſmodi litteras aut omnino deleret, aut ſcinderet;modò is ſit,ad cuius fauorẽ litterę conceſſæ ſunt, & ad quem ipſæ pertinebãt;ſuo enim fauori quiſque renunciare poteſt.argum.l. ſi quis in ſcribendo.C.de pact.atque ſic dixit Mar.Socin.Sen.in c. excommunicationi.num.12.verſic.Quanquam quis poſſet totam lacerare.de crim.falſ.& Abb.in cap.ex litteris.num.3.verſic.Poſſet tamen impetrans. de fid.inſtrum. & Tabien.in verb.Excommunicatio.5.caſ.5.nu.5.verſic.Poſſet tamen impetrans.

5 Sextò † in excommunicationem hanc non incidit, qui litteras priuatas Romani Ponti. falſat;intelligo autem eas, quæ vt priuata perſona ſcribit;nam hæ litteræ Apoſtolicæ propriè non ſunt,ex quo earum definitio eis non conuenit:at planè abſurdũ non ne eſſet, ſi ad aliquem amicum ſuum ſcriberet, vt animi gratia ſe viſeret,has litteras apoſtolicas dicere,& eas falſantem aſſerere in excommunicationẽ incidere?Et hæc exceptio notãda eſt.

6 Septimò † in excõmunicationem hanc non incidit,qui alterius litteras falſat; nam Bulla excommunicat falſarios litterarum Apoſtolicarum,ergo ſecus ſi aliorum.Quare vel quis falſet litteras Epiſcoporũ, vel Archiepiſcoporum,vel Patriarcharum vel nuncii Apoſtolici,vel Pœnitentiariæ,vel Legati,aut delegati Roma.Pont.vel Collegii Cardinalium,vt dixit Iac. de Graff. ibid.nu. 82. vel Pœnitentiariæ, vt inquit Addit.ad Diaz. in ſua Prax.Crimi.eod. cap.vbi ſupra.

verſicul.Illud autem notandum cenſeo;vel alterius Principis laici,vt potè Regis, vel Imperatoris,in pœnam hanc non incidet; quandoquidem Apoſtolicę litteræ non ſunt,vt dixi, & ob id nec Romani Pon.atque ſic dixit Nauar.in Man.cap.27.num.60. verſic.Tertia,quòd videntur,& Mar.Socin.Sen.in c. ad falſariorum.num.9.verſic. Secus in falſantibus litteras aliorũ inferiorum.de crimi.falſ. & Rebuff.in Prax.benefi.in expoſitione Bullæ Cœnę Domini.art.4.in verb. Apoſtolicarum,& Viuald. eod. num.51.& Tolet.eod.nu.3.

7 Octauò in excommunicationem hanc non incidit,qui hiſce litteris falſatis vtitur; nam per Bullam excommunicantur ſolũ falſarii litterarum Apoſtolicarum,non autem illis vtentes, vt habetur expreſſum in Bulla; aliud autẽ eſt litteras falſare, & aliud illis vti,vt per ſe patet ; ex quo igitur diuerſa ſunt,pœna in vno caſu poſita ad alium non transfertur.argu.l. Papinianus exuli. ff.de min.atque ſic dixit Caieta. in Sum.in verb.Excommunicatio.cap.27.num.62.verſi.Quarta,& Iacob.de Graff. ibid. num. 85.Punitur tamen per c.ad falſariorum.de crim. falſ.

Poſtremò in excommunicationem,hanc non incidit, qui, antequam abſoluantur,& ſignẽtur huiuſmodi litterę,eas falſat; nam ad huc Apoſtolicæ litteræ non ſunt propriè, ex quo à Romano Pont.non ſunt ſignatæ, & approbatæ. Sicut etiam,ſi quis falſet litteras Apoſtolicas, quæ iam expirauerunt; modò vtiles illas nõ reddat,vt ait Syl. in ver. Excommunicatio.7.§.4. nu. 10. verſic.Et tertiò, & Viuald.ibid. num.52.& Iacob.de Graff.ibid. num.83.Sed de hac parte hactenus,ad aliam veniamus.

Verſ. Ac ſupplicationũ gratiam,vel iuſtitiam concernentium per Romanũ Ponti.vel S.R.E.Vicecancellarium,ſeu gerentes vices eorum,aut de mandato eiuſdem Romani Pont. ſignatarum.

SVMMA.

1 *Supplicationes quid ſint.*

2 *Supplicationes gratiam,aut iuſtitiam continentes quanam ſint.*

HIC excommunicantur falſantes ſupplicationes ſignatas à Romano Ponti.vel à S.R.E. Vicecãcellario,

Digitized by Google

lario,vel ab eorum vicem gerẽ tibus.Verum vt rem hanc diluci diorem habeamus,prętmittenda hęc ſunt. Primũ ſupplicationes quid ſint.Item quæ ſupplicationes gratiam contineant, & quæ iuſtitiam.Poſtremò quid ſit Vicecancellarius.

1 Quoad primum igitur† ſupplicationes nil aliud ſunt, quàm p̃ces factæ ſuperiori in ſcriptis, quo aliquid ab eo impetretur, quod ei de iure non debetur.ar gu.tot.titu.de pręc.Imp.offer.& ſunt illæ,quę vocantur Signaturæ, poſteaquam per Romanum Pont admiſſę ſunt;vbi ipſi factę ſunt,vel per Vicecancellarium, vbi ei porrectæ, & communius incipiunt Beatiſſime Pater, vel Pater Sancte,vel Dignetur S.V. & expediuntur in papyro, & nõ apponitur plumbũ, ita dixit Rebuff.in Prax.benefi. in expoſitio ne Bullæ Cœnæ Domini. art.4. in verb.Et ſupplicationum,& in ead.Prax.benefi.in tit.De ſigna tura gratiæ,vbi abundè de ipſis agit.Et de primò ſatis.

2 Quoad alterum autem† Supplicationes gratiam concernen tes ſunt ſupplicationes, quibus petitur aliquid gratioſe ſibi cõcedi,vt pote beneficium Eccleſiaſticum.argu.Clem. gratię,& Clem.fin.de reſcript.& dicuntur gratiam continere,quoniam petitur id,quod ius non concedit, eſt enim gratia quoddam quaſi priuilegium contra legem conceſſum.arg.§.ſed & quod Princi pi.verſic.Planè in Inſtitu.de iur. nat.gen.& ciuil.Supplicationes autẽ iuſtitiam continentes ſunt eæ,quibus quis petit id, qđ ius concedit,ſed alio modo, vt pote vt detur ſibi Iudex, & vt cauſa alicui committatur.argu.tot. tit.de off.leg.& dicuntur ſuppli cationes,quoniam ſuperior iudi cem ei dare non tenetur,ex quo habet ordinarium; dicuntur ẽt de iuſtitia,quoniam vult, vt iudex datus ſecundum iuſtitiã cau ſam definiat,atque ſic ſenſit Re buff.in eod.arti.4.in verb.Gratiam. Ex quibus patet plurimũ differre inter ſe, ſicut etiam & hac ratione,quoniam litteris de iuſtitia apponitur filum,ſeu corda Cannabis; gratioſis vero filum ſericum, vt dixit Mar.Soci. ſen.in c.licet.num.2.verſic.Tertius modus,cum ſeq.de cri. falſ.

Quoad tertium autem quid ſit Vicecãcellarius; quoniam de ipſo,& eius poteſtate egit Vãt. in Tractatu.de nullit.in titu.de nullit.ex defect. iuris delegat. num.9 ob eam rem hic inferenda non duximus.His iam ſic prę miſſis, regulam de more ponamus,& primo de ſupplicationibus Romani Pont.deinde de ſup

plicationibus

plicationibus Vicecancellarii.

In excommunicationem hāc igitur incidit, qui falſat ſupplicationes ſignatas à Romano Pō tif. vt habetur in verſi. Quæ excommunicatio in multis caſib. afficit, & primo vel ſupplicationes, quæ falſantur, gratiam, iuſtitiamque contineant, vt dicitur in cit. verſi.

Poſtremò afficit, vel ſupplicationes ſignatæ ſint ab ipſo Romano Pont. vel ab eius vicē gerente, vel ab alio de eius manda to. In omnibus igitur his caſib. has ſupplicationes falſans in ex communicationem hanc incidit. Quam tamen pœnam quis in his caſibus euadit.

Primò in omnibus caſibus, quos excepimus in priori regula, ideſt in quibus caſib. falſans ibi in excommunicationem nō incidit, neque hic in illis eiſdem caſibus.

Poſtremò, vbi falſat ſupplicationes, quę non ſunt ſignatæ ab vno ex illis tribus; nam ſi in excommunicationem quis incidit, vbi ea falſat, quando ab vno ex illis ſignatæ ſunt, vt dicitur in verſi. Ergo ſecus, vbi nō ſunt ſignatæ; tum quod idem operatur propoſitum in propoſito, q operatur oppoſitum in oppoſito. argu. l. fin. §. fin. ff. de fund. in ſtruct. tum quod valet argumentum à contrario ſenſu. arg. l. 1. & ibi communiter not. ff. de off. eius: ſed iam alteram regulam de Vicecancellario ponamus.

In excommunicationem hāc quoque incidit, qui falſat ſupplicationes ſignatas à S.R.E. Vicecancellario, vt habetur in verſi.

Quę excommunicatio afficit vel ſupplicatio gratiam, vel iuſtitiam contineat.

Item vel ſignata ſit ab ipſo Vicecancellario, vel ab eius Vicem gerente, vt habetur in verſ.

Poſtremò afficit in omnibus caſibus, in quibus afficiunt excōmunicationes proximæ. Excipiuntur tamen caſus prædicti in ſuperioribus regulis huius Capitis. Poſtremò, vbi ab altero horum ſignatæ non ſunt, ob rationes prędictas in ſuperiori regula: ſed iam ad alteram partem huius Capitis veniamus.

Verſ. Nec non falſo fabricātes litteras Apoſtolicas etiam in forma Breuis.

SVMMA.

1 *Litteras Apoſtolicas falſo fabricare quid ſit.*

2 *Litteras Apoſtolicas falſo fabricare quot modis contingat.*

3 *Litteras Apoſtolicas falſo fabricans in excommunicationem incidit*

cidit: qua excommunicatio declaratur, quouſque pateat.

IN hac parte excommunicantur, qui litteras apoſtolicas falſo fabricãt; quam excõmunicationẽ vt dilucidiorem habeamus, pręmittenda hęc ſunt. Primum quid ſit fabricare, deinde quid falſo litteras fabricare; poſtremo quot modis contingat litteras falſo fabricare.

Quoad primum igitur fabricare nil aliud eſt, quàm aliquid conſtruere, vel nouum conſtruatur ædificium, vel antiquum reficiatur. argu. c. conſuluit. de iudę. & l. fin. C. eod. quod quidem verbum de ædificiis proprie dicitur, quãuis ad multa alia trãſferatur, & fortaſſe dictum eſt à nomine Fabri, & à grçco nomine οἶκος, quod ſignificat domũ, quaſi ſignificet verbum hoc fabricare domos, & ædificia facere.

1 Quoad ſecundum autem† falſo litteras fabricare, quatenus ad rem noſtram pertinet, nil aliud eſt, quàm litteras conficere ſine mandato, & conſenſu Romani Pont. eiuſve, ad quem mãdatum hoc eſt, et hoc tam quò ad ſententiam ipſarum, quã quo ad ſubſignationem earundem. arg. c. quàm graui, & ca. licet, & c. ad falſariorum. de crimi. falſ.

2 Quoad tertium† duobus modis contingit litteras falſo fabricari, primo, vbi ea omnia falſa ſunt, ex quibus litteræ conficiũtur, vt pote vbi quis ipſemet litteras conficit, & ſigna, aliaque omnia, & filum etiam falſa appoſuit, habentia tamen figuram eorum, que vera ſunt, ſicut faciunt, qui pecuniam adulterinã fabricant, exempli gratia litteras huiuſmodi quis cõformauit & ſigno ſimili ei, qui eſt Romani Pont. quod cudendum ſibi curauerat, ſignauit, & de hoc litterarum genere agitur in cit. ca. quã graui, vbi ponit Romanus Pon. nonnullos modos, quibus compræhendatur, quãdo litterę falſæ ſunt, & apertius in eo. c. licet, ver. Prima ſpecies falſitatis hęc eſt, vt falſa Bulla falſis litteris apponatur. Secundò loco falſę fiunt, vbi conficiuntur litteræ contra mentem Romani Pontif. ſed tamen aliquid de veris litteris apponitur, vt filum de vera Bulla, quod multis modis cõtingit, vt dicitur in eod. ca. licet. verſic. Secũda, cum multis ſeq. eod. & hęc notanda ſunt; nam ex his habetur in quam ſententiam accipienda ea iura ſunt, ſcilicet citat. c. licet, & c. quam graui. de crim. falſ. nam in cita. c. licet,

Digitized by Google

cet, in prima parte agitur, de fabricantibus litteras falſas in ver ſic. Quinta agitur de falſantib. veras litteras Apoſtolicas, ſicut etiam in c. quam graui. de fabricantibus litteras falſas. His ſic pmiſſis, iam regulam ponamus.

In excommunicationem hãc igitur incidit, † qui litteras A-
3 poſtolicas falſo fabricat, ideſt, q fabricat litteras nomine Romani Pont. cum tamen id ei mandatum non ſit, & ſic falſum eſt apoſtolicas eſſe. Differt igitur caſus hic à ſuperiore; nam ibi excõmunicantur qui falſant, ac vitiant litteras, quæ verè apoſtolicę ſunt: hic vero eos, qui litteras ſibi tales confingunt; quæ excommunicatio locum habet in omnibus aliis caſibus, quos poſuimus in antecedentibus regulis.

Item excommunicatio hæc afficit fabricantem huiuſmodi litteras, cuiuſcunque generis litteræ ſint, & ſic vel gratiam, vel iuſtitiam contineant, vel in forma Breuis, vel in forma ordinaria eas fabricet; cum ob verba il la litteras Apoſtolicas, quæ generalia ſunt, & ob id generaliter ſunt intelligenda. argu. l. 1. §. & generaliter. ff. de leg. pręſtan. tũ ob dictionem illam etiam in forma Breuis, quæ dictio explicat caſum magis dubium, & implicat, ſeu continet caſum minus dubium.

Tertiò excommunicatio hęc afficit eum, qui non modo litteras totas falſas fabricat, verum etiam qui ex parte, vt pote addendo falſis verum ſignum, vt habetur in cit. c. licet. de crimi. falſ. quod feciſſe quendam, & grauiter punitum fuiſſe audiui, qui litteras quaſdam à ſe factas furtim ſignauit ſigno. Rom. Pontificis.

Poſtremo afficit excommunicatio hos fabricantes, eſto deinceps illis non vtantur. nam Bulla excommunicat fabricantes, & non conſiderat ipſis vtentes, ergo nec nos. argu. l. de prætio. ff. de publ. in rem act. Hi omnes ergo in excommunicationem hanc incidunt. Quam tamen effugiunt primo, qui nondum eas perfeciſſent, quæ tamen exceptio mihi non placet, quoniã Bulla excommunicat Fabricantes, at qui incipit fabricare, fabricat, ergo & in excommunicationem incidit. Hanc igitur pœnã euadent, qui litteras huiuſmodi facerent, quo formam, & modũ eorum diſcerent, vt pote eſt nouitius quidam ſcriba, qui fabricat ſibi, quo eas fabricandi notitiam conſequatur, & non id facit, quo eas falſas faciat, nec quo illis quis vtatur. ſed iam ad poſtre

poſtremam partem huius Capitis veniamus.

Verſ. Etiam falſo ſignantes ſupplicationes huiuſmodi ſub nomine Romani Pon. ſeu Vicecancellarij, aut gerentium vices prædictorũ.

SVMMA.

1 *Obſignare litteras quid ſit.*

2 *Obſignare falſo ſupplicationes duobus modis contingit.*

3 *Obſignantes falſo ſupplicationes ſub nomine Romani Pont. aut gerentis vicem eius, in excommunicationem incidunt: quæ excõmunicatio, quouſque pateat, declaratur.*

IN hac poſtrema parte huius capitis excommunicãtur, qui falſo ſignant ſupplicationes huiuſmodi gratiam, vel iuſtitiam continentes. Quod vt dilucidius cognoſcamus, pręmittendum eſt ſignare quid ſignificet.

1 Signare igitur† nil aliud eſt, quàm ſignum ſupplicationib. hiſce apponere. argu. §. ſed cum paulatim. & §. poſſunt, in Inſtit. de teſtam. ord. quod in his ſupplicationibus fit.

Secundò præmittendum eſt falſo ſignari, vbi nomine alicuius ſignatur eo ignorante, & non conſentiente, & non mandante.

2 Tertiò † ſupplicationes huiuſmodi duobus modis falſo ſignari. Primò, vbi adulterino ſigno ſignantur, quod fit, vbi fabricato falſo ſigno, perſimili vero eas quis ſignat; Secundò, qui vero ſigno eas ſignat, ſed non de conſenſu eius, ad quem hoc pertinet, vt nunc dixi. His ſic pręmiſſis, iam regulam ponamus.

In excommunicationem hãc
3 igitur incidunt,† qui ſupplicationes iuſtitiam, gratiamve cõtinentes ſub nomine Romani Pontif. aut gerentis vicem eius falſo ſignant, id eſt contra volũtatem Romani Ponti. eiuſve vicem gerentis ſignant, & ſic non de eorum licentia.

Quę excommunicatio afficit ſignantes vel adulterino ſigno, vel vero, ſed non de prædictorũ licentia, vt diximus.

Excipitur tamen, vbi qs ſupplicationes non ſignaret; nam in excommunicationem hanc non incideret, vtpote ſignaret alias litteras Apoſtolicas, quãuis in ſuperiorem incideret primo loco poſitam; nam litteræ Apoſtolicæ à litteris ſupplicationum differunt, vt dixit Nau.

in Man.cap.27.num.62. verſic. Declaratio prima. Quæ autem diximus de ſignãte ſupplicationes ſub nomine Romani Ponti. eiuſve vicem gerentis, eadẽ dicimus de ſignante nomine Vicecancellarii, eiuſve vicem gerentis ſine eorum licentia. Ex his iam patet in hoc capite tria hominum genera excõmunicari, primò qui falſant litteras veras, & Apoſtolicas, & cæt. deinde, q̃ non veras fabricant, vt in ſecundo caſu; poſtremò, q̃ prædictas ſignant nomine prędictorum, ipſis hoc non mandantibus, vt in hoc poſtremo caſu. Sed iam ad ſeptimum Caput veniamus.

De excommunicatione lata contra deferentes arma, & alia prohibita ad Saracenos, Turcas, & alios Chriſtiani nominis hoſtes. Cap. VII.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Saracenos, Turcas, & alios chriſtiani nominis hoſtes, & inimicos, vel hæreticos per noſtras, ſiue huius ſanctæ ſedis ſententias expreſſe, vel nominatim declaratos deferunt, ſeu traſmittunt æquos, arma, ferrum, filũ ferri, ſtamnum, chalibem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica inſtrumẽta, lignamina, canabẽ, funes, tã ex ipſo canabe, q̃ alia quacunque materia, & ipſam materiam, aliaq. huiuſmodi, quib. chriſtianos, & catholicos impugnant. Nec nõ illos, qui per ſe, vel alios, ſtatum chriſtianæ rei publicæ inconcernentibus chriſtianorum perniciem, & damnum, ipſos Turcas, & Chriſtianę religionis inimicos, necnon hęreticos in damnum catholicæ religionis certiores faciunt. Illiſq. ad id auxilium, vel fauorẽ, quomodolibet præſtant. Non obſtantibus, quibuſcunque priuilegijs, quibuſuis perſonis, Principibus, Rebuſpublicis per nos, & ſedem prędictam hactenus conceſſis de huiuſmodi ꝓhibitione expreſſim mentionem non facientibus.

SVM-

SVMMA.

1 Deſerētes arma, ac reliqua per Bullam prohibita in excommunicationem incidunt, quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur.

2 Transfuga, qui cum armis, alijſve prohibitis ad chriſtiani nominis hoſtes confugiunt, in excommunicationem incidunt.

3 Mittentes arma, & alia prohibita ad chriſtiani nominis hoſtes in excommunicationem incidunt.

4 Deferentes nomine alterius cuiuſmodi ſunt muliones, ac nautæ, arma & alia prohibita ad chriſtiani nominis hoſtes; in excommunicationem incidunt.

5 Vendentes, donantes, permutanteſve arma, & alia prohibita cum chriſtiani nominis hoſtib. in excommunicationem incidunt.

6 Dātes arma, & alia prohibita chriſtianis, qui ſunt apud hoſtes, an in excommunicationem incidāt.

7 Vendentes arma, & alia prohibita ijs, quos ſciunt ad hoſtes delaturos, in excommunicationem incidunt.

8 Tradentes arma hoſtibus chriſtiani nominis vbicunque ſint, in excommunicationem incidunt.

9 Tradens arma Turcis, qui ſunt apud chriſtianos, in excommunicationem incidit.

10 Deferens arma, & alia prohibita in excommunicationem incidit, eſto non hoc animo deferat, vt chriſtiani per illa oppugnentur.

11 Donans arma, & huiuſmodi prohibita chriſtiani nominis hoſtib. referendæ gratiæ cauſa in excommunicationem incidit.

12 Deferens arma, & prohibita hoſtibus chriſtiani nominis in excommunicationem incidit, eſto cum illis paciſcatur, ne in chriſtianos illis vtantur.

13 Deferentes arma ad chriſtiani nominis hoſtes in excommunicationem incidunt; eſto deinceps ab ipſis ea recuperent.

14 Deferentes arma ad chriſtiani nominis hoſtes in excommunicationem incidunt, eſto contra chriſtianos illis non vtantur. Vel

15 Tempore pacis ea deferant.

16 Et vndecunque ipſa arma habeāt. Et quid iuris ſi ab ipſis hoſtibus.

17 Deferentes arma ad chriſtiani nominis hoſtes in excommunicationem incidunt, eſto priuilegium habeant à principibus laicis ea deferendi. Et quid iuris, ſi Romanus Pont. priuilegium hoc concedat.

CAput hoc in tres partes diuiditur; quarum ſecunda incipit ibi. Nec non illos, qui per ſe, &cę. Tertia

ibi

ibi.Illiſque ad id auxilium,&cę. nunc de prima agamus, in qua excommunicantur,qui arma,& huiuſmodi alia,quibus chriſtianos oppugnant,ad chriſtiani nominis hoſtes deferunt; quæ ex- 2
cõmunicatio quatenus pateat, vt dilucidius explicetur,tria hic agemus. Primum,quinam hæc deferentes in excommunicationem incidant. Deinde chriſtiani nominis hoſtes quinam ſint. Poſtremò quorum armorũ, rerumque delatio per excõmunicationem hanc prohibita ſit. Quò ad primum igitur, regulã de more ponamus,ſic enim facilius, qui in excommunicationẽ hanc incidant, quive eam euadant,cognoſcemus. 3

In excommunicationem hãc
1 ergo incidũt omnes,†qui arma, ac reliqua hic prohibita ad chriſtiani nominis hoſtes deferunt, vt habetur in initio huius capitis:nam, ex quo excommunicat omnes prohibita deferentes, ergo nemo excluditur, ſed ob dictionem illam omnes, vniuerſi compræhenduntur.arg.l. Iulianus.ff.de leg.3.& c. ſi Romanorũ.d. 19.Quare in excommunicationem hanc incidunt,qui caput hoc Bullæ offendunt, eſto ſit Imperator, Rex,Dux, aliive Principes viri, multo magis priuati homines,item vel laici, vel clerici,vt ſenſit Nauar. in ca.ita quorundam not.8.num.8.de Iudæis; poſtremò vel ſubditi ſint Romano Pont.in temporalibus, vel non ſint ſubditi.

Item†in excommunicationẽ hanc incidunt transfugere,q cũ armis, & rebus huiuſmodi prohibitis ad huiuſmodi hoſtes aufugiunt,vt dixit Nauar. in cit.c. ita quorundam not.8.nume.33. de Iudæ. id quod dubitationem non habet;nam, ſi in excommunicationem hanc incidunt, qui ad hoſce talia tantum deferunt, quanto magis in eandem pœnã incident, qui cum armis ſe ipſos deduntẽargum.auth.multo magis.C.de ſacroſan.Eccl.

Tertiò† in excommunicationem hanc incidunt etiam ii,qui per alios hæc deferenda curãt; nam in Bulla non ſolum excommunicantur,qui per ſe deferũt, verum etiam & qui traſmittunt ob verbum illud Seu tranſmittunt, quod per alios ſignificat mittere,vt per ſe patet.Pręterea id probatur etiam ratione; nam per Bullam excommunicantur qui deferunt, ſeu tranſmittunt, & per verbum,Deferunt ſignificantur ii,qui per ſe portant; ergo per verbum illud Tranſmittunt ſignificantur ii, qui per alios id faciunt, alioquin verbũ illud nihil operaretur,contra c.

ſi

ſi Papa de priuilegi.lib.6. & le. quoties.ff.de reb.dubi. & facit in ſimili.c.ſignificauit.§.illi quoque,& ibi Abba.nu.2. & Felin. num.4.de iudæ.& Nauar. in eo. c.ita quorundam.not.8.num.9. verſic.Dixi in deferendo;nõ eſt igitur,. quòd de hac re dubitemus.Quare vel per famulos,vel per homines mercede conductos,vt pote per nautas, ꝑ mulionesve hæc deferenda curent, excommunicatione hac hi obligabuntur;atque ſic dixit Rebuf. in Prax. benefic. in expoſitione Bullæ cœnæ Domini artic.5.in verb.Deferunt.

4 Quartò† in excommunicationem hanc incidunt non ſolum, qui ſuo nomine hæc deferunt, verumetiam & qui alieno nomine,nam hi deferunt;at Bulla deferentes excommunicat, ergo & hi in excommunicationẽ incidunt.arg.l.4.§.toties.ff.de dã. infect. tum quòd verbum, Deferre,ſignificat factum,& nõ ius ergo nihil intereſt,an ſuo,vel alieno nomine quis talia deferat; tum quod & in his ratio Bullæ viget,ob id enim ad eos hæc deferri prohibentur, ne illis christianos oppugnent;at cuiuſcunque nomine deferantur, id fieri poteſt, ergo & hoc à Bulla prohibetur, & ob id contrariũ facientes excommunicantur; vbi enim diſpoſitionis ratio viget, & diſpoſitio vigere debet. arg. ca.cum dilecta.de confirm.vtil. vel inutil.& l.illud ff.ad le.Aql. Quare Muliones, qui ſuas operas ad hæc deferenda locant, item & nautę, qui ſuis nauibus hæc transfretanda accipiunt,in excommunicationem hanc & ipſi incident. Id quod locum habet vel gratis ea deferenda ſumant,ob eaſdem rationes, atq. ſic aſſeruit Rebuff. ibid.

5 Quintò† in excommunicationem hanc incidũt, quocunque titulo prohibita ipſis hoſtibus tradant;nam verba illa Deferũt, vel Tranſmittunt, nudum factũ ſignificant,nec diſtinguunt contractum vnum ab alio, ergo nec nos diſtinguere debemus. argu. l.de prætio.ff.de publi.in rẽ act. ſiue igitur prohibita hæc illis vendant,ſiue donent ſiue cum rebus aliis ea permutent, in excommunicationem hanc incident,vt dixit Nauar.in c.ita quorundam.no.8.num.18. de iudę. & de permutãte cum dictis hoſtibus pro aliis armis, ita dixit Martin.Alfonſ.de Viuald.in Cãdelabro.par.2. in explanatione Bullæ Cœnę Domini.caſ. 1.nu. 60.Idem,ſi de his rebus ipſos hoſtes accomodent, ob eandem rationem,atque ſic ſenſit Rebuff. ibid.

Sextò

Sextò in excommunicationē hanc incidunt, vel mediate, vel immediatè ipſis hoſtibus ea tribuant. Immediate, vbi ipſis hoſtibus ea tribuunt, vt hoc expreſ
6 ſum habetur in Bulla.† Mediatè, vbi quis ad chriſtianos, qui in terris infidelium huiuſmodi aut negotiantur, aut morantur, ea deferunt, eſto de licentia ſuorū Principum id faciant; nam ſic dixit Nauar. in c. ita quorundam. not. 4. numer. 12. verſic. Quartò infertur. de iudę. Idque merito, tum quòd ſatis videntur hi ad hoſtes hæc deferre, ex quo deferunt ad eorum ſubiectos, è quorum manibus, cum volunt, auferre ipſis illa queunt; tum quòd ſatis hoſtib. tradunt, ex quo chriſtianis mercatoribus mox ea ipſis hoſtibus vendituris tradunt. argu. l. qui ſic ſoluit. ff. de ſolut. Excipio tamen vbi ad chriſtianos in terris hoſtium morantes ea deferūt, qui ea abſcondita habere volunt, quo ipſis oblata occaſione in hoſtium pernitiem vtantur, atque ſic dixit Nauarr. ibid. etenim & ratio, & verba Bullæ ceſſant, ergo & diſpoſitio ceſſare debet. argu. c. cū ceſſante. de appell. & le. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patron.† At
7 quid de iis, qui vendunt hæc illis, quos certo ſciunt ad hoſtes huiuſmodi ea eſſe miſſuros, an in excommunicationem hāc incident? (ipſos enim peccare dubium non eſt) Ego ſentio & hos in excommunicationem incidere; tum quòd per alios ea tranſmittere videntur, quos in excōmunicationem incidere concluſimus; tū quòd eorum opera deferuntur: ſic enim & qui ad furādum, aut ſcalas ad ſubponendū feneſtris, aut ferramenta ad eas efringendas, quo quis furetur, ſciens accomodat, furti tenetur vt habetur in §. interdum; verſi. Ope. in Inſtit. de obliga. quæ ex delicto, & in excommunicationē incidit, qui in territorio Eccleſiæ exiſtens, vnde frumentū extrahi prohibitum eſt, exteris illud vendit, quos ſcit illinc deportaturos eſſe, vt in Bulla Gregorii infra videbimus. Addo ſi non hac ratione, quod ipſi prohibita hęc tranſmittant, in excōmunicationem hanc incidūt, ſaltem alia ratione pœnam hāc nō euadunt, quoniam illis fauent, quod eadem pœna per hoc caput prohibitum eſt. Quare & q accomodant illis naues, æquos, mulos, currus, boues, ſeruoſve ad hæc deferenda (modò ſcientes id faciant) in excommunicationem hanc incident, quod & ſenſit Nauarr. in cita. ca. ita quorundam. not. 8. num. 24. verſ. Vndecimo. de iudæ.

Sep timò

8 Septimò † in excõmunicatio-
nem hanc incidunt, qui hæc de-
ferunt, traduntque huiuſmodi
hoſtibus, vbicunque hoſtes illi
ſint; nam Bulla ipſa non diſtin-
guit, ergo nec nos diſtinguere
debem⁹, & eius ratio generalis
eſt, & ob id, vbicunque tradan-
tur, locum habet. argu. l. de præ
tio. ff. de publ. in rem act. & l. pe.
§. pen. ff. de iur. & fact. igno. Qui
ergo, exempli gratia, Conſtanti-
nopolim, & ad alia loca ipſorũ
hoſtium prohibita hęc deferũt, 9
in excommunicationem hãc in-
cidunt. Qui itidem tradũt ea ho
ſtibus huiuſmodi venientib. ad
loca chriſtianorum, pęnam hãc
non euadũt; nam ſic dixit Mar.
Socin. Sen. in cap. ita quorun-
dam. num. 14. verſi. Ex prędictis
ergo infero; etſi enim in pœnis
ſumus, vbi tamen animarum fa-
uor, Eccleſiæve agitur, & ratio
eadem eſt, diſpoſitio dilatatur,
vt inquiunt Gloſſ. & Barto. com
muniter recep. in auth., ſacramẽ
ta puberum. C. ſi aduerſ. vend. &
Mar. Socin. Sen. in eod. c. ita quo
rundam. num. 14. cum ſequ. Qui
demum & hiſce hoſtib. hæc tra-
dunt, qui non modò ad chriſtia-
norum ciuitates venerunt, verũ
etiam in ipſis pacificè, & de ſu-
periorum licentia vitam ibi de-
gunt, excommunicationem non
euadunt, modo ꝓbabiliter cre-
dant ipſos hoſtes ob id ea acci-
pere, quò aut ad terras hoſtium
deferant, aut quò in chriſtiano-
rum perniciem oblata occaſio-
ne vtantur; nam & hic Bullę ver
ba locum habent; quoniam pro-
hibita hæc ad hoſtes chriſtiani
nominis deferuntur, & etiã ra-
tio eiuſdem, quoniam ipſis chri
ſtianos oppugnare poſſunt, atq.
ſic ſenſit Nauar. in eod. c. ita quo
rundam. num. 14. verſic. Octauò
infertur, ibi, Excipio tamẽ eos.
9 † Quare Turcis, qui apud chri-
ſtianos morantur, tradens hæc,
in excommunicationem hãc in-
cidet; tum quod pro certo habẽ
dum eſt inde abeuntes ea ſecum
laturos: tum quòd & contra chri
ſtianos oblata occaſione ipſis
vtentur. Niſi ergo rei paruitas
hunc excuſet, mea ſententia pœ
nam hanc non euadet.

10 Octauò † in excommunicatio
nem hanc incidunt prohibita
hæc huiuſmodi hoſtibus defe-
rendo, eſto ob aliam cauſam ea
ipſis tribuant, & non quo illis
chriſtianos oppugnent; nã Bul-
la ſimpliciter loquitur, & nõ di
ſtinguit, & ob id nec nos diſtin-
guere debemus. Poſtremò ratio
prohibitionis ea eſt ne ipſis chri
ſtianos oppugnent, vt habetur
in Bulla, & hoc contingere po-
teſt ob quãcunque cauſam hęc
deferantur. Quare qui negotiã-

di

di gratia,& ſic ob lucrum,ob aliamve cauſam hæc deferunt,in excommunicationem hanc incident;vt dixit Nauar.in Man.ca. 27.num.63.verſic.Sexta.ibi Per illa verba. Quibus christiani, & Tabien.in verb.Excommunicatio.6.num.2.verſicu.Primò,ibi Et iſti prohibentur ſiue ex intẽtione,& facit cit.ca. ita quorundam.de iudæ.vbi ob quorundã cupiditatem,qui ad hoſtes prohibita hęc deferebant, excommunicatio lata ĩ ipſos eſt,quod & ſenſit Gloſ.in verb.ferrum,& Ioann.Andr.quos refert,ac ſequtur Abba.ibi.nu.2.& communiter receptũ hoc eſſe teſtatur Mari.So:in.Sen.ibid.nu. 12. verſic. Sentit igitur hęc Glo.& Nauar. in Gloſſ.2.in fine, eſto in conſi. 6.de iud.intentionem inſpiciẽdam iudicauit,ſed mihi non placet.

11 † Quare,& qui gratiæ referendæ cauſa prohibita hæc illis tribuunt,in excommunicationẽ hanc incident; exempli gratia, legati miſſi à Principibus chriſtianis ad Turcas, aut Medici, chirurgive,qui arma ad ſe tuendum,exornandumve ſecum tulerunt,in excommunicationem hãc incidẽt,ſi ab ipſis turcis aut munere aliquo affecti referendæ gratię cauſa,aut rogati, arma ſua ipſis tradiderint, niſi ꝓbabilis cauſa eos excuſet, vt dixit Nauarr.in eod.c.ita quorundam.not.8.num.21.& num.30. Probabilis cauſa autẽ erit,ſi res parua ſit,vt exẽpli gratia, ſi pugio,vel enſis tantum. Idem etiã ſi chriſtiani permutarent arma cum turcis,modo turcarum arma meliora ſint chriſtianorum; nam tunc non eſſet hoc arma hoſtibus dare,ſed adimere, vt dixit Nauar.ibid.nu.23.

12 Nonò † in excommunicationem hanc incidunt prohibita hæc ad hoſtes deferendo, quãuis paciſcantur cum ipſis, ne in chriſtianos eis vtantur, tum qđ oblata occaſione, pacto non ſtabũt,omnes enim ſibi melius malunt eſſe,quam alteri. arg.l.præces.C.de ſeruit.& aqu. tum qđ ſi ſubditus ſit is, quo cum quis paciſcitur,ad arbitrium ſuperioris ſui tamen pacto non obſtante illis vti eum oportebit.argu. c.quemadmodum, iunct. Gloſſ. de iureiur.

13 Decimò† in excommunicationem hanc incidunt,qui hæc ad hoſtes deferunt,eſto deinceps ab ipſis hoſtibus vel prętio, vel dono,vel vi ea recuperent; nã,ſtatim atque hoſtibus tradita ſunt,tradẽs in excommunicationẽ incidit, ex quo Bulla hęc agentes ipſo iure excommunicat.arg.c.paſtoralis.§.fin. de appel.Quæ excommunicatio nulla

la re alia tollitur, quam abſolutione. arg. cap. cum deſideres, de ſent. excom. atque ſic dixit Nauar. in cit. c. ita quorundam. no. 8. nu. 29. & Syl. in verb. Excommunicatio. 7. verſicu. Nonò. nu me. 64. & verſic. Sextò, & Martinus Alfonſ. de Viuald. in Candelabro. p. 2. in explanatione Bullæ Cœnæ Domini. caſ. 7. nu. 64.

14 Vndecimò † in excommunicationem hanc incidunt ad hoſtes prohibita deferentes, eſto deinceps contra chriſtianos illis non vtantur; vt inquit Naua. in eod. cap. ita quorundam. not. 10, num. 42. verſic. Decimooctauò, & in Glo. 3. & in multis aliis locis ibidem. Et hoc ob eãdem rationem, quam proximè reddidimus, quoniam ſtatim excommunicatione quis obligatur, vt prohibita ad hoſtes detulit. Poſtremo quoniam ſat eſt contra chriſtianos ipſos illis vti poſſe, atque ſic dixit Rebuff. in expoſitione Bullæ. art. 5. in verſi. Impugnant in ſua Praxi; illud enim Impugnant, explicãs inquit ſeu impugnare poſſunt; & idem iudicari de potentia, ſicut de actu ait. Quare vel ipſis chriſtiani nominis hoſtes occidantur (modo hoc animo data non ſint) vel ipſimet hoſtes, quibus hæc tradita ſunt, chriſtiani deinceps fiãt, nõ idcirco tamen fiet, quominus p hibita hæc tradens in excommunicationem inciderit; ſicut eandem pœnam non euitant, q ad hoſtes eoſdem armis non egentes ea deferunt, vt dixit Nauar. in cita quorundam. no. 10. num. 4. de iudæ. quem ſequitur Viuald. ibidem. nu. 65.

15 Duodecimò † in excommunicationem incidunt, non ſolum, qui belli tẽpore prohibita hæc ad hoſtes deferunt, verumetiã & qui tempore pacis; tum quòd contra Bullę prohibitionem deferunt; tum quòd contra eius rationem faciunt; nam illis cõtra chriſtianos aliàs vti poſſunt, eſto tunc non vtantur ex quo igitur & ratio, & verba Bullę hiſce conuenit, & diſpoſitio conueniet. arg. l. 4. § toties. ff. de dam. infect. & l. regula. §. penul. ff. de iur. & fact. ignor. atque ſic dixit Ioan. Tabien. in verb. Excõmunicatio. 6. nu. 2. verſic. Primò, ibi Et tam tempore pacis. Quod & multo magis dicendum eſt, ſi induciarum tempore hæc tradantur; arg. ca. ſignificauit, in fine. & ibi Gl. & DD. de iud. & ita Tole. in Bulla Cœnę Domini. Excõ. 5. num. 11. & ad ſummam quocunque tempore hæc deferantur, deferentes in excommunicationem hanc incidunt.

16 Decimotertiò † in excommunicationem hanc incidunt prohibita

hibita deferentes, vndecunque ea habeant; viget enim ſemper ratio Bullę, quoniam illis chriſtiani oppugnari poſſunt, ergo & diſpoſitio vigere debet. argu. l. illud. ff. ad leg. aquil. & l. à Titio. ff. de furt. Siue igitur è terris, & locis Romanæ Eccleſiæ illa quis habuerit, ſiue è Ciuitatibus aliorum Principum chriſtianorum, ſiue è ſuis locis, vt pote quia Princeps, Duxque eſt alicuius loci vnde hæc habentur, ſemper in excommunicationē hāc incidet. Immò & qui ab ipſis hoſtibus hæc comparauerit, & ad alios hoſtes chriſtiani nominis ea detulerit, in pœnam hanc incidet, vt dixit Nauar. in eod. ca. ita quorundam. num. 13. verſic. Decimoquartò. Quare q̃ æquorum pullos a Turcis emunt, & grandiores effectos eiſdē vendūt. Item qui equos macros, ad bellumque ineptos ab eiſdē habent, eoſdemque pingues, & ad bellum aptos redditos reſtituūt in excommunicationem hāc incidunt, vt dixit Nauarr. ibid. Qđ locum tamē habere cenſeo, vbi hęc ab hoſtibus habita in chriſtianorum poteſtatem venerūt, vt pote in eorū ciuitates & territoria; alioquin ſi adhuc in hoſtium locis ſint, & inde ad alia hoſtium loca transferant, vel etiam ibidem vendant, in excommunicationem hos non incidere ſentio. quandoquidem hæc chriſtianorum omnino nunquā fuerunt; nā & ſic declaraſſe Gregorium Nonū, vt ſcilicet in excommunicationem nō incidāt, qui de vna ciuitate infidelium ad aliam hæc deferunt, inquiūt DD. quidam, & Nauar. in citat. cap. ita quorundam. no. 8. num. 27. & in hoc caſu locum habere poteſt id quod dixit Tabien. in verb. Excommunicatio. 6. num. 8. verſic. Septimò. Excipio tamē vbi ex vno loco hoſtium in aliū eorundem locum deferrent, vbi contra chriſtianos bellum gereretur; exempli gratia Conſtantinopolis oppugnatur à Chriſtianis, & quidam chriſtiani, qui apud hoſtes ſunt, ex aliis locis hoſtium eo arma deferunt, hi planè in excommunicationem incidunt; &, ſi non ob hanc rationē, quòd arma hoſtibus dederūt, ſaltem ob illā, quòd hoc modo eis fauent; id quod etiam excōmunicationis pœna propoſitā prohibitum eſt in fine huius Capitis, atque ſic ſenſit Tabien. eod. ibi. Niſi fieret in diſpendiū chriſtianorum, & apertius Naua. in cit. ca. ita quorundam. not. 8. numer. 27.

17 Decimoquartò † in excōmunicationem hanc incidunt, etiā ſi priuilegium habeant deferen

di

di ea ad hoſtes chriſtiani nominis à principibus laicis; nam eſto Imperator, Rex, Dux, Reſpublica ve aliqua facultatem hanc ſuis ſubditis concedant; tamen qui hac licentia, & conceſſione vtentur, excommunicationem hanc non euadent: & hoc ob eã rationem, quoniam cauſa hæc ad Eccleſiam pertinet, vt probauimus; atque idcirco Principes laici de ipſa re decernere cõtra Eccleſiam nihil queunt. argu. c. fin. de conſtit. lib. 6. & l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. atque ſic concluſit Nauar. in cit. c. ita quorundã. not. 1. nu. 15. verſicu. Tertiò, ibi Alioſve Monarchas. Poſſunt tamen à ſuis pœnis, quas ſuis legibus contra tales inferũt, ſuis priuilegiis eos liberare. arg. l. Princeps. C. de leg. & ca. propoſuit. de conceſſ. præben.

Poſtremò in excommunicationem hanc incidunt, eſto à Romano Ponti. priuilegium ad id ſimpliciter habeant, quò poſſint ꝓhibita hæc ad hoſtes chriſtiani nominis deferre. Immò vel ab hoc Pontifice priuilegiũ habeant, qui Bullam hanc confecit, ob clauſulam poſitam in fine huius Cap. Non obſtantibus. Dixi autem ſimpliciter, id eſt nõ facta expreſſa derogatione huius Bullæ videlicet. Non obſtante prohibitione facta in Bulla Cœnę Domini de non portandis & cęt. atque ſic id habetur in fine huius Capitis ibi. Non obſtantibus.

An igitur Romanus Pont. ꝑmittere poteſt, vt quis hic vetita ad chriſtiani nominis hoſtes deferat? Videbatur dicendũ id non poſſe. Et hoc ob eam rationem, quoniam contra ius diuinum naturale, & contra pręceptum decalogi diſpenſare non poteſt, vt dixit Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum. num. 30. verſi. Cæterũ limitatur, ibi. Sed crediderim, & in verſi. Et pro prædictis adduci poſſunt, quę late habentur in Summa de conſtit. at permittendo hæc contra ius naturale diuinum facit; quo pro patria parentibus, & religione pugnare cauetur, & per conſequens ꝓhibetur contra eoſdem pugnari. arg. l. veluti. iunct. Gloſſ. communiter recept. ff. de iuſti & iu. quod fieret concedendo hęc ad hoſtes deferri; ſaltem indirecte, armando ſuos hoſtes contra Eccleſiam. Contra decalogum etiã in duobus facit. Primò contra primum præceptum; nam armat hoſtes contra principatum chriſtianorum, & ſic contra Deum; item contra præceptum De nõ occidendo venit; adiuuat enim chriſtiani nominis hoſtes, qui iniuſtè contra nos bellum gerunt,

& ob id iniuſte occidere voluit, quę prohibita ſunt per decalogum, cuius leges iuris naturalis,& diuini ſunt,vt dixit S. Th. p.2.q.100.art.1.in reſpon.verſ. quædam enim ſunt, quæ ſtatim; ergo Romanus Ponti.non videtur priuilegium hoc concedere poſſe, Contraria tamen ſententia, vt cōcedere priuilegiũ hoc Ponti.Max.queat, verior videť, quoniam id ſignificatur in Bulla in hoc Cap.in verſic.Non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis,ex quo patet & alias priuilegia huiuſmodi conceſſa eſſe, & in futurum concedi poſſe, modo expreſſe Bullæ huic per illa derogetur.Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendũ cenſeo.Aut quærimus an Romanus Ponti.concedere facultatē, ac priuilegium alicui poſſit, ne in excommunicationem hāc incidat,ſi hęc ad chriſtiani nominis hoſtes deferat: & in hoc caſu id ipſum poſſe ſine dubitatione cenſeo;nam Romanus Pont. poſitiuo iuri præeſt.arg.ca.propoſuit.de conceſſ.præben.& anteceſſoris legem etiam tollere poteſt,ſicut & ſuam.arg.c. innotuit.de elect.& l.qui condemnare.ff.de re iud.& eorum,quæ dixit Gloſſ.Magiſtr.in c.cùm inferior,de maior.& obed. & c.inferior.d.21.etenim par virtus ligandi,atque ſoluendi eſt,c.verbum.de pœni.d.1.at excommunicatio hęc & ab homine, & à iure lata eſt;ab homine per hāc Bullam,à iure per cit.c. ita quorundam,ergo ab ea Roma.Pon. quem liberare poteſt, ſicut alii Principes à ſuis pœnis, quas in eos ferunt,qui hæc ad hoſtes huiuſmodi important,atque ſic aſſeruit Nauar.in cit.c.ita quorundam.not.1.num.13.verſicu. Tertiò.de iudæ. Aut quęrimus, an Romanus Pont. poſſit à culpa eximere, vt ſcilicet hic non peccet,qui hęc ad chriſtiani nominis hoſtes deferť,& in hoc caſu ſic diſtinguēdum cenſeo. Aut id ſine iuſta cauſa facit,& in hoc caſu id non poſſe cenſeo ob rationes,quas in priori opinione, retulim⁹. Aut cum legitima cā, & tunc id poſſe cenſeo; nam in hoc caſu potius interpretari, ac declarare ius diuinum dicitur, quod poteſt,quam illud tollere, vt DD.communiter concludũt in ca.quę in Eccleſiarum, & ibi Felin.num.25.verſicu.Secunda concluſio.de conſtit. etenim & ob hanc rem diſpenſare poteſt in pręceptis decalogi, vt dixit S.Thom.p.2.q.100.arti.8.in reſpon.& pertinent huc, quæ ibi ait Caietan.in verb. Ad primā. viden.vbi ait exiſtente legitima cauſa,tunc non eſſe diſpenſare

contra

Digitized by Google

contra decalogum,ſed declarare,& interpretari. Accedit qđ mens legiſlatoris ea fuiſſe videtur, vt exiſtente cauſa id poſſit, ergo perinde habendum, ac ſi id expreſſe cauiſſet,vt dixit Glo. communiter recept.in l.tale pactum.§.fin.ff.de pact. Quare ſi aut ob redemptionem captiuorum,& preſertim alicuius principis uiri id pmitteret;aut cauſa grauioris famis;cuiuſmodi ſuperioribus annis fuit, quo frumentum ab ipſis hoſtibus haberetur,aut ob aliam vtilitatē publicam alicuius loci id permitteret, in his omnibus caſibus licita cauſa eſſet,& priuilegium ab ipſo tunc habens etiam in conſcientiæ foro tutus eſſet. Quare quòd Veneti; aut Ianuenſes ſe ſuſtentant negotiando in terris infidelium,licite priuilegiū hoc ipſis ſicut & aliàs cōceſſum eſt, à Romano Pon.concedi poteſt. Hoc tamē intelligo,modo in detrimentum Reipublicæ chriſtianæ id non redundaret;nō enim mea ſententia liceret turcis chriſtianos oppugnantibus priuilegium concedere, vt tunc qs arma, et huiuſmodi alia ad ipſos deferret;ita igit̄ ego ſentio, ſaluo ſemper S.R.E.iudicio. Hi ergo in excommunicationē hanc incidunt;iam eos, qui pœnam hanc euadunt, enumeremus: id quod in ſeq.præſtabimus.

S V M M A.

1 *Deferentes arma, & alia prohibita in excommunicationem non incidunt in his caſibus, ſcilicet, Qui de licentia Romani Pont.id facit.*

2 *Qui neceſſitate compulſus,vt pote vi uentorum,& maris tempeſtate cum armis eo defertur.*

3 *Qui ab eiſdem hoſtibus captus eſt.*

4 *Qui fame compulſus hæc tradit.*

5 *Qui ad fauorem chriſtianorum infidelibus ea tradit.*

6 *Qui iniuria oppugnatus ad ſuam defenſionem infideles vocat cum aliunde id non poſſit,& arma,et huiuſmodi illis tradit.*

7 *Qui illis infidelibus tradit,qui hoſtes chriſtiani nominis non ſunt.*

8 *Qui prohibitionem hanc probabiliter ignorans chriſtiani nominis hoſtibus tradit.*

9 *Qui chriſtianis arma tradunt, qui in terris huiuſmodi chriſtianorū hoſtiū ſunt, quo ipſis oblata occaſione contra hoſtes vtantur.*

10 *Qui parua deferunt.*

11 *Qui pro redemptione captiuorū deferunt.*

12 *Incipiētes deferre arma ad hoſtes in excommunicationem incidūt, etiam ſi deinceps deſiſtant.*

I.

§. Qui in excommunicationẽ hanc inciderint vidimus; iam qui pœnam hanc euadant,
1 videamus.† Primũ igitur in excommunicationem hanc nõ incidit Romanus Pont. qui hęc ꝓhibita ad hoſtes chriſtiani nominis deferenda curaret; tum ꝙ ſuis legibus quis non obligatur. argu. l. digna vox. C. de leg. & c. propoſuit. de conceſ. præben. tũ quòd neque id poteſt, nõ enim ſe ipſum excommunicare quis valet, vt probauimus id plurib. in Tractatu noſtro de Cenſuris Tab. 1. cap. 2. §. 8. Non itidem q ab ipſo facultatem hanc habet, vt proximè concluſimus.

2 Secundò † in excommunicationem hanc non incidunt, qui neceſſitate compulſi prohibita hæc ad huiuſmodi hoſtes detulerunt, vt pote vel quia nauẽ hiſce rebus onuſtam habentes, & ad chriſtianos ea deferentes vi uentorum, & maris tempeſtate, ad Turcas, ad alioſve chriſtiani nominis hoſtes delati ſunt; hi. n. nec in excommunicationem incidunt, nec peccant; tum qđ his nec deferunt, nec tranſmittunt hęc volentes, quod requirit Bulla, ſed inuiti eo fluctibus maris vel ventis impelluntur, quo caſu quis excuſatur. argu. c. ſacris, de iis, quæ vi metuſve cauſ. fiũt. Idq; merito; lex enim de re poſſibili eſſe debet, vt dicitur in c. erit autem lex. d. 4. at ſi vellet obligare, vt ne tunc eo appelerentur, eſſet obligare ad impoſſibile, quod legi non ſubiicitur. argu. c. 2. de reg. iur. Non igitur in excommunicationem hanc prędicti incident, atque ſic aſſerit Felin. in c. ſignificauit. nu. 7. verſi. Vltimò limita. de iudæ. & Rebuff. in Prax. benefi. in expoſitione Bullæ cœnæ Domini. ar. 5. in verb. Deferunt, ibi. Item etiam non procedit, & Nau. id ſenſit in c. ita quorundam. not. 10. num. 27. eod. Facit quoque pro hac opinione l. Cæſar. ff. de publi. ꝑ quam legem ratione hac mercibus delatis ad aliquem locũ, nec ad portorium, gabellamve ſoluendam pro ipſis, quem tũc obligari dixit Bart. in l. 1. C. de naufrag. li. 10. Itemq; qui à Principe coactus ea deferret; non igitur hac de re dubitandum eſt. Excipio tamen vbi illinc libere diſcedere cum rebus poſſent, tunc. n. ſi chriſtiani nominis hoſtibus alienent, in excommunicationẽ hanc incident, vt ſenſit Feli. ibidẽ, quod & dubitatione caret, habent enim in hoc caſu locum & Bullæ verba, quoniam ad hoſtes arma deferunt, habet locum & eius ratio, quoniam illis chriſtiani oppugnari poſſunt, vt per

ſe

ſe patet,ergo & eiuſdem diſpoſitio locum habere debet.arg.l.illud.ff.ad leg.aquil.& l.pen.§.penu.ff.de iur.& fac.ignor.At qd ſi potuiſſent in mare prohibita illa ꝓiicere,an id debuiſſent,ex quo pro certo videbant ad loca hoſtium perueniendum ipſis eſſe?id cogita habito reſpectu vnde maius damnum.

3 Item in excommunicationem hanc ob eaſdem rationes non incidũt, qui ab ipſis hoſtibus cum eiſdem rebus in terra,marive capiuntur,quamobrem res huiuſmodi ad manus hoſtium perueniunt. Quare qui hoſtibus ſe cũ armis dedunt quando vident ſe nulla ratione eorum manus effugere poſſe, hi pœnã hanc euadent,vt ſenſit Nauar.in cit.c. ita quorundam.not.8. nu. 34.Sicut etiam, qui hoſtibus arcẽ armis munitam tradunt,quando aliter eam tueri non valent.Quod locum tamen in iis non habet,qui ſine ꝓbabili aut mortis,aut cruciatus,aut captiuitatis metu,ſed ſponte ſe cum armis dedunt,vel prætio ducti id agunt, quod his temporibus à cuſtode arcis Clauarini in Vngaria factum audiuimus;nam,vt dicitur,prætio accepto à Turcis eam arcem ipſis prodidit;in excommunicationẽ hanc igitur ille incidit,atque ſic ſenſit Nauar.in eod.c.ita quorũdam.not.8.nũm.33.verſi.Vigeſimo infertur.

4 Non itidem in excommunicationem incidũt,qui fame cõpulſi hæc hoſtibus tradunt,vbi aliũde,vnde ſe ſuſtentent, habere nequeunt,nam tunc quod neceſſitas legi non ſubiicitur,vt habetur in c.1.de regu.iur.& in c.ſi diſcipuli, de conſecra.d.5. & vt ſenſit Viu.in ſua Syl.opini. 766. num.4.verſic. Et hinc eſt, quod neceſſitas; ob eam rem pœnam hanc effugient,vt id quoque aſſeruit Nauar.in cit.c.ita quorũdam.not.8.nu.26.& Rebuff.ibidem.

At quid ſi armorum traditione in huiuſmodi neceſſitate facta damnum graue in chriſtianos venturum ſit, an arma tradenda ſunt?anve fame pereundum?Ego ſentio in excommunicationem quem tunc non incidere;quandoquidem veriſimile non eſt Eccleſiam, quę pietatis mater eſt, in excommunicationem hunc incidere voluiſſe. argu.c.ſi vero.de ſent. excom.etenim excuſatur, ſi legem naturæ de ſe conſeruando humanæ legi de rebus hiſce non deferendis prætulit.Verum an ſaltẽ hic peccat?Planè,vbi ex huiuſmodi rerum traditione detrimentum graue in Eccleſiã redundaret, hunc peccare ſentio,nam in hoc

caſu

caſu pro Dei Eccleſia poti' glorioſam mortem oppetere deberet, quàm cum graui eiuſdē detrimento turpiter viuere, quod Eleazarum illum venerandum hæbreorum ſenem pro patriis legibus feciſſe memorię proditum eſt libr. 2. Machabeor. ca. 6. quod & tetigiſſe videtur Naua. ibidem. nu. 26. Non demum in excommunicationem incidunt, qui viatum errore ducti, ad hoſtes hæc etiam detulerunt; quandoquidem neque hi volentes id faciunt; non enim in errore con ſenſus eſt, aut voluntas, vt habetur in l. cum teſtamentum, & in l. ſeq. C. de iur. & fact. igno. atq. idcirco nec mortifere peccant, & ob id nec in excommunicationem incidunt, arg. c. nemo Epiſcoporum, & c. nullus. 11. q. 3.

5 Tertiò † in excommunicationem hanc non incidunt, qui ad fauorem christianorum hęc infidelibus tradunt; nam tunc prohibitionis ratio ceſſat, & ob id & prohibitio. arg. c. cum ceſſante. de appell. & l. adigere. §. quãuis. ff. de iur. patron. Quare qui arma, & huiuſmodi prohibita per Bullam tradunt infidelibus, qui pugnant contra alios fideles pro chriſtianis, & ſic adiuuant, defenduntque chriſtianos, quod in Indiis ſæpius hoc contingere legi, in excommunicationem hanc non incidunt, vt ſenſit Nauar. in citat. c. ita quorundam. not. 4. nume. 15. etenim & Iudæi cum Romanis fœdus inierunt, & mutuam operam ſibi permiſerunt, vt habetur libr. 1. Machab. ca. 8. 6 † Non itidem in excommunicationem incidit Chriſtianus Princeps, qui iniuria oppugnatus ad ſuam defenſionem (cum à chriſtianis habere non poſſit, vnde ſe defendat) infideles ad ſuam defenſionem vocauit, & arma, ac reliqua ad bellum neceſſaria illis tradidit; tum quod defenſio quocunque iure permiſſa eſt, arg. l. vt vim. ff. de iuſtit. & iur. et ca. dilecto. de ſentent. excomm. libr. 6. et ob id ea permiſſa ſunt, quæ ad defenſionem pertinent; cõceſſo enim aliquo, omnia conceſſa intelliguntur, ſine quibus conceſſum haberi non poteſt, arg. c. præterea. de off. dele. et ibi no. Iaſ. et DD. ff. de iuriſd. omn. iud. et l. ad rem mobilem, et l. ad legatum. ff. de procur. ergo et infideles vocari, et arma eiſdē tradi queunt; tum quod in primis ad defenſionem Chriſtianorum vocantur, quamuis deinceps et chriſtianos oppugnent ſecũdo loco: quod tamē nihil intereſt, quod enim in primis agitur, hoc potiſſimum conſideratur. argu. c. cum voluntate. de ſentē.

excom.

excom.et l.ſi quis nec cauſam.ff. ſi cert.pet.atque ſic dixit quoq. Nauar.in cit.c. ita quorundam. not.4.num.15.verſ.Nonò infertur,& num.25.& nu.27. Modo tamen finito bello, caueat, ne apud hoſtes huiuſmodi arma remaneant, quibus deinceps chriſtianos oppugnent; alioquin ſi cum poſſet ea ipſis auferre, non auferret, in excommunicationē hanc incideret; ceſſat enim tūc ratio permiſionis, atque idcirco ceſſare permiſſio debet.argu. cap.cum ceſſante.de appel.atq. ſic dixit Nauar.in cit.locis.Non itidem in excommunicationem hanc incidunt chriſtiani Principes, qui ſub ſuo imperio chriſtiani nominis hoſtes habent, ſi eo bellica inſtrumēta deferāt, quo ciuitatem tueantur, ac muniāt; nam & hic prohibitionis rō ceſſat.Curare tamen debent, ne cō tra chriſtianos iis vtantur, vt ꝓximè diximus.

7 Quartò in excommunicationem hanc non incidunt, qui ad eos infideles hæc deferunt; qui hoſtes chriſtiani nominis non ſunt, neque occupant, occupare ve curant res chriſtianorum, neque contra chriſtianos religionis odio pugnant, ſed ob aliam cauſam; in quorum numero Indianos quoſdam audio eſſe, qui contra chriſtianos non religionis odio pugnant, ſed quia iniuſte à chriſtianis ſua occupare aiunt. Ad hos ergo, qui hæc deferunt, in excommunicationem non incident, eſto bellum cōtra chriſtianos habeāt, modò bellū iuſtum ſit, vt pote quia iniuſte chriſtiani eorum bona occupare nituntur; etenim mens Bullæ eſt diminuere potētiam hoſtiū iniuſte cōtra Eccleſiam religionis odio pugnantium, atque ſic aſſeruit etiam Nauar. in eod.ca. ita quorundam.not. 4. num. 13. verſic.Septimò infertur. Non etiam in excommunicationē incidunt, qui adiuuant principē infidelem cōtra alium Principem infidelem, vt dixit Nauar.in eo. not.4.num.23.verſicu. Decimo quintò infertur.Hoc tamē ſemper intelligo, modo arma apud eos non relinquantur, quib. deinceps chriſtiani oppugnētur, atque ſic ſenſit Tolet. in Bulla Cœnę Domini Excom.5.num. 12.verſi.Octauum dubium. Nō item in excommunicationē hāc incidunt chriſtiani, qui cùm vicini ſint Turcis, & chriſtiani nominis hoſtibus ferrū ad eos deferunt, quo ex illo arma ſibi fabricent, modo illis tradāt, quos veriſimile reſtituturos eſſe; qđ pacis tempore fieri poſſe cēſeo; nam non dicitur tradi, quod ſtatim eſt quis recuperaturus.arg.

Digitized by Google

l.aliud eſt capere.ff.de verb. ſign.& l.ſi cui pluſquam.ff.de prætor.ſtipul. etenim hic ceſſant & ratio,& verba Bullæ,ergo & diſpoſitio ceſſare debet.arg. capi. cum ceſſante.de appella.Quare Polonus,qui prope Turcas habitat, ſi turcę egregio artifici ſua arma reficiẽda tribuat, pœnam hanc euadet.

8 Quintò † in excommunicationem hanc non incidunt,qui probabili ignorantia facti vetita hæc ad chriſtiani nominis hoſtes deferunt,vt dixit Nauar. in eod.cap.ita quorundam. not.8. num.25.verſic. Duodecimò infertur; nam hæc & prudentiſſimos fallit,& ob id excuſat, vt dicitur in l.regula.ff.de iur.& fac. ignor.& facit c.Apoſtolicæ. de cler.excom.min.& c.fin. de conſtit.lib 6.Quare remiges,magiſterque nauis, qui ſuam nauim locant alicui vſque ad aliquem locum infidelium, qui cum permiſſis rebus eo deferri prohibita aliqua occulte inſerit; remiges inquam, & magiſter nauis excuſabuntur, ſicut etiam baiulus, qui huius rei inſcius arcam portat ad nauim rebus huiuſmodi onuſtam, atque ſic ſenſit Rebuff.in Prax.benefic. in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini.artic.5.in verb.Deferunt.At quid ſi conductor nauis onuſtam armis nauem ad locũ aliquẽ chriſtianorũ deferre ſe velle dicat, vbi verò in altum venerunt,cogit remiges,& magiſtrum nauis vela facere ad hoſtes;an in excõmunicationem ipſi incidẽt?Planè ſi reſiſtere poſſint ſine vitæ periculo, & non reſiſtunt, in excommunicationem eos incidere cenſeo;nam illi fauere exiſtimantur argu.ca.quantę,cum ibi not.de ſen.excom. at ſi reſiſtere nequeant, pœnam hanc euaſuros concludo,quandoquidẽ veriſimile non eſt quem matrẽ Eccleſiam cum tanto vitæ periculo ad reſiſtendum obligaſſe, atque ſic in ſimili dixit Nauarr.in eod.c.ita quorundam.not. 8.nume.26.Ignorantia facti ergo excuſat.Ignorantia iuris quoq. ꝓbabilis excuſabit,vt pote ſi eſſet ruſticus,& rudis quidam,q̃ hæc deferat, quod eo magis etiam ſentio,quoniam parochorum incuria,& inſcitia,Bulla hæc multis in locis non publicatur, & ignoratur.

9 Sextò † in excommunicationẽ hanc non incidunt, qui arma,& huiuſmodi ꝓhibita ad chriſtianos deferunt, qui in terris hoſtium huiuſmodi habitant; quo ipſis contra dictos hoſtes oblata occaſione vtantur, interimq. abſcondita habeant;nã nec verba Bullæ, nec eius ratio hic locum

eum habent, ergo nec diſpoſitio locum habere debet. argu. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. & l. regula. §. pen. ff. de iur. & fact. ignor. Quare, qui ad hunc finem chriſtianis prohibita hæc deferunt, qui Conſtantinopolim, aliave loca hoſtium chriſtiani nominis incolunt, in excommunicationem non incident, modo interim abſcondita ea habeant, atque ſic ſenſit Nauar. in eod. c. ita quorundam. not. 4. num. 12. verſi. Quod tamen mea ſentētia, & verſicu. Sextò infertur. Atqui an chriſtianis ſubditis Turcarū Principi licet arma, & æquos vendere turcis ſubditis eidem Principi? Vide Nauar. in conſ. 4. de iudæ. lib. 5.

10 Septimò † in excōmunicationem hanc non incidunt, qui de prohibitis rebus rem paruā defert, vt gladiolum, & id generis, vt dixit Felin. in cit. cap. ita quorundam. num. 3. verſic. Secus de cultello paruo, vbi & plures alios idem ſentientes refert, & Rebuff. in Prax. benef. in expoſitione Bullæ cœnę Domini arti. 5. in ver. Ferrum: idque iure merito, nam & armorum appellatione gladium, quoad p[illegible]nas incidendas, panem ve quis vtitur, nō cōpræhēdi, nec ſtatuto puniēte portantem arma, dixit Glo. recept. in Auth. de arm. in verb. Minores, & Bartol. in l. 1. ff. de vi publica et Frācisc. Aretin. in conſ. 38. Pręterea in quouis foro rei paruitas excuſat. arg. l. ſcio ff. de min. & not. Nauar. in eod. cā. ita quorundam. not. 8. num. 30. Addo ob id nullum damnum chriſtianis inde venturum, quod & inquit Nauar. ibid. hoc autē arbitrio boni viri, an inde damnū chriſtianis euenturum ſit, iudicabitur. argu. l. 1. §. de iur. liber. & c. de cauſis. de off. deleg. Quare qui exempli gratia, in finibus Aethiopiæ à bellis chriſtianorū longe remotis tradit ferrū paruæ quantitatis ſaraceno, vt inde clauos faciat ad ędē cōſtruēdam, quàm cœptam iam habet, in excommunicationem hic nō incidet; nam ob locorum lōginquitatem, belli remotionem, rei paruitatem, & finem, quam ob rem datur, in fraudem non dari, nec in detrimentum chriſtiani nominis arbitrio boni viri diiudicabitur, vt aſſeruit Naua. ibid. not. 10. nu. 29. omnino viden. & Martinus Alfonſ. de Viuald. in explanatione Bullæ Cœnæ Domini, caſ. 7. n. 61. in Candelabro. p. 2. nam ait, ſi quis mitteret aliquem prætioſum gladiū, vel pugionem, archibuſetūmve alicui Principi, quo eius gratiam ſibi conciliaret, in excommunicationem hanc ob rei paruitatē non

incidere;hoc verum ſentio, niſi eſſet in bello cõtra chriſtianos.

11 Octauò†in excommunicationem hanc non incidunt, qui ꝑ redimẽdis captiuis hęc deferũt, vt probatur in cap. ſignificauit. de iud. An igitur redemptionis cauſa ꝓhibita hęc licite ad chriſtiani nominis hoſtes deferunt? In hac quæſtione, quam diſputauit Gloſſ.& DD.in cit.cap.ſignificauit, tres ſunt ſententiæ Glo. 1.in eod.capi.ſignificauit, tenet hoc ſine auctoritate Romani Pont. non poſſe; hanc eandẽ opinionem indiſtinctè tenuit Abb. ibid.nu.2.& magis tutam,& ęq̃. inquit Mar.Socin. Sen.ibid.nu. 14.Sequitur quoque eam Gofr. vt inquit Socin.ibid. Probatur autem primo hac ratione; quoniam ſi hoc fieret, daretur materia delinquendi,& fraudũ; ſemper enim hæc redemptionis cauſa ea ſe detuliſſe allegarent, qđ eſt contra l.conuenire.ff. de pact.dot.Hæc ratio mihi non ſatiſfacit;nam, eſto homines id cœlent,non tamen legem cœlarẽt, quæ ſemper certa eſt.arg.§.conditionis.in Inſtit. de verb.obli. & pertinent huc tradita ꝑ DD. in Clem.cupientes.§.verum.de pœni.non igitur fraudem facerent, nam in excommunicationem inciderent. Secundò pro hac ſententia ſic argumentatur Abb.non ſunt facienda mala,vt eueniant bona,huiuſmodi enim compẽſatio à iure improbatur. arg.c.ſuper eo,de vſur. & ratione hac chriſtiani oppugnarẽtur quod malum eſt,ergo per bonũ illud redemptionis concedẽdũ hoc non videtur. Hæc ratio mihi non quadrat;nam non fit malum,vt eueniat bonum,ſed è cõtrariò bonum fit in primis redimendo captiuos,quamuis deinceps contingere malum poſſit; at quod primũ eſt,ſemper conſiderandum eſt.arg.c.cum voluntate.de ſent.excom.& l.non omnis.ff.ſi cert.pet.& hanc reſponſionem ſenſit Innoc.in eod. ca. ſignificauit. Poſtremò probatur ſententia hęc, quoniam redemptio hæc reſpicit priuatum fauorem,ſcilicet captiuorum; at prohibitio hæc reſpicit publicã vtilitatem,ergo præferẽda eſt hæc publica vtilitati priuatæ.arg.§. ſed & maior aſperitas,in Inſtit. de iis,qui ſunt ſui,vel alien. iur. Hęc ratio etiam mihi non ꝓbatur, quoniam hic fauor animæ agitur, ne ſcilicet captiui à fide auocentur: quod non contingit in iis,qui captiui non ſunt; ergo fauor hic cuique vtilitati eſt ꝑferendus.argu.l.ſunt perſonę.ff. de relig.& ſump.Quare cum nullis rationibus opinio hęc nitatur,contrariam ſequitur Innoc. in

in cita.c.ſignificauit,eum quoq. ſequitur Hoſt.vt inquiunt Abb. & Mar.Socin.Sen.in cit.c. ſignificauit.& hoc ob eam rationem quoniam pro redemptione captiuorum aliàs prohibita, vt vaſa ſacra,alienari poſſunt, vt habetur in l. ſancimus. C.de ſacr. ſanct.Eccl.& ca. 1. de pign. Hęc ratio mihi non ſatisfacit;nam p alienationem vaſorũ Reſpublica chriſtiana detrimentum non accipit,quãdoquidem pecunia tribuitur,quod nõ fit in caſu noſtro;cum igitur diuerſa ratio ſit, & diuerſa diſpoſitio eſſe debet. argu.le.Papinianus exuli. ff.de min.Tertia fuit opinio Ioan.Andr.qui diſtinguendo has opiniones inter ſe ſic conciliare nitebatur:nam opinionem Gloſſ.ante factum tenendam dicebat,& hoc ob eam rationem , quoniã ſi hoſtes hoc animaduerterent, prohibita tantum ad ſe deferri vellent; opinionem autem Inn. poſt factum quaſi ob neceſſitatem id factum ſit,atque idcirco dignum excuſatione, arg.cap. quoniam. 1.1.q.3.et c.2.de regu. iur.Hæc diſtinctio mihi nõ placet;nam de quolibet verum eſt affirmare,vel negare:aut igitur licet,aut non licet:ſi licet,quan doçunque deferri poterunt; ſi non licet,neque ante,neq. poſt. Quid igitur concludendum? Ergo ſequendam cenſeo opinionem Inn.vt ſcilicet pro redemptione captiuorum prohibita hęc deferri queant,quam & ſequtur Nauar.in c. ita quorundam. not.8.nu.26. de iudæ. Probatur autem primò per cit.c.ſignificauit;nam ibi ait Romanus Ponti. licite deferri poſſe aliquid ad ſaracenos,vnde aliquod commodum, & ſubſidium ipſis veniat, in articulo redemptionis,vt habetur ibi ; ergo & prohibita hic deferri poterunt; nam & hinc commodum habere queunt. Secundo loco probatur hæc opinio,quoniam exceptio debet eſſe de regula.argu.le.nam quod liquide.§.fin.ff.de pœn.legat.at in cit.cap.ſignificauit.permittitur pro recuperandis captiuis in Alexãdriam iri,modo in mercibus,quas deferunt , nihil habeant,vnde poſſit Saracenis cõmodum,ſubſidiumve aliquid ꝑuenire , excepto redemptionis articulo; Ergo hinc etiã probatur pro captiuis redimendis,& alia prohibita deferri poſſe;nã ſi pręter merces nihil deferri põt, vnde ſubſidium,& commodum ſaracenis veniat, excepto redẽptionis articulo; ergo pro eo articulo præter merces,& ſic permiſſa;& ea,vnde commodũ Saracenis aduenit,& ſic prohibita deferri poſſunt ; & ob id etiã

 hic

probat, ſed potius cõtrariam; nã ſi verba cum effectu ſunt intelligenda, effectus horum verborũ eſt, vt deferentes, aut tranſmittetens ſint excommunicati: alioquin ſi poſtea quã tradiderint, in excommunicationem inciderent, non excommunicarentur, qui portant, vel deferunt, & ſic verba ſuum effectum non operarentur: nec obſtat c. ſi quis ſuadente diabolo. 17. q. 4. nam ibi idcirco requiritur effectus, quoniã id expreſſit Eccleſia; inquit enim Manus iniecerit; & ſic non conatum punit ſed effectum; at hic punit ſolum conatum. Quicquid dixerit igitur Martinus Alfonſ. de Viuald. in Candelabro p. 2. in explanatione Bullę Cenę Domini in caſ. 7. num. 64. qui cõtrarium ſenſit; opinio hæc mihi non quadrat; & eodem modo reſpondet ad Nauar. in Man. c. 27. nu. 65. verſ. Nono. Poſtremo facit, quoniam niſi tradant, prohibitionis ratio ceſſare videtur, nõ enim oppugnare chriſtianos hiſce rebus non traditis hoſtes poterunt. Hæc ratio etiã me non mouet, quandoquidem Bulla voluit conatum, & principium actus prohibere; quippe quæ ſciret tradentes per aliam conſtitutionem punitos eſſe, ſcilicet per cit. c. ita quorundam, & cit. c. ſignificauit, de iudę. prętereà cum Bulla inquit Quibus chriſtianos oppugnẽt, nõ ob id dixit, quo ſignificaret neceſſario requiri, vt tradantur hoſtibus, & illis chriſtianos oppugnent; ſed ob id, vt deſcriberet, quænã eſſent prohibita ad hoſtes deferri. Quid igitur concludendum? Ego priorem ſentẽtiã ſequor ob rationes pro ipſa allatas. Poſtremo, quoniã Romanus Pont. voluit initium prohibere, & conatum ipſum, quippe qui ſciret tradentes, & ſubminiſtrantes hęc hoſtibus, iam excõmunicatos fuiſſe per. cit. cap. ita quorumdam, de iudæ. Accedit, quod ſi cõtrarium diceremus, muliones, & magiſtri nauium, qui hęc prohibita ſciẽtes adhoſtes deferunt, in excommunicationem hanc non inciderent; ex quo non ipſi, ſed domini rerum ea hoſtibus tradunt, cuius contrarium ſupra aſſeruimus. Hanc igitur opinionem vti veriorem & tutiorẽ ſequor; & multo magis, vbi ad hoſtes peruenerunt, eſto deinceps mutata ſententia allata ipſis nõ tradiderint, ac de priori parte huius Capitis hactenus, ad alteram veniamus, ſcilicet, quinam ſint ij, ad quos hęc deferri prohibitum eſt.

Verſ.

Verſ. Qui ad Saracenos, Turcas, & alios chriſtiani nominis hoſtes, & inimicos, vel hæreticos per noſtras, ſiue huius ſanctæ ſedis ſententias expreſſe, vel nominatim declaratos.

SVMMA.

1 *Saraceni vnde dicti, & qui ꝓpriè ſaraceni ſint, & quando chriſtianorum hoſtes eſſe cæperunt.*

2 *Saraceni quinam ſint, ad quos arma, & alia hic poſita deferri nequeunt.*

3 *Turcæ populi quinam ſint, & vnde dicti.*

4 *Hoſtes chriſtiani nominis præter Turcas, et Saracenos ſunt alij mahometica perfidia ſectatores, Iudæi, Pagani, Apoſtatæ fidei.*

5 *Hoſtes chriſtiani nominis quinã ſint propriè.*

6 *Hæretici per Apoſtolicam ſedem expreſſe, nominatimve declarati quinam ſint.*

IN hac parte quatuor hominũ gñá noïantur. ſ. Saraceni, Turcæ, & alii chriſtiani nominis hoſtes, & inimici, necnon Hæretici nominatim ab Apoſtolica ſede declarati; ad quos arma, & alia hic in Bulla expreſſa deferri nequeũt. Quare ne ignoremus quinam hi ſint, ob eam rem id hic explicemus, & primo de Saracenis agamus: de quibus hæc contemplabimur. Primò vnde dicti ſint. Deinde, qui propriè Saraceni. Tertiò ſaracenorum nomine q̃ comprehendãtur, quatenus ad rem noſtram pertinet.

1 Quoad primum igitur† Saraceni dicti ſunt à Saraca Arabiæ Vrbe, vt inquiunt Nauar. in cap. ita quorundam. not. 4. nu. 3. verſi. Quarto ergo loco, de iudę. & Couar. lib. 4. var. reſol. capi. 9. & Petrus Meſſias in Noua ſecunda Sylua variæ lectionis, in 3. p. ca. 4. inde enim nomen ſumpſerũt, non autem à Sara vxore Abrahami, vt ipſi ſe iactitant; tũ quod ſi à Sara ortum ducerent, Sarani dicendi eſſent, & non Saraceni; tum quod originem ducunt, vt teſtantur nonnulli, quos refert Couar. ibid. & Petrus Meſſias in eod. Tract. pa. 4. cap. 14. ab Agar Ancilla Abrahami; nam ex ipſa ortus eſt Iſmael, qui eius gẽtis auctor fuit, ac propterea olim ab Agar Agareni, & ab Iſmael Iſmaelitæ ſunt nominati. Ex his igitur apparet vnde ortum duxerint, & quomodo à Saraca Vrbe Principe Arabiæ Petreię, quæ inter Iordanem, & libanum poſita eſt, de qua prouin-

Digitized by Google

I.

§. Qui in excommunicationē hanc inciderint vidimus; iam qui pœnam hanc euadant,
1 videamus.† Primū igitur in excommunicationem hanc nō incidit Romanus Pont.qui hęc ꝑ hibita ad hoſtes chriſtiani nominis deferenda curaret;tum ꝙ ſuis legibus quis non obligatur. argu.l.digna vox.C.de leg.& c. propoſuit.de conceſ.præben.tū quòd neque id poteſt, nō enim ſe ipſum excommunicare quis valet,vt probauimus id plurib. in Tractatu noſtro de Cenſuris Tab.1.cap.2.§.8.Non itidem q ab ipſo facultatem hanc habet, vt proximè concluſimus.
2 Secundò † in excommunicationem hanc non incidunt, qui neceſſitate compulſi prohibita hæc ad huiuſmodi hoſtes detulerunt,vt pote vel quia nauē hiſce rebus onuſtam habentes, & ad chriſtianos ea deferentes vi uentorum,& maris tempeſtate, ad Turcas, ad aliosve chriſtiani nominis hoſtes delati ſunt;hi.n. nec in excommunicationem incidunt,nec peccant; tum qđ his nec deferunt,nec tranſmittunt hęc volentes,quod requirit Bulla,ſed inuiti eo fluctibus maris vel ventis impelluntur,quo caſu quis excuſatur.argu.c. ſacris, de iis,quæ vi metuſve cauſ. fiūt. Idq; merito;lex enim de re poſſibili eſſe debet,vt dicitur in c. erit autem lex.d.4.at ſi vellet obligare,vt ne tunc eo appelerentur,eſſet obligare ad impoſſibile,quod legi non ſubiicitur. argu.c.2.de reg.iur.Non igitur in excommunicationem hanc pręd dicti incident, atque ſic aſſerit Felin.in c.ſignificauit.nu.7.verſi Vltimò limita.de iudæ.& Rebuff.in Prax.benefi.in expoſitione Bullæ cœnæ Domini.ar.5.in verb.Deferunt,ibi. Item etiam non procedit,& Nau.id ſenſit in c.ita quorundam.not.10. num. 27.eod. Facit quoque pro hac opinione l.Cæſar.ff.de publi. ꝑ quam legem ratione hac mercibus delatis ad aliquem locū,nec ad portorium,gabellamve ſoluendam pro ipſis,quem tūc obligari dixit Bart.in l,1.C.de naufrag.li.10.Itemq; qui à Principe coactus ea deferret; non igitur hac de re dubitandum eſt.Excipio tamen vbi illinc libere diſcedere cum rebus poſſent,tunc.n. ſi chriſtiani nominis hoſtibus alienent,in excommunicationē hanc incident,vt ſenſit Feli. ibi dē, quod & dubitatione caret, habent enim in hoc caſu locum & Bullæ verba,quoniam ad hoſtes arma deferunt,habet locum & eius ratio,quoniam illis chriſtiani oppugnari poſſunt,vt per

ſe

ſe patet, ergo & eiuſdem diſpoſitio locum habere debet. arg. l. illud. ff. ad leg. aquil. & l. pen. §. penu. ff. de iur. & fac. ignor. At qđ ſi potuiſſent in mare prohibita illa ꝓiicere, an id debuiſſent, ex quo pro certo videbant ad loca hoſtium perueniendum ipſis eſſe? id cogita habito reſpectu vnde maius damnum.

3 Item in excommunicationem hanc ob eaſdem rationes non incidūt, qui ab ipſis hoſtibus cum eiſdem rebus in terra, marive capiuntur, quamobrem res huiuſmodi ad manus hoſtium perueniunt. Quare qui hoſtibus ſe cū armis dedunt quando vident ſe nulla ratione eorum manus effugere poſſe, hi pœnā hanc euadent, vt ſenſit Nauar. in cit. c. ita quorundam. not. 8. nu. 34. Sicut etiam, qui hoſtibus arcē armis munitam tradunt, quando aliter eam tueri non valent. Quod locum tamen in iis non habet, qui ſine ꝓbabili aut mortis, aut cruciatus, aut captiuitatis metu, ſed ſponte ſe cum armis dedunt, vel prætio ducti id agunt, quod his temporibus à cuſtode arcis Clauarini in Vngaria factum audiuimus; nam, vt dicitur, prætio accepto à Turcis eam arcem ipſis prodidit; in excommunicationē hanc igitur ille incidit, atque ſic ſenſit Nauar. in eod. c. ita quorūdam. not. 8. num. 33. verſi. Vigeſimo infertur.

4 Non itidem in excommunicationem incidūt, qui fame cōpulſi hæc hoſtibus tradunt, vbi aliūde, vnde ſe ſuſtentent, habere nequeunt, nam tunc quod neceſſitas legi non ſubiicitur, vt habetur in c. 1. de regu. iur. & in c. ſi diſcipuli, de conſecra. d. 5. & vt ſenſit Viu. in ſua Syl. opini. 766. num. 4. verſic. Et hinc eſt, quod neceſſitas; ob eam rem pœnam hanc effugient, vt id quoque aſſeruit Nauar. in cit. c. ita quorūdam. not. 8. nu. 26. & Rebuff. ibidem.

At quid ſi armorum traditione in huiuſmodi neceſſitate facta damnum graue in chriſtianos venturum ſit, an arma tradenda ſunt? an ve fame pereundum? Ego ſentio in excommunicationem quem tunc non incidere; quandoquidem veriſimile non eſt Eccleſiam, quę pietatis mater eſt, in excommunicationem hunc incidere voluiſſe. argu. c. ſi vero. de ſent. excom. etenim excuſatur, ſi legem naturæ de ſe conſeruando humanæ legi de rebus hiſce non deferendis prætulit. Verum an ſaltē hic peccat? Planè, vbi ex huiuſmodi rerum traditione detrimentum graue in Eccleſiā redundaret, hunc peccare ſentio, nam in hoc

caſu

caſu pro Dei Eccleſia poti' glorioſam mortem oppetere deberet, quàm cum graui eiuſdē detrimento turpiter viuere, quod Eleazarum illum venerandum hæbreorum ſenem pro patriis legibus feciſſe memorię proditum eſt libr. 2. Machabæor. ca. 6. quod & tetigiſſe videtur Nauar. ibidem. nu. 26. Non demum in excommunicationem incidunt, qui viatum errore ducti, ad hoſtes hæc etiam detulerunt; quandoquidem neque hi volentes id faciunt; non enim in errore conſenſus eſt, aut voluntas, vt habetur in l. cum teſtamentum, & in l. ſeq. C. de iur. & fact. igno. atq. idcirco nec mortifere peccant, & ob id nec in excommunicationem incidunt, arg. c. nemo Epiſcoporum, & c. nullus. 11. q. 3.

5 Tertiò † in excommunicationem hanc non incidunt, qui ad fauorem chriſtianorum hęc infidelibus tradunt; nam tunc prohibitionis ratio ceſſat, & ob id & prohibitio. arg. c. cum ceſſante. de appell. & l. adigere. §. quãuis. ff. de iur. patron. Quare qui arma, & huiuſmodi prohibita per Bullam tradunt infidelibus, qui pugnant contra alios infideles pro chriſtianis, & ſic adiuuant, defenduntque chriſtianos, quod in Indiis ſæpius hoc contingere legi, in excommunicationem hanc non incidunt, vt ſenſit Nauar. in citat. c. ita quorundam. not. 4. nume. 15. etenim & Iudæi cum Romanis fœdus inierunt, & mutuam operam ſibi permiſerunt, vt habetur libr. 1. Machab. ca. 8.

6 † Non itidem in excommunicationem incidit Chriſtianus Princeps, qui iniuria oppugnatus ad ſuam defenſionem (cum à chriſtianis habere non poſſit, vnde ſe defendat) infideles ad ſuam defenſionem vocauit, & arma, ac reliqua ad bellum neceſſaria illis tradidit; tum quod defenſio quocunque iure permiſſa eſt, arg. l. vt vim. ff. de iuſtit. & iur. et ca. dilecto. de ſentent. excomm. libr. 6. et ob id ea permiſſa ſunt, quæ ad defenſionem pertinent; cõceſſo enim aliquo, omnia conceſſa intelliguntur, ſine quibus conceſſum haberi non poteſt, arg. c. præterea. de off. dele. et ibi no. Iaſ. et DD. ff. de iuriſd. omn. iud. et l. ad rem mobilem, et l. ad legatum. ff. de procur. ergo et infideles vocari, et arma eiſdē tradi queunt; tum quod in primis ad defenſionem Chriſtianorum vocantur, quamuis deinceps et chriſtianos oppugnent ſecũdo loco: quod tamē nihil intereſt, quod enim in primis agitur, hoc potiſſimum conſideratur. argu. c. cum voluntate. de ſentē. excom.

excom.et l.ſi quis nec cauſam.ff. ſi cert.pet.atque ſic dixit quoq. Nauar.in cit.c. ita quorundam. not.4.num. 15.verſ.Nonò infer tur,& num.25.& nu.27. Modo tamen finito bello, caueat, ne apud hoſtes huiuſmodi arma re maneant,quibus deinceps chriſtianos oppugnent; alioquin ſi cum poſſet ea ipſis auferre, non auferret,in excommunicationē hanc incideret; ceſſat enim tūc ratio permiſionis, atque idcirco ceſſare permiſſio debet.argu. cap.cum ceſſante.de appel.atq. ſic dixit Nauar.in cit.locis.Non itidem in excommunicationem hanc incidunt chriſtiani Principes,qui ſub ſuo imperio chriſtiani nominis hoſtes habent, ſi eo bellica inſtrumēta deferāt,quo ciuitatem tueantur, ac muniāt; nam & hic prohibitionis rō ceſſat.Curare tamen debent,ne cō tra chriſtianos iis vtantur,vt ꝓximè diximus.

7 Quartò in excommunicationem hanc non incidunt, qui ad eos infideles hæc deferunt; qui hoſtes chriſtiani nominis non ſunt,neque occupant, occupare ve curant res chriſtianorum, neque contra chriſtianos religionis odio pugnant, ſed ob aliam cauſam; in quorum numero Indianos quoſdam audio eſſe, qui contra chriſtianos non religionis odio pugnant,ſed quia iniuſte à chriſtianis ſua occupare aiunt.Ad hos ergo,qui hæc deferunt,in excommunicationem non incident,eſto bellum cōtra chriſtianos habeāt,modò bellū iuſtum ſit, vt pote quia iniuſte chriſtiani eorum bona occupare nituntur; etenim mens Bullæ eſt diminuere potētiam hoſtiū iniuſte cōtra Eccleſiam religionis odio pugnantium, atque ſic aſſeruit etiam Nauar.in eod.ca. ita quorundam.not. 4. num. 13. verſic.Septimò infertur. Non etiam in excommunicationē incidunt,qui adiuuant principē infidelem cōtra alium Principem infidelem,vt dixit Nauar.in eo. not.4.num.23.verſicu. Decimo quintò infertur.Hoc tamē ſemper intelligo,modo arma apud eos non relinquantur,quib.deinceps chriſtiani oppugnētur, atque ſic ſenſit Tolet. in Bulla Cœnę Domini Excom.5.num. 12.verſi.Octauum dubium. Nō item in excommunicationē hāc incidunt chriſtiani, qui cùm vicini ſint Turcis,& chriſtiani nominis hoſtibus ferrū ad eos deferunt,quo ex illo arma ſibi fabricent,modo illis tradāt,quos veriſimile reſtituturos eſſe; qđ pacis tempore fieri poſſe cēſeo; nam non dicitur tradi, quod ſtatim eſt quis recuperaturus.arg.

l.aliud eſt capere.ff.de verb. ſign.& l.ſi cui pluſquam.ff.de prætor.ſtipul. etenim hic ceſſant & ratio,& verba Bullæ,ergo & diſpoſitio ceſſare debet.arg. capi. cum ceſſante.de appella.Quare Polonus,qui prope Turcas habitat, ſi turcę egregio artifici ſua arma reficiẽda tribuat, pœnam hanc euadet.

8 Quintò† in excommunicationem hanc non incidunt,qui probabili ignorantia facti vetita hæc ad chriſtiani nominis hoſtes deferunt,vt dixit Nauar. in eod.cap.ita quorundam. not.8. num.25. verſic. Duodecimò infertur; nam hæc & prudentiſſimos fallit,& ob id excuſat, vt dicitur in l.regula.ff.de iur.& fac. ignor.& facit c.Apoſtolicæ. de cler.excom.min.& c.fin. de conſtit.lib 6.Quare remiges,magiſterque nauis, qui ſuam nauim locant alicui vſque ad aliquem locum infidelium, qui cum permiſſis rebus eo deferri prohibita aliqua occulte inſerit; remiges inquam, & magiſter nauis excuſabuntur, ſicut etiam baiulus, qui huius rei inſcius arcam portat ad nauim rebus huiuſmodi onuſtam, atque ſic ſenſit Rebuff.in Prax.benefic. in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini.artic.5.in verb.Deferunt.At quid ſi conductor nauis onuſtam armis nauem ad locũ aliquẽ chriſtianorũ deferre ſe velle dicat, vbi verò in altum venerunt,cogit remiges,& magiſtrum nauis vela facere ad hoſtes;an in excõmunicationem ipſi incidẽt?Planè ſi reſiſtere poſſint ſine vitæ periculo, & non reſiſtunt, in excommunicationem eos incidere cenſeo;nam Illi fauere exiſtimantur argu.ca.quantę,cum ibi not.de ſen.excom. at ſi reſiſtere nequeant, pœnam hanc euaſuros concludo,quandoquidẽ veriſimile non eſt quem matrẽ Eccleſiam cum tanto vitæ periculo ad reſiſtendum obligaſſe, atque ſic in ſimili dixit Nauarr.in eod.c.ita quorundam.not. 8.nume.26.Ignorantia facti ergo excuſat.Ignorantia iuris quoq. ꝓbabilis excuſabit,vt pote ſi eſſet ruſticus,& rudis quidam,q hæc deferat, quod eo magis etiam ſentio,quoniam parochorum incuria,& inſcitia,Bulla hæc multis in locis non publicatur, & ignoratur.

9 Sextò†in excommunicationẽ hanc non incidunt, qui arma,& huiuſmodi ꝓhibita ad chriſtianos deferunt, qui in terris hoſtium huiuſmodi habitant; quo ipſis contra dictos hoſtes oblata occaſione vtantur, interimq. abſcondita habeant;nã nec verba Bullæ, nec eius ratio hic locum

cum habent, ergo nec diſpoſitio locum habere debet. argu. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. & l. regula. §. pen. ff. de iur. & fact. ignor. Quare, qui ad hunc finem chriſtianis prohibita hæc deferunt, qui Conſtantinopolim, aliave loca hoſtium chriſtiani nominis incolunt, in excommunicationem non incident, modo interim abſcondita ea habeant, atque ſic ſenſit Nauar. in eod. c. ita quorundam. not. 4. num. 12. verſi. Quod tamen mea ſententia, & verſicu. Sextò infertur. Atqui an chriſtianis ſubditis Turcarũ Principi licet arma, & æquos vendere turcis ſubditis eidem Principi? Vide Nauar. in conſ. 4. de iudæ. lib. 5.

10 Septimò † in excõmunicationem hanc non incidunt, qui de prohibitis rebus rem paruã defert, vt gladiolum, & id generis, vt dixit Felin. in cit. cap. ita quorundam. num. 3. verſic. Secus de cultello paruo, vbi & plures alios idem ſentientes refert, & Rebuff. in Prax. benef. in expoſitione Bullæ cœnę Domini arti. 5. in ver. Ferrum: idque iure merito, nam & armorum appellatione gladium, quoad pœnas incidendas, panemve quis vtitur, nõ cõpræhẽdi, nec ſtatuto puniẽte portantem arma, dixit Glo. recept. in Auth. de arm. in verb. Minores, & Bartol. in l. 1. ff. de vi publica et Frãciſc. Aretin. in conſ. 38. Preterea in quouis foro rei paruitas excuſat. arg. l. ſcio ff. de min. & not. Nauar. in eod. cã. ita quorundam. not. 8. num. 30. Addo ob id nullum damnum chriſtianis inde venturum, quod & inquit Nauar. ibid. hoc autẽ arbitrio boni viri, an inde damnũ chriſtianis eventurum ſit, iudicabitur. argu. l. 1. §. de iur. liber. & c. de cauſis. de off. deleg. Quare qui exempli gratia, in finibus Aethiopiæ à bellis chriſtianorũ longe remotis tradit ferrũ paruæ quantitatis ſaraceno, vt inde clauos faciat ad ędẽ cõſtruẽdam, quàm cœptam iam habet, in excommunicationem hic nõ incidet; nam ob locorum lõginquitatem, belli remotionem, rei paruitatem, & finem, quamobrem datur, in fraudem non dari, nec in detrimentum chriſtiani nominis arbitrio boni viri diiudicabitur, vt aſſeruit Naua. ibid. not. 10. nu. 29. omnino viden. & Martinus Alfonſ. de Viuald. in explanatione Bullæ Cœnæ Domini, caſ. 7. n. 61. in Candelabro. p. 2. nam ait, ſi quis mitteret aliquem prætioſum gladiũ, vel pugionem, archibuſetumve alicui Principi, quo eius gratiam ſibi conciliaret, in excommnnicationem hanc ob rei paruitatẽ non

incidere;hoc verum ſentio, niſi eſſet in bello cõtra chriſtianos.

11 Octauò̄ in excommunicationem hanc non incidunt, qui ꝑ redimẽdis captiuis hęc deferũt, vt probatur in cap. ſignificauit. de iud. An igitur redemptionis cauſa ꝓhibita hęc licite ad chriſtiani nominis hoſtes deferunt? In hac quæſtione, quam diſputauit Gloſſ. & DD. in cit. cap. ſignificauit, tres ſunt ſententiæ Glo. 1. in eod. capi. ſignificauit, tenet hoc ſine auctoritate Romani Pont. non poſſe; hanc eandẽ opinionem indiſtinctè tenuit Abb. ibid. nu. 2. & magis tutam, & ęq̃ inquit Mar. Socin. Sen. ibid. nu. 14. Sequitur quoque eam Gofr. vt inquit Socin. ibid. Probatur autem primo hac ratione; quoniam ſi hoc fieret, daretur materia delinquendi, & fraudũ; ſemper enim hæc redemptionis cauſa ea ſe detuliſſe allegarent, qđ eſt contra l. conuenire. ff. de pact. dot. Hæc ratio mihi non ſatiſfacit; nam, eſto homines id cœlent, non tamen legem cœlarẽt, quæ ſemper certa eſt. arg. §. conditionis. in Inſtit. de verb. obli. & pertinent huc tradita ꝑ DD. in Clem. cupientes. §. verum. de pœni. non igitur fraudem facerent, nam in excommunicationem inciderent. Secundò pro hac ſententia ſic argumentatur Abb. non ſunt facienda mala, vt eueniant bona, huiuſmodi enim compẽſatio à iure improbatur. arg. c. ſuper eo, de vſur. & ratione hac chriſtiani oppugnarẽtur quod malum eſt, ergo per bonũ illud redemptionis concedẽdũ hoc non videtur. Hæc ratio mihi non quadrat; nam non fit malum, vt eueniat bonum, ſed è cõtrariò bonum fit in primis redimendo captiuos, quamuis deinceps contingere malum poſſit; at quod primũm eſt, ſemper conſiderandum eſt. arg. c. cum voluntate. de ſent. excom. & l. non omnis. ff. ſi cert. pet. & hanc reſponſionem ſenſit Innoc. in eod. ca. ſignificauit. Poſtremò probatur ſententia hęc, quoniam redemptio hæc reſpicit priuatum fauorem, ſcilicet captiuorum; at prohibitio hæc reſpicit publicã vtilitatem, ergo præferẽda eſt hæc publica vtilitati priuatæ. arg. §. ſed & maior aſperitas, in Inſtit. de iis, qui ſunt ſui, vel alien. iur. Hęc ratio etiam mihi non ꝓbatur, quoniam hic fauor animæ agitur, ne ſcilicet captiui à fide auocentur: quod non contingit in iis, qui captiui non ſunt; ergo fauor hic cuique vtilitati eſt ꝑferendus. argu. l. ſunt perſonę. ff. de relig. & ſump. Quare cum nullis rationibus opinio hęc nitatur, contrariam ſequitur Innoc.

in

in cita.c.ſignificauit,eum quoq. ſequitur Hoſt.vt inquiunt Abb. & Mar.Socin.Sen.in cit.c. ſignificauit.& hoc ob eam rationem quoniam pro redemptione captiuorum aliàs prohibita, vt vaſa ſacra,alienari poſſunt, vt habetur in l. ſancimus. C.de ſacr. ſanct.Eccl.& ca. 1. de pign. Hęc ratio mihi non ſatisfacit;nam p alienationem vaſorũ Reſpublica chriſtiana detrimentum non accipir,quãdoquidem pecunia tribuitur,quod nõ fit in caſu noſtro;cum igitur diuerſa ratio ſit, & diuerſa diſpoſitio eſſe debet. argu.le.Papinianus exuli. ff.de min.Tertia fuit opinio Ioan.Andr.qui diſtinguendo has opiniones inter ſe ſic conciliare nitebatur:nam opinionem Gloſſ.ante factum tenendam dicebat,& hoc ob eam rationem, quoniã ſi hoſtes hoc animaduerterent, prohibita tantum ad ſe deferri vellent; opinionem autem Inn. poſt factum quaſi ob neceſſitatem id factum ſit,atque idcirco dignum excuſatione; arg.cap. quoniam. 1.1.q.3.et c.2.de regu. iur.Hæc diſtinctio mihi non placet;nam de quolibet verum eſt affirmare,vel negare:aut igitur licet,aut non licet:ſi licet,quandocunque deferri poterunt; ſi non licet,neque ante,neq. poſt. Quid igitur concludendum? Ego ſequendam cenſeo opinionem Inn.vt ſcilicet pro redemptione captiuorum prohibita hęc deferri queant,quam & ſeqtur Nauar.in c. ita quorundam. not.8.nu.26. de iudæ. Probatur autem primò per cit.c. ſignificauit;nam ibi ait Romanus Ponti. licite deferri poſſe aliquid ad ſaracenos,vnde aliquod commodum, & ſubſidium ipſis veniat, in articulo redemptionis,vt habetur ibi; ergo & prohibita hic deferri poterunt; nam & hinc commodum habere queunt. Secundo loco probatur hæc opinio,quoniam exceptio debet eſſe de regula.argu.le.nam quod liquide.§.fin.ff.de pœn.legat.at in cit.cap.ſignificauit.permittitur pro recuperandis captiuis in Alexãdriam iri,modo in mercibus,quas deferunt, nihil habeant,vnde poſſit Saracenis cõmodum,ſubſidiumve aliquid ꝑuenire, excepto redemptionis articulo; Ergo hinc etiã probatur pro captiuis redimendis,& alia prohibita deferri poſſe;nã ſi pręter merces nihil deferri põt, vnde ſubſidium,& commodum ſaracenis veniat, excepto redẽptionis articulo; ergo pro eo articulo præter merces,& ſic permiſſa;& ea,vnde commodũ Saracenis aduenit,& ſic prohibita deferri poſſunt; & ob id etiã

hic prohibita; valet enim argumentum à contrario ſenſu.arg. l. 1.&ibi communiter not.de offi.eius; preterea ſi contrariũ diceremus, exceptio non eſſet de regula. Poſtremò facit pro hac ſententia ratio hæc, quoniam deferuntur hæc, vt quis à ſeruitute ſe redimat, & ab animę periculo; quod & humano, & diuino iure permiſſum eſt. argu. l. vt vim. ff. de iuſtit. & iur. & c. dilecto. de ſent. excom. ergo in excommunicationem hanc non incident hæc deferẽtes pro captiuorum redemptione, ex quo ſaltẽ quoad pœnam poſitiuo iure prohibitum id eſt. In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſeo. Excipio tamen, vbi ratione alia redimi poſſunt, vnde chriſtianis detrimentum non venit; tũc enim, quod ceſſat neceſſitas, ob eam rem & permiſſionẽ ceſſare cenſeo; nanque ad remediũ extraordinarium non confugimus, vbi ordinario locus eſt. argu. l. in cauſæ. 2. ff. de mino. Item excipio, vbi bellũ inter chriſtianos, & ipſos hoſtes tunc eſſet; nam neque in hoc caſu deferri ea poſſe cenſerem, quæ plurimũ chriſtianis obeſſent; atq; ſic ſenſit Inn. in c. ſignificauit, ibi in articulo quando exerceret de iud. & cõmuniter receptam opinionem hanc teſtatur Syl. in ver. excommunicatio. 7. num. 61. & Viuald. in explanatione Bullæ Cœnæ Domini. n. 63. Poſtremò, vbi magna quantitas deferretur; nã in cit. c. ſignificauit, permittitur aliquid deferri, ergò non in magna quantitate: ſed de exceptione hac ſatis; ad aliàs redeamus. Nono euaditur excommunicatio, vbi Chriſtianus, qui ẽ in terris infidelium ad aliam terrã eorundem prohibita defert, vt dixit Syl. in verb. Excommunicatio. 7. §. 65. & Tabien. eod. 6. numer. 7. & Tolet. in Bulla Cœnæ Domini Excom. 5. nu. 3. Quod tamen locum non habet, vbi terra illa a Chriſtianis oppugnatẽ, tunc enim quod auxilium affert infidelibus in Chriſtianos, excõmunicationem non euadit.

Poſtremò in excommunicationem hanc non incidunt, qui parant hæc, quò ad hoſtes ꝑdictos deferrent, ſed ea non detulerunt; tum quòd qui parat hęc, quoad hoſtes ea deferat, nõ dum illa defert, vt per ſe patet, quod requirit Bulla, & ſic eius verba huic non conueniunt, ergo nec diſpoſitio. argu. l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. tum quod per eam præparationem iidem hoſtes chriſtianos oppugnare nequeunt, & ſic ceſſat ratio prohibitionis, ergo & pœna. arg. c. cum ceſſante de appellat. Pro

certo

certo igitur habendum eſt hos in excommunicationẽ hanc nõ incidere, quamuis grauiter pec cent ob eum animum; etenim & qui viderit mulierem, & concupierit illam iam mechatus eſt, vt inquit Chriſtus Dominus.

12 At quid†de iis, qui prohibita deferre iam ceperunt, ſed tamen ad hoſtes nõdum peruenerunt, neque ea illis tradideruut, an, ſtatim atque iter ad hoc ceperunt, in excommunicationem hanc incidẽt, eſto deinceps iter non perficiant, prohibitaque hoſtibus non tradant? Quod in excommunicationem incidãt, ſuadere videntur verba illa Bullę Deferunt, ſeu Tranſmittunt, q̃ verba ſignificant actum delationis, et tranſmiſſionis, non autem traditionis, ergo in excommunicationem hanc incident, ſtatim atque ea deferre ceperunt ante traditionem, alioquin à verborũ proprietate diſcederemus cõtra l. non aliter. ff. de leg. 2. Secũdo loco facit, quoniam vbi lex vult actum conſumatum eſſe id exprimit, vt in cap. ſi quis ſuadente diabolo. 17. qu. 4. nam quod volebat in excommunicationẽ eius canonis incidere, qui re ipſa clericum offenderet, ob eam rem dixit, Iniecerit manus violẽtas, & ſic vſus eſt præterito perfecto, vt rem perfectam ſignificaret, & ſic conatus non ſufficit, ergo ex quo hic id non dixit, deferentes tantum in excommunicationem hanc incident.

Quod autem in excõmunicationem hanc non incidant, non nulla ſuadere videntur. Primum quia in ſimili hoc dixit Naua. in cit. c. ita quorundam. not. 8. nu. 29. nam cum ibi de huiuſmodi re agatur, ait tamẽ in excommunicationem eius canonis eos nõ incidere, qui arma eo detulerũt ſed ducti pœnitentia hoſtib. nõ tradiderũt; ergo idem & hic, ex quo ea deferre tantum ceperũt. Hæc tamen ratio mihi non ꝓbatur; nam ob eam rem in eo caſu in excommunicationem hanc non incidunt ob ſolam delationem, quoniam Canon ait Subminiſtrant; quod verbum re ipſa traditionem factam ſignificat, vt inquit Nauar. ibid. at verba Deferunt, vel Tranſmittunt, q̃ ſunt in Bulla noſtra, non requirũt traditionem factam, ſed ſimplicem delationem, vel tranſmiſſionem, vt igitur res diuerſa ad rem noſtram non pertinet. Secũdò facit, quoniam verba cũ effectu ſunt intelligenda. arg. l. 1. §. hæc verba. ff. quod quis. iur. ergo & in caſu noſtro eum effectu intelligenda ſunt, vt ſcilicet Deferant, et tradant. Hæc ratio non modò opinionem hanc nõ probat,

probat,ſed potiùs cõtrariam;nã ſi verba cum effectu ſunt intelligenda,effectus horum verborũ eſt,vt deferentes, aut tranſmittetens ſint excommunicati:alioquin ſi poſtea quã tradiderint, in excommunicationem inciderent,non excommunicarentur, qui portant,vel deferunt, & ſic verba ſuum effectum non operarentur:nec obſtat c.ſi quis ſuadente diabolo. 17.q. 4. nam ibi idcirco requiritur effectus,quoniã id expreſſit Eccleſia ; inquit enim Manus iniecerit;& ſic non conatum punit ſed effectum; at hic punit ſolum conatum. Quicquid dixerit igitur Martinus Alfonſ.de Viuald.in Candelabro p.2. in explanatione Bullę Cenę Domini in caſ.7.num.64.qui cõtrarium ſenſit;opinio hæc mihi non quadrat ; & eodem modo reſpondeē ad Nauar.in Man. c.27.nu.65. verſ.Nono.Poſtremo facit,quoniam niſi tradant, prohibitionis ratio ceſſare videtur,nõ enim oppugnare chriſtianos hiſce rebus non traditis hoſtes poterunt.Hæc ratio etiã me non mouet,quandoquidem Bulla voluit conatum, & principium actus prohibere ; quippe quæ ſciret tradentes per aliam conſtitutionem punitos eſſe,ſcilicet per cit. c. ita quorundam, & cit.c.ſignificauit,de iudę. pręterea cum Bulla inquit Quibus chriſtianos oppugnēt,nõ ob id dixit,quo ſignificaret neceſſario requiri, vt tradantur hoſtibus, & illis chriſtianos oppugnent;ſed ob id,vt deſcriberet quænã eſſent prohibita ad hoſtes deferri.Quid igitur concludendum?Ego priorem ſentẽtiã ſequor ob rationes pro ipſa allatas.Poſtremò, quoniã Romanus Pont.voluit initium prohibere,& conatum ipſum, quippe qui ſciret tradentes, & ſubminiſtrantes hęc hoſtibus,iam excõmunicatos fuiſſe per.cit.cap.ita quorumdam. de iudæ.Accedit, quod ſi cõtrarium diceremus, muliones , & magiſtri nauium, qui hęc prohibita ſciẽtes ad hoſtes deferunt,in excommunicationem hanc non inciderent;ex quo non ipſi, ſed domini rerum ea hoſtibus tradunt, cuius contrarium ſupra aſſeruimus.Hanc igitur opinionem vti veriorem & tutiorē ſequor;& multo magis, vbi ad hoſtes peruenerunt, eſto deinceps mutata ſententia allata ipſis nõ tradiderint,ac de priori parte huius Capitis hactenus,ad alteram veniamus,ſcilicet,quinam ſint ij,ad quos hęc deferri prohibitum eſt.

Verſ. Qui ad Saracenos, Turcas, & alios chriſtiani nominis hoſtes, & inimicos, vel hæreticos per noſtras, ſiue huius ſanctæ ſedis ſentẽtias expreſſe, vel nominatim declaratos.

S V M M A.

1 *Saraceni vnde dicti, & qui pprie ſaraceni ſint, & quando chriſtianorum hoſtes eſſe cœperunt.*

2 *Saraceni quinam ſint, ad quos arma, & alia hic poſita deferri nequeunt.*

3 *Turcæ populi quinam ſint, & vnde dicti.*

4 *Hoſtes chriſtiani nominis præter Turcas, et Saracenos ſunt alij mahometicæ perfidiæ ſectatores, Iudæi, Pagani, Apoſtatæ fidei.*

5 *Hoſtes chriſtiani nominis quinã ſint propriè.*

6 *Hæretici per Apoſtolicam ſedem expreſſe, nominatimve declarati quinam ſint.*

IN hac parte quatuor hominũ gña noĩantur. ſ. Saraceni, Turcæ, & alii chriſtiani nominis hoſtes, & inimici, necnon Hæretici nominatim ab Apoſtolica ſede declaratis, ad quos arma, & alia hic in Bulla expreſſa deferri nequeũt. Quare ne ignoremus quinam hi ſint, ob eam rem id hic explicemus, & primo de Saracenis agamus: de quibus hæc contemplabimur. Primò vnde dicti ſint. Deinde, qui propriè Saraceni. Tertiò ſaracenorum nomine q comprehendãtur, quatenus ad rem noſtram pertinet.

1 Quoad primum igitur† Saraceni dicti ſunt à Saraca Arabiæ Vrbe, vt inquiunt Nauar. in cap. ita quorundam. not. 4. nu. 3. verſi. Quarto ergo loco, de iudę. & Couar. lib. 4. var. reſol. capi. 9. & Petrus Meſſias in Noua ſecunda Sylua variæ lectionis, in 3. p. ca. 4. inde enim nomen ſumpſerũt, non autem à Sara vxore Abrahami, vt ipſi ſe iactitant; tũ quod ſi à Sara ortum ducerent, Sarani dicendi eſſent, & non Saraceni; tum quod originem ducunt, vt teſtantur nonnulli, quos refert Couar. ibid. & Petrus Meſſias in eod. Tract. pa. 4. cap. 14. ab Agar Ancilla Abrahami; nam ex ipſa ortus eſt Iſmael, qui eius gẽtis auctor fuit, ac propterea olim ab Agar Agareni, & ab Iſmael Iſmaelitæ ſunt nominati. Ex his igitur apparet vnde ortum duxerint, & quomodo à Saraca Vrbe Principe Arabiæ Petreię, quæ inter Iordanem, & Libanum poſita eſt, de qua prouin

cia Arabię erant ipſi Saraceni. Hoſtes autem chriſtiani nominis eſſe cœperunt, poſtquã Hæracleus chriſtianorum Imperator Regem Perſarum Coſdram deuicit;nam, cũ militaſſent ſub ipſo Heracleo Imperatore,& cõfecto bello ſtipendium peterẽt, eo ipſis turpiter denegato, ab Hęracleo,& ab imperio Romano defecerunt,& multas prouincias chriſtianorum occuparũt, ac deinceps figmentis Mahometi decepti ab ipſo leges acceperunt,& Mahometicam impietatem ſunt ſecuti, quæ chriſtianæ religioni repugnant, vnde chriſtiani nominis hoſtes ſunt. Hinc ergo Saraceni dicti propriè, hinc chriſtiani nominis hoſtes facti.

2 Quoad tertium † quatenus ſcilicet ad rem noſtram pertinet, quinam Saraceni propriè ſint, & ſi DD. variæ ſententiæ ſunt, quas refert Nauar. in cita. ca. ita quorundam. no. 4. nu. 2. & ſuam deinceps affert opinionẽ aliis improbatis, aſſerens Saracenorum nomine omnes Mahometicæ perfidiæ ſectatores contineri, qui chriſtiani nominis hoſtes ſunt actu, vel habitu, & ad eorum fautores, quatenus tales ſunt: quæ opinio quoad eum canonem taceri poteſt; quandoquidẽ ſimpliciter ibi ad Saracenos arma, & alia deferri prohibentur; tamẽ quòd in hac Bulla Romanus Pont. aperte rem declarauit, non eſt quod à verborũ proprietate diſcedamus. Dico igitur Saracenorum nomine compræhendi propriè gentem illã, quã ſupra diximus, non autem alios chriſtiani nominis hoſtes, Mahometicæve pfidiæ ſectatores. Et hoc ob eam potiſſimum rõnem, quoniam de aliis chriſtiani nominis hoſtibus Bulla mentionem partim ſpeciatim, vt de Turcis, & Hęreticis, partim generatim, vt de aliis mentionem inquam, facit, vt videbimus. Nõ eſt igitur ea difficultas hic, quæ aderat in eod. c. ita quorundam, & in c. ſignificauit, & in ca. ad liberandam. de iudæ. nam Romanus Põt. aperte declarauit, quos hac Bulla comprehendere voluit. Ad hos igitur arma, aliaq. hic prohibita deferri nequeũt, vel tranſmitti; alioquin tam deferentes, quàm tranſmittẽtes in excommunicationem incidũt, vt ſupra declarauimus: ſed iam de Turcis agamus.

Turcæ itidem ſunt, ad quos hæc prohibita deferri nequeũt, vt in Cap. hoc huius Bullæ habetur. † Turcæ autem ſunt popu- 3 li quidam ab Aſia maiore profecti Mahometicæ perfidię & ipſi ſectatores. Nomen autem hoc

hum-

ſumpſerunt ab Vrbe quadam antiquiſſima, quæ Troconia dicebatur,& eius populi Troconi: ſed quoniam Scitæ, qui regionem illam ad incolendam venerunt,eam vrbem Turciam, & habitatores turcas nominarunt, hinc Turcæ dicti,vt tradidit Petrus Meſſias in cit.ca.4. Hi ergo proprie Turcę ſunt, & ad hos p̄ dicta deferri nequeunt. Ex his iam apparet Saracenorum nomine gentem vnam ſignificari, quam diximus, non autem omnes ſectam Mahometicā ſectantes;nam & Turcæ eam ſequunt̄, & tamen Saracenorum nomine non compræhenduntur, ac de Turcis hactenus. Iam quòd excommunicatur in hoc capite,& tertium genus hominum q̄ nec Saraceni, nec Turcæ ſunt p̄ ea verba. Et alios chriſtiani nominis hoſtes,& inimicos; ob eā rē quinam hi ſint,qui comprehendantur ſub nomine aliorum hoſtium chriſtiani nominis, explicemus.

Alii hoſtes, & inimici chri-
4 ſtiani nominis ergo ſunt; † Primò omnes alii Mahometicæ p̄fidiæ ſectatores,eſto proprie ſaraceni non ſint,vel turcæ, nam Mahometicam ſectam non ſolū prædicti ſequuntur, ſed alii plures, qui diuerſo nomine nominantur,vt Tartari,Mauri, & Indi,& alii omnes;ſicut enim inter chriſtianos, & qui chriſtianā fidem ſequuntur partim Itali partim Galli, partim Hiſpani, & alio nomine nominantur: ita & Mahometicæ perfidiæ ſectatores vario nomine appellantur;q ergo Saracenorum,& Turcarū nomine non comprehendūtur, per prędicta verba compræhendentur.

Secundo loco illis verbis cōprehenduntur etiam Iudæi;nam etſi eorum ſpeciatim mentio facta non eſt, tamen per prędictā clauſulam generatim exprimūtur; etenim & ipſi chriſtiani nominis hoſtes accerrimi ſunt, vt declarauit exemplis quampluribus Marquard. de Suſa.in Tractatu ſuo.de iudæ.idē dixit quoque Nauar.in cit.c. ita quorundam not.4.nu.17.verſi.Vndecimò infertur,ibi,Quos tamen arbitror comprehendi per proceſſum cœnæ Domini.Nec ad hos igit̄ enumerata hic deferri poſſ̄unt. Ac planè ſi tradātur arma, & huiuſmodi prohibita Iudęis, qui habitant in terris Saracenorum,& Turcarum,aliorumve infideliū, qui chriſtiani nominis hoſtes ſunt,dubium non eſt hoſce Bullam offendere;& in excōmunicationem hanc incidere, quandoquidem illis cōtra chriſtianos vti facile poſſunt, atque

Digitized by Google

ſic reſpondit Nauarr.eod.not.4. nu 12.verſ.Quintò infertur;etenim nec ad chriſtianos, qui in huiuſmodi locis habitant,deferri hæc ſemper poſſe concluſimus;ſi vero tradantur iudæis,q cum chriſtianis habitant,& chriſtiani ſubditi ſunt,diſtinguendũ eſt,nam ſi periculum ſit ipſos Iudęos oblata occaſione armis, & aliis hic prohibitis contra chriſtianos vſuros,ad hoſteſve chriſtiani nominis ea delaturos, in excommunicationem hanc incident,qui hęc ipſis tradent;nã cõueniunt eis verba Bullæ, quia tradũt ea hoſtibus chriſtiani nominis;conuenit & ratio,quoniã illis Chriſtianos oppugnare poſſunt,ergo & diſpoſitio conuenire debet,argu.l.4.§.toties.ff. de damn.infect.& le.regula.§.pen. ff.de regul.iur.Quare quòd,vbi Iudæi habitant in terris chriſtianorum,quæ turcis, & aliis chriſtiani nominis hoſtibus vicinæ ſunt,vt in Vngaria, & in finibus Poloniæ, vel in ciuitatibus obſeſſis à turcis,veriſimile eſt arma contra chriſtianos oblata occaſione moturos,ad hoſteſve delaturos, ob eam rem in illis caſib. ea illis tradere non licebit.Si vero ſunt in Ciuitatibus longè remotis ab infidelibus, & ab ipſis non obſeſſis,cuiuſmodi ſunt Ciuitates Italiæ;quod tunc periculum ceſſat ob eorum paucitatẽ, & veriſimile non eſt contra chriſtianos illis vſuros,in excommunicationẽ non incident,qui hęc ipſis tradunt;nam & Bononię vidi Iudæos vendentes enſes p ciuitatem deambulãtes; atque ſic ſenſit Nauar.in eod.not. 4.num. 14.verſi.Octauò infertur; ceſſat enim tũc prohibitionis ratio,ergo & prohibitio ceſſare debet. argu.c.cum ceſſante.de appe.& le.adigere.§.quamuis.ff. de iur. patron. Quæ autem diximus de iudæis habitantibus cum chriſtianis, eadem ſentimus & de aliis infidelibus, qui apud chriſtianos eis ſubiecti ſunt,ſiue Saraceni,ſiue Turcæ; aliive huiuſmodi ſint;nam neque actu,neq; habitu cõtra chriſtianos his vti queunt,vt dixit Nauar. ibid. nu. 14.Non igitur in excommunicationem incident,qui turcis ſeruis factis chriſtianorũ arma vẽdũt,vbi periculum ceſſat, quod dixi.

Tertiò comprehenduntur ẽt pagani,qui hoſtes chriſtiani nominis ſunt;ob generalem illam clauſulam Bullę iam propoſitã; ergo & ad ipſos prohibita hæc deferri non poterunt.Pagani verò ſunt gentes,q̃ Idola,& Deos multos colunt , & alio nomine Gentiles dicuntur, inde ſic dicti,quod ſicut geniti , ita ſunt à

ſine baptiſmo. Excipiuntur tamen, qui chriſtianis infenſi non ſunt; hoc enim eſſe poteſt, quandoquidem, ſicut Deos multos colũt, ita & Chriſtum Dominũ colere poſſunt. Quod igitur in his ceſſat ratio diſpoſitionis, q; ſcilicet chriſtiani nominis hoſtes non ſunt; ergo & diſpoſitio ceſſare debet, atque ſic aſſeruit quoq. Nau. in cit. c. ita quorundam. not. 4. nu. 21. verſ. Decimo tertio infertur. Hinc Machabęi olim cum Romanis fœdus inierunt, vt habetur li. 1. Machabęorum. c. 8. Hinc hodie in Indiis aiunt, Indos plures contra alios Indos chriſtianis opem ferre; & è contrario Chriſtianos ipſis Indis. Qui ergo hiſce prohibita tradent, in excommunicationẽ hanc non incident.

Quartò comprehendũtur etiam ſub hac generali clauſula Apoſtatę fidei, hi ſcilicet, qui a Chriſti fide defecerunt, & ſectã aliam ſequũtur, cuiuſmodi fuit Iulianus ille Apoſtata, de quo in c. Iulianus. 11. q. 3. licet enim baptiſmum ſuſceperint, tamẽ à fide chriſtianã ſe abdicarũt; q; a hoſtes chriſtiani nominis ſunt, & ob id verba Bullæ eis conueniũt, ob eam rem & diſpoſitio, videlicet vt nec prohibita hæc ad ipſos deferantur. argu. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. & c. in demnitatibus. §. ſupradicta. de elect. li. 6. atque ſic ſenſit Nau. in eod. no. 4. nu. 11. verſi. Tertio infertur. Ac planè vbi apud hoſtes ſunt, nõ eſt quod de hoc dubitemus Secus aũt ſi chriſtianis ſubditi eſſent, & periculum non eſſet iis contra chriſtianos vſuros, vel ad hoſtes ea delaturos; tunc. n. tradentes hæc illis in excõicationem hãc nõ inciderẽt, vt concluſimus ſupra de iudæis. Ex his apparet nos de Apoſtatis fidei, nõ aũt religionis, aut ordinis agere; de quib. omnib. egimus in c. 1. Bullæ. Ad hoſtes igitur chriſtiani nominis deferre hæc nequeunt; cuiuſcunq. generis ſint. Hoſtes † aũt tales ii ppriè ſunt, qui chriſtianos ob hãc cãm tantũ, q; chriſtiani ſunt, & ſic ob chriſtianã religionẽ odio perſequuntur: non aũt ii, qui ob aliam cãm, vt pote ob iniuriã à Chriſtianis acceptã, aut ob bona ab ipſis occupata, chriſtianorũ inimici ſunt; hi. n. proprie Chriſtiani nominis hoſtes non dicũtur, atque ſic ſenſit Nauar. in eodem not. 4. num. 21. verſi. Decimotertiò infertur, ibi, Intelligo autẽ, & num. 10. verſi. Secundò. Quare, ſi ob huiuſmodi cauſas chriſtianos oppugnarent, non autẽ odio religionis, & non occuparent res chriſtianorum, ſed iuſte ſua repeterent, ad ipſos talia deferen-

ferentes,in pœnam hanc nō inciderent; quandoquidem mens Canonum,Bullęque eſt comprimere potenciam hoſtium chriſtiani nominis vt dixit Naua. in eod.not.4.nu.13.verſi.Septimò infertur.

6 Hęretici demum,†qui ſunt aut à Clemente Octauo huius Bullę auctore,aut ab alio Romano Pōtifice hęretici declarati nominatim,vt habetur in ver.propoſito huius Bullæ,ſunt hi,ad quos hęc deferri nequeūt, vt Heliſabeth aſſerta Angliæ Regina,quãdoq; dem ipſa à Pio Quinto nominatim,atq.expreſſe hæretica declarata eſt in Bulla incipi.Regnans in excelſis.lata ann. 1569. Quinto Calen.Martii.Pōtificatus ſui anno v.Quare caueant chriſtiani Principes,ne ad ipſam prohibita tranſmittenda curent. Caueant ēt,ne ad ſubditos eius pdicta deferant,quãdoquidē ſat ipſi deferre dicuntur, ex quo illis ea tradunt;à quib.cum volet auferre,& cōtra chriſtianos vti poterit;etenim & rōne hac ipſi fauent, quamobrem in hoc capite etiam excommunicantur.

Excipiuntur autem primo, q ad eos hęreticos hæc deferunt, qui à Sede Apoſtolica, & ob id à Romano Pont. expreſſe nominatimq.declarati nonſunt. nam Romanus hic Pont.excōicat ſolum declaratos per ſnīam ſuam & Sedis Apoſtolicę; ergo ſecus, vbi declarati non ſunt, incluſiō enim vnius alterius excluſio eſt arg.l.cùm prætor.ff.de iud.& c. non ne.de pręſumpt.

Secundò excipiuntur, qui ad hęreticos etiam notorios deferunt;nam Bulla loquitur ſolū de iis,qui declarati ſunt ſpeciatim, ac nominatim, ergo ſecus de aliis,qui notorii de facto ſunt. Exceptiones tamen hæ duæ mihi non placent,nec veræ ēt ſunt;nã eſto ob pręḋictam rōnē prohibita delatio non ſit, eſt tñ ob hãc, quod chriſtianæ religionis hoſtes ſunt, ad quos ēt prohibitio ſuperiorū ptinet ob antecedent. verſ.Qui ad Saracenos,ibi Et alios chriſtiani nominis hoſtes.

Poſtremò excipiunt ii,quos in priori regula huius Capitis excipimus.His oīb.iam patet, quinā ſint ii,ad quos prohibita hæc deferri nequeunt,iam tertiā partē aggrediamur, in qua prohibita hæc quęnam ſint,habentur.

Ver. Equos,arma,ferrum, filum ferri,ſtamnum,chalybem,omniaque alia metallorum genera,atque bellica inſtrumenta,lignamina canabem,funes tam ex ipſo canabe,quàm alia quacun-

cunque materia, & ipſam materiam, aliaque huiuſmodi, quibus chriſtianos, & catholicos impugnant.

SVMMA.

1 *Equi ad chriſtiani nominis hoſtes deferri nequeunt, eſto pulli ſint, debiles empti ab hoſtibus morboſi, & facti vtiles, non equa.*

2 *Arma equorum, & quibus equi accommodantur, deferri nequeunt.*

HIC ennumerãtur res, q̃ ad chriſtiani nominis hoſtes deferri, tranſmittive nequeũt, & quoniam numero duodecim ſunt; ideo ſingula ſigillatim, ac prius primã explicemus.

1 Equos igitur † primum nemo ad chriſtiani nominis hoſtes ducere, trãſmittereve poteſt, vt id expreſſum habetur in Bulla; idque merito; nam cum per ipſam Bullam prohibeantur ea deferri, quibus chriſtiani oppugnari poſſunt, equi inter animãtes ratione carentes aptiſſimi ad bellum, & ad pugnam ſunt, vt experiẽtia rerum magiſtra docet, vnde illud Virg. Bello armantur equi.

Quare nec equi, qui adhuc pulli ſunt, duci ad chriſtiani nominis hoſtes poterunt; nã grandioribus factis contra chriſtianos vti poſſent, & ſic ratio Bullę locum & in his habet, ergo & diſpoſitio locum habere debet. argum. c. cum dilecta. de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud. ff. ad leg. Aquil. Item & verba locum habent, quãdoquidem pulli equorum equi ſunt, & differũt à grãdioribus ſecundum plus, & minus, quod diuerſam ſpeciem nõ facit, ſicut nec homo ſenex, & homo infans, vt per ſe patet.

Non itidẽ equi deferri ad eoſdem poſſunt, eſto debiles, infirmi, macrive ſint; nam fortes, pinguesque fieri poſſunt, præterea Bulla non diſtinguit, ergo nec nos diſtinguere debemus. argu. le. de prætio. ff. de public. in rem act.

Tertiò duci ad eoſdem equi nequeunt empti ab hoſtib. ipſis morboſi, poſteaquã curati ſunt, vt dixit Nauar. in Man. capi. 27. nu. 63. verſi. Tertia.

Quartò non itidem equę, tũ quod equorum nomine & ipſę comprehenduntur. arg. l. 1. ff. de verb. ſign. tum quòd & ad bellũ ipſę aptæ ſunt, & alios ęquos generare poſſunt. Quare ob id vel min⁹ habiles ad bellum, ſed ad ſobolem ſint, commodę traduci

duci tamen ad ipſos nequeunt; cuiuſcunque generis igitur ſint, deferri nequeunt, atque hoc ſenſit Rebuff. in Prax. benefi. in expoſitione Bullę cœnę Domini. art. 5. in verb. Equos, & Iaco. de Graff. lib. 4. deci. caſ. conſcien. in expoſitione Bullæ cœnæ Domini. nu. 87.

2 Poſtremò nec arma, nec alia neceſſaria ad ęquos armãdos eo deferri mea ſententia queunt, vt frenũ, habenę, ſella, ſeu ephipium, ferra, quibus pedes ęquorum muniuntur, cingula, ſeu faſcię, quibus ephipium conſtringitur, & ſi quid aliud eſt, qđ ad æquos armandos requiratur; tũ quod prohibitum eſt, ne equi ad ipſos hoſtes ducãtur, ergo & acceſſoria prohibita eſſe exiſtimãtur, acceſſorium enim naturã ſui principalis ſequitur, vt habetur in c. vnic. de conſecr. Eccl. vel altar. lib. 6. & c. acceſſorium. de regu. iur. eod. lib. tum quod Bulla prohibet eo arma deferri, at ea quibus equi induuntur, arma dicuntur, unde illud Virg. Bello armantur equi; tum quòd niſi hæc adeſſent, non admodum ad bellandum equi apti eſſent, vt per ſe conſtat, eſto apud Iulium Cæſarem in ſuis Commentariis referatur populos quoſdam equis ſine ephipiis in bello vti, ſed vna hirundo non facit ver. arg. l. nam ad ea. ff. de le. Addo equos aptiſſimos eſſe ad bombardas ferendas, & ad currus vehẽdos; equi ergo ad hoſtes deferri nequeunt, alioquin in excommunicationem hanc incident, eſto vnum equum tantum deferant; excipio tamen vbi quis equum omnino ineptum ipſis traderet, pro corio tantum habendo; ceſſat enim ratio prohibitionis, ergo & prohibitio ceſſare debet. arg. c. cum ceſſantes. de appella. et l. adigere. §. quamuis. ff. de iu. patron.

Verb. Arma.

SVMMA.

1 *Arma ad christiani nominis hoſtes deferri nequeunt.*

2 *Arma ſunt inſtrumenta ad offendendum, defendendumve parata.*

3 *Arma duplicis generis ſunt.*

4 *Arma per ſe triplicis generis ſunt.*

5 *Arma per accidens quænam dicantur.*

6 *Ligna deferẽtes ad hoſtes, quo vallum conſtruant in excommunicationem incidunt.*

7 *Terram deferentes ad hoſtes, quo illa vallum faciant cõntra chriſtianos, in excommunicationem incidunt.*

8 *Paleas, & ligna deferens ad hoſtes*

quo

Quo illis christianorum vrbes in
cendant, in excommunicationẽ
incidit.
9 *Lapides deferens ad christiani no*
minis hoſtes, quo turrim contra
christianos fabricent, in excom-
municationem incidit.
10 *Gladiolos deferens ad hoſtes chri-*
ſtiani nominis an in excommu-
nicationẽ incidat.

1 HIC prohibetur,† ne
ad chriſtiani nomi-
nis hoſtes arma de-
ferantur, vt id quo-
que in Bullæ capite
hoc habetur.
2 Arma autem† huiuſmodi qua
tenus ad rem noſtram pertinet,
ſunt inſtrumenta ad offenden-
dum, defendendumve parata,
vt aſſeruit Rebuff.in Prax.bene
fic.in eod.art.5. in verb. Arma,
& Gloſſ.in extrauag. copioſus.
de iudę.& Angel.in verb.excõ-
municatio.7.num.59.verſi.Pri-
mò tamen ſciendum eſt, & Na-
uar.in Man.cap.27.nu.63. verſ.
Quarta;& Angel.in verb.excõ-
municatio.5.caſ.21.& Armil.in
verb. Excommunicatio. 14.&
Alfonſ. de Viuald. in Explana-
tione Bullę Cœnæ Domini.ca.
7.nu.67.
3 Item† duplicis generis ſunt, q̃
dam videlicet per ſe, quædam
4 per accidens. Per ſe,† rurſus tri-
plicis generis ſunt. Partim ad of
fendendum, vt enſes, lãceę, Cla-
uæ ferreæ, arcus furati, vulgo
ſchioppi dicti, bombardæ, arie-
tes, arcus, ſagittæ, pilæ fereę; la-
pideęve ad bombardas accomo
datæ, vt de multis habetur in le.
2. C. quæ res export. non deb. &
not. Gloſſ. in ca. ita quorundam.
in verb. Ferrum. de iudæ. & Re-
buff. in Prax. benefi. in expoſitio
ne Bullæ. artic. 5. in verb. Arma,
ibi. Et lapides machinarum, et
Syl. in verb. Excommunicatio.
7. nume. 59. et Ioann. Tabien. in
verb. Excommunicatio. 6. nu. 2.
et Nauar. in eod. cap. ita quorũ-
dam. not. 5. nume. 1. cum multis
ſeq. et de nonnullis etiam per ſe
conſtat. Partim ſunt ad defendẽ
dum, vt galeæ, ſcuta, loricę, o-
creę, quibus crura teguntur, at-
que armãtur, chirotecæ ferreæ,
manopole vulgo dictę, atque in
citatis locis de non nullis etiam
his habetur. Partim ſunt ad of-
fendendum, et defendendum, vt
turres lignee, q̃ vulgo Caſe mat
te nominantur. Cuiuſmodi ar-
mis ſuperioribus annis contra
Romandiolæ exules Sereniſſi-
mus Ferrarię Dux uſus eſt. Hęc
per ſe igitur arma bellica ſunt,
et ad id inuenta, atque fabrica-
ta. Quare quòd ipſis hoſtes ar-
mantur, et ob id oppugnari chri
ſtiani queunt, ob eam rem ad ip-

ſos deferri nõ debent: alioquin deferentes, tranſmittenteſve in excommunicationem hanc incidunt; idque merito, pernicioſum enim & proditioni proximum eſt, vt inquit Imperator in citat. l. 2. C. quæ res export. non deb. barbaros, quos indigere cõuenit telis, eos, vt validiores reddantur, inſtruere. Hæc ibi Imperator; iure igitur excommunicationis pœnam patiuntur: ſed de armis per ſe hactenus; iam quæ per accidens arma ſint, explicemus.

5 Per accidens † arma bellica verò ſunt inſtrumenta ad aliud agendum fabricata, ſed intentione tamẽ hominis pro armis bellicis habita, vt exempli gratia ligones, raſtra, ſecures ſudes, & id generis; hęc enim non ad pugnãdum, ſed ad terram, fundoſque colendos fabricata ſunt, vt p ſe patet; quæ tamen armorum loco habentur, ſi ipſis ad pugnandum quis vti velit, & ob eam rẽ arma intentione hominis dicũtur, quia ſua natura, & per ſe ad id facta non ſunt, ſed tamen fiũt talia, quia ſic homines volunt, atque ſic ſenſit Anchara. in Clemen. 1. §. quia vero. num. 30. verſicu. Circa hoc, de ſtat. monach. vbi ait lapides armorum appellatione contineri, ſi habeant ob id, vt illis aut offendant; aut defendant, & in re noſtra dixit Tabien. in verb. Excommunicatio 6. num. 2. verſi. Primo nomine. Illa vero, ait ibi, quibus poſſumus vti pro armis, & pro alio vſu, ſdici arma ex intentione vtẽdi his p armis defenſionis, vel offenſionis, ideſt ſunt arma, ſi qs hoc animo aut ad defendẽdum, aut offendendum vtatur. Idem ſenſit Angel. in verb. Excommunicatio. 5. caſ. 21. & Syl. in ver. Excommunicatio. 7. num. 59. verſ. Quibus etiam in aliis vtimur, & Tolet. in Bulla Cœnæ Domini, excommunicatio. 5. num. 7. cum ſeq. & Nauar. in cit. c. ita quorũdam. not. 5. num. 59. verſi. Octauò infertur; nam ibi ait eos, qui lapides, & alia, quę nocere poſſunt, vel defendere, ad hoſtes deferunt, licet ad id parata nõ ſint, in excommunicationem incidere, ſi ob id ea deferant, quo in pͤliis ad offenſionem, & defenſionem contra chriſtianos vtãtur; non autem eos, qui ad alios vſus bona fide illa deferunt; quãuis ipſi hoſtes in aliquo caſu cõtra mentem deferentium in prę lio in chriſtianos vtantur. Hæc igitur inquit ibi Nauarr. ex his igitur patet, quæ arma intentionis ſint.

6 † Quare qui ad hoſtes lignorum faſſiculos, ac manipulos deferunt, quò ipſis vallũ cõſtruant, vt ſe facilius cõtra chriſtianos

ſtianos tueātur,faciliusve,chri-
7 ſtianos oppugnent;† ſicut & qui
terram ad idem important,in ex
communicationem hanc inci-
8 dent;† Qui itidem paleas,& li-
gna ad incendēdam chriſtiano-
rum vrbem,quòd ob eorum in-
tentionem arma fiunt, quibus
chriſtiani oppugnantur, eſto a-
liàs talia ſua natura non ſint,eā-
9 dem pęnam non effugiēt.† Qui
etiam lapides ad turrim turca-
rum deferunt, quo in chriſtia-
nos eam oppugnātes proiiciāt,
eadem cenſura obligabuntur;
nam etſi lapides ad conſtruen-
das ædes facti ſunt, intentione
tamen arma fiunt.Hęc autem lo
cum habent,eſto nō hoc animo
deferant,ſed vt lucrentur, ſciūt
tamen, vel ſcire poſſunt contra
chriſtianos illis vſuros, ita Iaco.
de Graff.lib.4.deciſ.caſ. conſci.
in Bullæ cœnæ Domini,explica
tione.num.88. Ex his iam con-
ſtat inſtrumenta ferrea rerum a
liarum intētione arma fieri poſ
ſe;nam & alias inſtrumenta quę
cunque arma dicuntur, vt id ꝓ-
bauit Nauar.in cit.c.ita quorun
dam,not.5.Hæc igitur arma ꝑ
accidens ſunt;illa per ſe, quæ ſi
quis ad hoſtes deferat, in excō-
municationem hanc incidet, vt
cita.auctores eiſdem in locis in
quiunt. Excipiuntur tamen qui
hæc arma per accidens ad chri
ſtiani nominis hoſtes deferunt,
non eo animo,quo arma ſint;nā
in excommunicationem hāc nō
incident,ex quo nec per ſe, nec
10 per accidens arma deferunt. †
Quare, qui gladiolum ad cala-
mos aptandos, ad incidendum
panemve ad hoſtes huiuſmodi
deferūt, in excommunicationē
non incident; nam armorum no
mine non comprehenduntur,vt
inquit Angel.& Syl.ibidem, &
nos ſupra,modo tantam eorum
copiam non deferant, vt illinc
arma fieri poſſint, tunc enim nō
quod arma detulerint,ſed quod
ad bellum vtilia importauerint,
in excōmunicationem incidēt,
atque ſic ſenſit Nauar.eod. not.
5.num.25.verſic.Decimotertiò
infertur;& Martinus Alfonſ.de
Viuald.in Candelabro par.2.in
explanatione Bullę Cœnæ Do
mini.art.7.num 67.& quoniam
armātur etiam equi ad bellum;
ideo & arma equorum deferri
prohibitum eſt; quod & antea
aſſeruimus: & de armis hacte-
nus.

Verb.Ferrum.

SVMMA.

1 *Ferrum ad chriſtiani nominis hoſtes deferri non poteſt.*

2 *Tam factum, quàm infectum.*

3 *Ferrum factum, & infectum quod nam ſit.*

4 *Terra, vnde ferrum fit, an prohibita ſit deferri ad hoſtes chriſtiani nominis.*

5 *Ferri parua quantitas ſi ad hoſtes chriſtiani nominis deferatur, an deferens in excommunicationẽ incidat.*

1 HIC quoque† prohibitũ eſt, ne ad chriſtiani nominis hoſtes ferrũ deferatur; idq; merito, nam ex ferro arma fiũt, quę vt vidimus ad eoſdẽ hoſtes deferri nequeunt; ex quo igitur conſequens prohibitum eſt, & antecedens prohibitum eſſe debet. arg. l. oratio. ff. de ſponſ.

2 Ferri autem † nomine tam factum, quàm infectum comprehenditur in hac materia, vt habetur in l. 2. C. quæ res exporta. non deb. & vt inquiunt Ioã. Tabien. in verb. Excommunicatio. 6. num. 3. verſic. Secundò, & Nauar. in cit. c. ita quorundam. not. 6. de iudæ. & in Man. cap. 27. nume. 63. verſic. Quinta, & Rebuf. in Prax. benefici. in expoſitione Bullæ Cœnę Domini. arti. 5. in

3 verb. Ferrum. † Factum autẽ ferrum intelligo id, ex quo aliquid fabricatum eſt, vt arma, & id generis; infectum autem id, quod eſt adhuc in maſſa, vel in lininis, vt Nauarr. ibid. tradidit; etenim & argentum infectum illud dicitur, ſicut & aurum, ex quo nihil effectum eſt, vt habetur in le. cũ aurum, & in l. etſi non ſint. §. argento facto, & §. infecto, & le. Quintus Mutius. ff. de aur. & argent. legat.

4 At quid † de terra, vnde ferrum fit, an & hęc ferri nomine continebitur, vnde in excommunicationem hanc ad hoſtes ipſam deferens incidat? Syl. in verb. Excommunicatio. 7. num. 59. verſi. Et ſecundò, quod nomine ferri tenuit & hanc terram comprehendi; nam declarãs nomine ferri infecti quid contineatur, inquit id eſt vena ferri. Contrariã tamen opinionem ſequitur Nauar. in cit. c. ita quorundam. not. 6. & hoc ob eam rationem, quoniã vena ferri, ſeu terra, ex qua ferrum conflatur, non eſt ferrũ; ergo ex quo ei nomen non conuenit, nec nominis definitio cõuenire debet. arg. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. Quid igitur cõcludendum? Ego ſentio opinionem Syl. ſequendam eſſe. Nam eſto verbi natura proprie nõ cõprehendatur, ex mente legiſlatoris tamen comprehẽditur, qs enim dubitet, ſi Romanus Pont. interrogaretur, an vellet ſaltem terram hanc ad chriſtiani nominis hoſtes deferri, id conſtanter ne-

negaturum eſſe? quippe qui noſcet inde ferrum conflari poſſe, ergo perinde habendum eſt, atque ſi illud expreſſiſſet, vt tradidit Gloſſ. communiter recepta in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. 5 etenim ferrum de proximo conflando pro conflato habetur. argu. l. pen. ff. de milit. teſt. præterea fraus legiſlatoris menti fieret; nam prohibet ferrum deferri; & tamē quodāmodo deferri poſſet, & deferretur, ſi terra, vnde illud fit, deferre quis poſſit: at iuri fraus facienda non eſt, c. fraus. de regu. iur. libr. 6. Poſtremò facit, quòd hic agitur de fauore Eccleſiæ, ergo latior interpretatio facienda eſt. arg. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſump. fune. Concludo igitur nec terram hanc deferri poſſe: & multo magis vbi hoc animo exportaret, quo inde ferro conflato contra chriſtianos hoſtes vterētur: quē caſum & ipſe Nauarr. ſub Bulla cœnæ Domini comprehendi dixit in Man. cap. 27. num. 63. verſ. Secundò, ibi. Niſi cum ea mēte, & Iacob. de Graff. lib. 4. deciſ. in expoſit. Bullæ Cœnę Domini. n. 89. Et ex his ceſſant rationes à Nauar. adductæ, ſi propoſitas rationes quis contempletur. Ferrum igitur factum, infectumve ſit, ad chriſtiani nominis hoſtes deferri non debet (quamuis crediderim ex quo armorū ſpeciatim mētio facta eſt, nomine ferri ferrum propriè hic accipi) alioquin in excommunicationes quis incidet.

Excipio 6 tamen, vbi parua q̄titas ferri facti, vel infecti defertur; tunc enim in excommunicationem deferens non incidet, vt diximus antea, & Syl. in ver. Excommunicatio. 7. num. 59. verſi. Et ſecundò, & Ioann. Tabien. in verb. Excommunicatio. 6. num. 3. & Nauar. in cit. c. ita quorundam. not. 6. num. 12. Quod tamē verum cenſeo, vbi ex parua illa ferri quantitate, ratione loci, ac temporis magnum detrimentū chriſtianis non contingit, vt exempli gratia, bellum geritur à turcis contra chriſtianos, & turcæ volunt nocte inſidiis paratis concludere clauis foramina bōbardarum chriſtianorum, quo minus deinceps ipſis vti chriſtiani queant, id eſt inchiodare; qui igitur in hoc caſu vel vnum clauum turcis dederit, ob graue dānum, quod inde ex re illa parua ſequtur, ſine dubitatione tradēs in excommunicationem incidet: idem de eo ſentio, qui in prælio hoſti pilam ferreā traderet, ſciens, ſcire ve potens, vel debēs eam in chriſtianos proiecturū: in huiuſmodi igitur his caſibus, vbi à re parua detrimentū graue

ue proficiſci poteſt, & rem paruam tradens in excommunicationem incidet.

Verb. Filum ferri.

SVMMA.

1 *Filum ferri ad chriſtiani nominis hoſtes deferri non poteſt, & quamobrem.*

1 HIC† quoque ad hoſtes chriſtiani nominis filum ferri deferri prohibetur, vt in verſic. propoſito habetur: etenim eo pilæ armatæ fiunt, & bombardis, ſclopetiſque pilæ plures ſimul iunctę, atque incluſę, indeque eiectæ graue damnum inferunt. Addo ex filo ferri arma alia fieri poſſe, vt pote ſpicula ſagittarum, & alia etiam armorum genera, vbi quãtitas magna adeſt.

Verb. Stamnum.

SVMMA.

1 *Stamnum ad chriſtiani nominis hoſtes deferri non poteſt, & quãobrem.*

1 HIC quoque † ad chriſtiani nominis hoſtes deferri prohibitum eſt ſtamnum, vt in eod. verſic. habetur; etenim ad bombardas faciendas accommodatum eſt, ac propterea ad bellum aptum & ad alia etiam vtile; ſtãnum autem ſpecies metalli eſt, quod in fodinis inuenitur cum argento, & in fornace primum liqueſcit, & Plin. plumbum albũ vocat.

Verb. Chalybem.

SVMMA.

1 *Chalybs ad hoſtes chriſtiani nominis deferri non poteſt.*

1 HIC qnoque† prohibitũ eſt, ne ad chriſtiani nominis hoſtes chalybs deferatur, vt in verſi. habetur; & proprie hic accipitur pro eo ferro, qđ vulgo dicitur acciaio, quamuis aliàs generatim pro ferro accipiatur: ſed quoniam ſpeciatim ferri mentio facta eſt, ob eam rẽ pro metalli ſpecie accipere hic debemus.

Verb. Omniaque alia metallorum genera.

SVMMA.

1 *Metallorum genera nulla ad hoſtes deferri poſſunt.*

2 Me-

1 *Metallorum genera ſeptem ſunt, & quæ.*
3 *Plumbum ad chriſtiani nominis hoſtes deferri non poteſt.*
4 *Aurum ad chriſtiani nominis hoſtes deferri non poteſt.*
5 *Argentum ad chriſtiani nominis hoſtes deferri non poteſt.*
6 *Nũmi aurei, argentei alteriuſve materiæ an ad chriſtiani nominis hoſtes deferri poſſint.*

1 HIC †ne deferantur alia metallorum genera, prohibetur: idque merito, nã ex metallo arma omnia fiunt, vt bombardæ, enſes, & alia huiuſmodi.
2 †Immò, quoniam metallum genus eſt, ob id plures ſpecies ſub ſe habet, ſcilicet ſeptem, aurum, argẽtum, electrum, æs, ſtamnum, plũbum, & ferrum, vt inquit Iſido. & Luc. de pœnna, quos refert, ac ſequitur Rebuff. in ſua Prax. benefi. in expoſitione Bullæ cœnę Domini. art. 5. in verb. Metallorum genera, & habetur apud Plin. Hiſtor. lib. 34. cap. 1. & cap. 14. & cap. 16. cum ſequ. ob eam rem præter prædicta, ſcilicet ferrum, ſtamnum, chalybem, comprehendit etiam aurum, argen-
3 tum, plumbum, & ſimilia. † Quare neque plumbum ad chriſtiani nòminis hoſtes deferri licebit; prohibito enim genere. & ſpecies omnes prohibitæ ſunt, & remoto genere remouetur & quælibet eius ſpecies. argu. l. ſi quid earum. §. inter emptum. ff. de leg. 3. not. Iaſo. in l. filius à patre. num. 10. ff. de lib. & poſt-
4 hu. †Minus etiam ob eandem rationem aurum argentumve ad eoſdem deferri poteſt, vel facta vel infecta ſint.
5 At quid † de nũmis aureis argenteisve, alteriuſve materiæ, an ad ipſos hoſtes impune deferentur? Videbatur dicendũ hęc non comprehendi. arg. le. Quintus. §. 1. ff. de aur. & argent. lega. & l. cum aurum. ff. eod. Atqui cõtrariam ſententiam veriorẽ cenſeo; nam metalla ob eam rem ꝓhibita ſunt, quoniam ad bellica inſtrumenta confirmanda ſunt apta, ergo multo magis pecuniæ, quæ & nerui belli dicũtur, vt teſtatur Alfonſ. Aluarez. in ſuo Theſauro. cap. 71. nu. 3. & ad bellum omnium maximè accomodatæ; illis enim comeatus parantur, arma habẽtur, exercitus fiunt, vrbes, arceſque expugnantur. Declarauit hoc in Vngaria Clauarini Vrbs, quæ non armis, non militum virtute, ſed auro expugnata eſt, ſenſit hoc etiã Virgi. dum inquit ibi; Auri ſacra fames, quid non mortalia pectra cogis? & Horat. lib. 3. carm. in ode Incluſam Danaem turris ahe-

nea.

nea. Poſtremò probatur id etiã hac ratione, quoniam per Bullã prohibitũ eſt, ne metalla ad hoſtes chriſtiani nominis deferantur, vt vidimus, ergo & ea, quæ fiunt ex ipſis; quandoquidẽ metalla non per ſe prohibita ſunt, ſed quoniam ex illis fiunt, & cõflantur ea, quæ ad bellum apta ſunt, ergo & nũmi cuiuſcunque materiæ, prohibiti erũt, ex quo ad bellum aptiſſimi ſunt, vt proximè vidimus. Poſtremò facit, quoniam vbi per ſtatutum prohibetur, ne frumẽtum ex aliquo loco extrahatur, farina quoque, quæ ex frumento fit, extrahi nõ poteſt, vt aſſeruit Viu. in ſua Sylopi. 765. ergo idem & hic. Nec obſtant inra ſupra citata; nã ob eam rem argento legato nũmi non comprehenduntur; ne hæres nimis oneretur, & ſic ſumus in re odioſa, at hic ſumus in re gratioſa ob fauorem chriſtianę Religionis. argu. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. fun. ergo eſt amplianda. c. odia. de reg. iur. li. 6. & l. cum quidam. ff. de libe. & poſth. Addo ſi non ex hoc capite deferentes in excommunicationem incidunt, ex illo tamen eos incidere, quòd illis fauent, quod eadem pœna in hoc capite prohibitum eſt, vt videbim⁹. Ab hac igitur opinione diſcedendum non cenſeo, quam & tenuit Nauar. cap. 27. num. 63. verſic. Sexta, & Viuald. in Candelabro. in 2. p. in explanatione Bullæ Cœnę Domini. caſ. 7. nu. 58.

Excipio tamen chriſtianos, qui ſub imperio hoſtiũ chriſtiani nominis ſunt; nam ſi pecuniã præſtent pro tributis, ex quo aliter effugere id nequeunt, in pœnam hanc non incidẽt, quippe quia coacti id faciunt.

Secundò eadem ratione, & ꝗ de duobus malis minus eſt eligẽdum, ſi Chriſtianus Princeps inferior uiribus non poteſt reſiſtere, exempli gratia, Turcarũ Principi, ne bello ab eo vexetur, licebit redimere vexationem pecunia data. argu. c. dilectus. 1. de ſimon.

Tertiò quando quis aliter ſe, ſuoſque populos tueri non poteſt, tantum in ſingulos annos vel ex conuentione pręſtari ei poterit, quo beneuolum eum ſibi reddat, ſibique bellum nõ moueat. Immò & iis, qui apud Principem plurimum poſſunt, pecuniam elargiri licebit, quo principem à bello cõtra chriſtianos mouendo auocent: ſed de his hactenus, ad alia tranſeamus.

Verb. Atque Bellica inſtrumenta.

S V M M A.

1 *Bellica inſtrumenta deferri ad hoſtes chriſtiani nominis nequeũt, & quæ ſint hæc.*

1 HIC quoque † ne ad eoſdem hoſtes bellica inſtrumenta deferantur, prohibitum eſt, vt dicitur in eod. verſic. Hæc autem ſunt (præter bõbardas, ſclopetos, arcus, quę meminit Rebuff. eod. art. 5. in verſic. Bellica inſtrumenta, de quibus ſupra egimus in verb. Arma) vt inquit Nauar. in Man. cap. 27. num. 63. verſ. Sexta, ibi Per bellica inſtrumenta, Timpani, Fiſtulę, Litui, Cornua, & Tubæ; his enim militum animi ad pugnandum aliciũtur. Hinc Virg. de Palinuro. lib. 6. Aeneid. inquit; Aere ciere viros, Martiſque accendere cantu. Hæc interpratatio, etſi taceri poteſt, ego tamen his maiora intelligo, ſcilicet ea omnia, quæ ad expugnandas Vrbes, Naues, exercituſque ſuperandos pertinent, cuiuſmodi ſunt turres ligneæ, ſcalæ ad conſcendendos muros, ignes arte facti, qui dicuntur fuochi artificiali, manus fereæ, quibus naues comprehenduntur, ne aufugiant, quas meminit Iulius Cæſar in ſuis cõmentariis, & id generis.

Verb. Lignamina.

S V M M A.

1 *Lignamina deferri ad chriſtiani nominis hoſtes nequeunt, & quæ ſint hæc lignamina.*

2 *Naues, triremis, & huiuſmodi ad chriſtiani nominis hoſtes deferri nequeunt.*

3 *Ligna ad ignem faciendum an deferri ad hoſtes poſſint.*

1 HIC † ad eoſdem lignamina deferri prohibentur, vt in cit. verſ. habetur. Nomen hoc autem barbarum eſt, vſitatum tamen, & idem ſignificat, quod latinè Lignum. Ligna igitur ad hoſtes chriſtiani nominis deferri nequeunt; & quoniam ea prohibẽtur deferri, quibus chriſtiani oppugnant, ob eam rem non quæuis ligna, ſed ea ſolum, quæ ad bellum apta ſunt, prohibentur.

Hæc autem ſunt ligna, ex quibus haſtę, clipei, arcus, ſagittæq. fiunt.

Item ea, ex quibus rotæ fiunt ad vehendas bombardas & ex quibus naues ędificantur, & remi, malus, antẽnæ, & turres ligneę. Hæc igitur & id generis ligno-

rum nomine compræhendũtur, quatenus ad rem noſtram pertinet. Quare Angel. in verb. Excõmunicatio. 5. §. 1. per hoc verbũ Lignamina, inquit comprehendi quæcunque ligna; per quę naues, galeę, aut aliquæ machinæ bellicę poſſint fieri ad impugnãdos chriſtianos, vel defendendum ſe ab eis; non autem alia, q̃ ſolum ad ignem faciendum, vel ad aliquam aliam ſimilem actionem à bellicis remotam eſſent apta, & ſequitur etiam Naua. in cit. c. ita quorundam. not. 7. nu. 12. verſic. Alterum, & nume. 13. verſi. Ipſo iure, & num. 16. Concludo igitur, & in Man. capi. 27. num. 63. verſic. Sexta, ibi Per lignamina videntur intelligi, idẽ inquiunt Syl. in verb. Excõmunicatio. 7. num. 59. verſic. Et tertiò, quòd nomine lignaminum, & Tabien. in verb. Excommunicatio. 6. verſic. Tertiò, & Tol. in Bulla cœnę Domini, Excommunicatio. 5. nu. 9. idem ſenſit Gl. in verb. Lignamina in cit. extrauag. copioſus. de iudæ. & Rębu. in Prax. benefic. in expoſitione Bullę Cœnæ Domini. arti. 5. in verb. Lignamina, vbi ait omnia ligna intelligi, quibus fieri poſſunt naues, galeæ, & Machinæ offenſiuę, & defenſiuæ.

2 Secundò nomine † hoc cõprehenduntur etiam naues, triremes, & huiuſmodi, necnon turres ligneę; tum quòd ligna ob id prohibita ſunt, ne inde naues fiant, & propterea quòd vnumquodque eſt tale, & illud magis tale. argu. auth. multo magis. C. de ſacroſanct. Eccleſi. tum quòd ſtatuto prohibente, ne frumentum extrahatur, nec farina extrahi poteſt; vt dixit Bart. in l. q̃ ſolum. §. illud. ff. de leg. 3. quem communiter receptum teſtatur Viu. in ſua Syl. opin. 765. & opi. 766. immò nec panis extrahi poteſt, vt dixit idem Viu. in ead. opin. 766. num. 5. verſi. Cæterũ vt redeat; nec igitur inſtrumenta bellica, & quæ ad bellum vſui eſſe poſſunt ex lignis fabricata, vt naues, ad hoſtes chriſtiani nominis deferri nequeunt, atq. ſic dixit Nauar. in cit. c. ita quorundam. not. 7. num. 20. verſicu. Tertiò infertur, & in Man. cap. 27. numer. 63. verſicu. Sexta, ibi. Per lignamina, & Viuald. ibid. nu. 59. Quare nec naues ad bellandum aptæ vulgo Galeæ dictę; nec onerariæ, quę ad commeatus ferendos ſunt accomodatæ, quod ſenſit Nauarr. eod. nu. 27. verſic. Quartò, infertur, nec naues ſpeculatoriæ, quę ad ſpeculandum mittuntur, nec nauiculæ, & ſcalmi, quibus ad terram deſcenditur, ob eandem rationẽ ad eoſdem deferri queũt. Ligna

igitur

igitur hæc deferri prohibētur.

3 Excipiuntur tamen ea, † quæ ad ignem faciendum neceſſaria ſunt: nam hęc deferentes in excommunicationem hanc non incident, vt inquiunt Ang. & Syl. & Rebuff. in cit. locis, & Nauar. in Man. cap. 27. num. 63. verſicu. Sexta ibi, Per lignamina. Quod tamen locum habere cēſeo, vbi detrimentum graue chriſtianis inde non naſceretur. Quare ſi ligna huiuſmodi ad hos hoſtes deferantur, quibus ab ipſis aut Vrbs aliqua chriſtianorum incē datur, aut vallum contra chriſtianos conſtruatur, aut etiam dum, vel chriſtianos oppugnār, vel à chriſtianis oppugnantur, panes coquantur, ne fame pereat, qui ſcientes hęc deferunt, ſcireve probabiliter debentes, in excommunicationem hanc incidūt; etenim in his caſibus & Bullæ verba hiſce conueniunt, quia ligna deferunt; & ratio, quia illis oppugnantur chriſtiani: præterea ſunt arma intentione, ex quo his chriſtiani oppugnātur, quæ prohibita ſunt deferri, vt diximus.

Verb. Cannabem.

S V M M A.

1 *Cannabis ad hoſtes chriſtiani nominis deferri non poteſt, & quā obrem.*

2 *Vela nauium, & pannus, vnde fiūt vela, deferri nequeunt ad chriſtiani nominis hoſtes.*

1 HIC† quoque prohibetur, ne cannabis deferatur. Id quod ob eam rationē fit, quoniam eo vti queunt, & ad vela nauium facienda, & ad funes, & ad alia huiuſmodi, vt ad ſchalas quibus in muros, ac naues conſcenditur. 2 †Quare ob id nec vela, nec pannus, vnde vela conficiuntur deferri poſſunt, ſicuti in ſuperiori caſu in ſimili aſſeruimus. At quid de ferentibus ſemen cannabis? Plane ſi hoc animo deferant, quo chriſtianis obſint in excommunicationē hāc incident, ſicut diximus ſupra de terra ferri; aliàs verò fortaſſe non incident.

Verb. Funes tam ex ipſo cānabe, quàm alia quacunq. materia, & ipſam materiā.

S V M M A.

1 *Funes deferri ad chriſtiani nominis hoſtes nequeunt ex quacunque materia.*

2 *Linum, Lanaque ad chriſtiani nominis hoſtes deferri nequeunt.*

Ee 2 Hic

1 HIC prohibentur † funes, & eorum materia ad chriſtiani nominis hoſtes deferri, nam ipſis ad multa vtimur, vt ꝓximè diximus, ſiue igitur ex cãnabe ſint vt dicitur ibi, ſiue ex lino, lana, aliave re cõtexti, nihil intereſt; quandoquidem deferri prohibentur, ex quacunque materia conſtent, ob verba illa Bullę ſiue ex alia materia, atque ſic dixit Nauar. in Man. cap. 27. nu. 63. verſic. Sexta, ibi. Per funes.

Materia quoque, vnde funes fiunt, eodem deferri prohibeť.

2 †Quare neque linum, neque lana, neque aliud, vnde fiant, deferri poteſt: alioquin deferẽs in excommunicationem incidet.

Verb. Alia denique huiuſmodi, quibus chriſtianos, & catholicos impugnant.

S V M M A.

1 *Homines deferri, ac duci nequeunt ad chriſtiani nominis hoſtes, quo eorum opem contra chriſtianos vtantur.*

2 *Victus gratia quæ parantur, deferri ad chriſtiani nominis hoſtes nequeunt.*

3 *Oppugnãdi chriſtianos, ab eiſdemque ſe defendẽdi gratia nihil ad chriſtiani nominis hoſtes deferri poteſt.*

4 *Terribiles chriſtianis quibus hoſtes ſiunt, ea deferri ad eos nequeunt.*

5 *Euntes ad chriſtiani nominis hoſtes, quo ipſis opem ferant, in excommunicationem incidant.*

HIC generatim ad hoſtes chriſtiani nominis deferri prohibentur omnia, quib. chriſtiani oppugnãtur. Et quoniam clauſula hęc generalis eſt, quę ꝑter ſpeciatim prohibita alia nõ nominata prohibet; ideo quę nã ſint, explicemus.

1 Primum igitur † deferri prohibentur homines, cuiuſcũque ſectæ ſint ad chriſtiani nominis hoſtes, quo ipſis in bello contra chriſtianos vtantur, vtpote ad remigandum, bellandum, & ad alia munera obeunda.

2 Secundò loco † prohibentur ea deferri, quæ ad victum pertinent, quo chriſtiani nominis hoſtes contra chriſtianos in bello ſuſtententur, vt panis, vinum, farina, carnis, oua, caſeꝰ, piſces, & alia, vt frumentum, ordeum, legumina, & huiuſmodi ad victũ neceſſaria. Immò & medicinę, q bus vulnerati ſanentur, & medici etiam ad eoſdem deferri prohibentur. Quare, qui ad turcas modo

modo hęc deferũt,qui in Vngaria bellum cõtra chriſtianos gerunt;ſine dubitatione in excommunicationem hanc incidẽt,atque ſic ſenſit Nauar.in cit.ca.ita quorundam,not.10.nu.44.verſi.Vigeſimò infertur.& facit ca. quod olim,de Iudæ.

3 Tertiò † pręter prædicta,& alia deferri prohibentur, quibus aut chriſtianos oppugnent, aut ſe ab illis defendant. Qui ergo ad ipſos ſtupem,picẽ, clauos ad naues, triremeſque conſtruendas deferunt,pœnam hanc non euadent,atque ſic dixit Nauarr. in c.ita quorundam.no.7. num. 17.verſic.Ex quo infertur.de iudæ.Qui deferunt etiam vela nauium,ſeu telam ad ea facienda, in excommunicationem hãc incident,vt dixit Caieta. quem & ſequitur a Nuar.in cit.c.ita quorundam.not.7.num.13.verſicu. Materiam autem ſecundariam. Qui ligones etiam,nec non raſtra,& id generis ad hoſtes deferunt, quo ipſis aut vallum conſtruant, vel foſſam fodeant,vel minas,ſeu cuniculos agant, excommuuicatione hac obligabũtur;nam etſi arma hæc ad oppugnandum,defendendumque facta non ſunt,deferentium tamẽ intentione talia fiunt, atque ſic ſenſit Nauar.in cit.c.ita quorundam.not.3.in fine. Qui lapides quoque terram,arenam,calcem, ſabroſque ad turrim ędificãdã, quo inde facilius chriſtiani oppugnentur, tutioreſque contra ipſos ſint, ad chriſtiani nominis hoſtes deferunt,excommunicationem hanc non effugiunt. r Id quod locum habet,eſto inte ipſos, & chriſtianos bellum tunc nõ ſit;ſat enim eſt,vt contra chriſtianos hæc fiãt,atque ſic reſpõdit Nauar.eod.not.10.num. 45. verſic.Vigeſimoprimò infertur. Multo magis ergo in pœnam hanc incident,qui arcem iam factam,turrim,ſpeculam munitã, non munitamve ipſis tradunt, vel aliam quamcunque fabricã ligneam,lapideamve cuiuſcunque generis, quæ vel ad oppugnandos chriſtianos,vel ad tuẽdos hoſtes à chriſtianis apta ſint;nam tunc, modo id ſciant, ſcireve debeant,in excommunicationem hanc incident, vt ſenſit Nauar.in eod.not.10. nume. 43.verſicu.Decimononò infertur.Excipitur tamẽ,vbi quis coactus illa tradidit, vt pote quia captus eſt,quamuis ſtrenue illa defendendo ſe geſſerit.Qui itidem tribuit iumenta, currus ad vehenda,quæ ad exercitum pertinent,vt boues, mulos, aſinos, & id generis,atque ſic ſenſit Iacob.de Graff.lib.4.deciſ.caſ.cõſc.in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini.

Domini.num.87.hac pœna obligabitur.

4 Quartò†ea quoque deferri vetantur, quibus hoſtes prædicti chriſtianis magis terribiles fiũt eſto ad bellum apta nõ ſint. Nõ igitur plumæ, non galeri, militareſque panni, vt hodie pelles ex ceruo deferri debent, vt ſenſit Nauar. in eod. not. 10. nume. 44.

Quintò nec pulueres ad bõbardas pertinentes, ſclopetoſve, nec ſulfur, nec nitrum, ex quib. pulueres prędicti fiunt, ob eaſdẽ rationes; nam deferentes in excommunicationem hanc incidunt; ſicut qui prædicta omnia ad id ſciens parat, venditve iis, q̃ ad hoſtes ea deferre volunt; & ſicut Principes, qui ſciẽtes de ſuis terris, atque locis, ac portub. ea exportari, id permittunt; nã per alios hi deferre videntur, quos & comprehendi ſupra diximus, atque ſic ſenſit Nauar. eod. not. 8. num. 16. verſicu. Quintò infertur. & num. 20. verſic. Septimò infertur.

Sextò qui pecuniam defert; quandoquidem per ipſam prædicta omnia facilè parantur, vt

5 ante diximus.†At quid de iis, q̃ eunt ad hoſtes, quo ipſis contra chriſtianos opem ferant, an in excommunicationem hanc incident? planè in excommunicationem hanc incidere hos cenſeo; nam, ſi prædicta deferendo incidunt, quæ p̃ ſe operari nequeũt, quanto magis ipſimet ſe dedendo incident? Addo hos pro certo hoſtib. fauere in damnũ chriſtianę religionis, qui etiã in hoc capite excommunicantur, vt videbimus. Hæc igitur ſunt alia huiuſmodi, quæ ad hoſtes chriſtiani nominis deferri prohibentur, & ſic abſoluta ẽ prima pars huius Capitis, quæ tria complectebatur, vt vidimus; iam alterã aggrediamur.

Verſ. Nec non illos, qui per ſe, vel alios de rebus ſtatũ chriſtianæ Reipublicæ concernentibus in chriſtianorum perniciem, & damnũ ipſos turcas, & chriſtianæ religionis inimicos, nec nõ hæreticos in damnum catholicæ religionis certiores faciunt.

SVMMA.

1 *Nunciata chriſtiani nominis hoſtibus quænam ſint in perniciem chriſtianorum.*

2 *Nunciata chriſtiani nominis hoſtibus quænam ſint in perniciem chriſtianæ religionis.*

Hic

HIC duo genera hominum excommunicantur. Primũ eorum, qui certiores faciũt turcas, & chriſtianę religionis inimicos de reb. ſtatum Reipublicæ concernentib. chriſtianorum pniciem; alterũ eorum, qui de illis rebus certiores hęreticos faciunt in damnũ catholicæ religionis, de quibus ſingulis agendum eſt. Verũ, vt res dilucidior reddatur, pmittẽda duo ſunt. Primum quænã ſint illa, quæ turcis, & chriſtianę religionis inimicis nunciata in chriſtianorum perniciem, & damnũ vertantur. Deinde quæ hæreticis nũciata in damnum chriſtianæ religionis ſint. Poſtremò q̃d iuris ſi de ſtatu alicuius priuati certiores fiant.

1 Quoad primũ igit̃ † ea in chriſtianorum perniciem, & damnũ nunciata dicuntur Tempore pacis, quibus nunciatis ad occupãda loca chriſtianorum, chriſtianoſve ipſos oppugnandos, reb⁹ ve ſuis ſpoliandos, turcæ, & alii chriſtiani nominis hoſtes impelluntur; vt ſi quis eos certiores faciat, loca aliqua chriſtianorum non bene munita eſſe, & facile occupari poſſe, ſi famem itidem alicubi vigere, quamobrem locus ille obſidione facilè capi poſſit; ſi cõſilium initum à chriſtianis eſſe de recuperando aliquo loco ab ipſis hoſtibus occupato; ſi apparatus ad bellum fieri, & alia id generis ſignificet: q̃ omnia, vt per ſe patet, in perniciem chriſtianorum vertuntur. Belli verò tempore, ſi de conſiliis Ducum exercitus quis eoſdẽ certiores fecerit, videlicet tali die chriſtianos eos aggredi vel le; auxilia ad id temporis expectari, & per talem locum tranſitura: comeatus, pecuniam, arma que importari; in tali loco cuniculos fieri, factoſve eſſe; item ad talem horã hoſtes aggredi noſtros poſſe. Quę omnia etiam in chriſtianæ religionis perniciẽ redundare poſſunt: & ex his cõſtat quouis tẽpore prohibitum eſſe per hanc Bullam, ne huiuſmodi hęc nuncientur hoſtibus.

2 Quoad alia vero, † quæ in pniciem chriſtianæ religionis redundare poſſunt, hæc videlicet ſunt. Primò pdicta omnia; quandoquidem ſi chriſtianorũ res, & loca ab hæreticis occupẽtur, ad eorum normam viuere chriſtianos cogunt, & ſic ſecundum ſuam hæreſim, quod chriſtianæ religioni detrimento eſſe nemo ignorat. Deinde, ſi eorum Princeps eligẽdus ſit, & affuturi ſint huic electioni, qui chriſtianum principem nolunt, ſed tamen id ignoratur, quia celant hoc, quo ad-

admittãtur ad electionem,& de hoc ſuo animo hæreticos certiores faciunt;nemo enim dubitat Principe hæretico ſubiectorum animos quoad religionem facile labefactari;quãdoquidẽ quales in Republica Principes ſunt; tales ſolent eſſe reliqui ciues,teſtis eſt Anglia, q̃ ob id a ſe chriſtianam religionem propemodum excluſit. Hæc igitur & id generis ſunt,quæ prædictis nunciari non debent ;nam ex quo Bulla ſimpliciter loquitur, ſimpliciter intelligi debet.arg.l. de prætio.ff.de publi.in rem act.

Quoad tertium concludo nõ comprehendi eos,qui de ſtatu alicuius priuati certiores faciũt, eſto in damnũ eius id vertatur, nam Bulla loquitur,& punit nũciantes de ſtatu chriſtianæ religionis;ergo aliàs ſecus, q ergo nunciat mercatores diuites trãſire per aliqua loca, & capi poſſe;hanc pœnam euadit, ſecus autem ſi de ſtatu vnius regni Prouinciæ,ciuitatis,vel loci, modo ad perniciem chriſtianorũ hoc redundet,atque ſic dixit Iacob. de Graff.lib.4.deciſ.caſ. conſci. in expoſitione Bullæ Cœnæ domini.num.91.& vt nos ſupra diximus.His ſic præmiſſis, iam de primo dicto regulam primam ponamus.

SVMMA.

1 *Nunciantes turcis, & chriſtianæ religionis hoſtibus ea, quæ in perniciẽ chriſtianæ Reipublicæ vertuntur, in exoommunicationem incidunt, quæ regula, quouſq. pateat, declaratur.*

2 *Nunciantes aliqua chriſtiani nominis hoſtibus,quando in excommunicationem non incidant.*

3 *Nunciantes aliquid in damnum catholicæ religionis in excommunicationem incidunt,quæ excommunicatio,quouſque pateat, declaratur.*

I.

§ Perſpectis iis,quę prohibẽtur nunciari Turcis,& aliis chriſtianæ religionis inimicis; iam qui in hoc offendentes, in pœnam excommunicationis incidunt;videamus.†In excommunicationem hanc igitur incidũt primo,qui de rebus ſtatum Reipublicę chriſtianæ concernentibus in chriſtianorum perniciem turcas, & chriſtianæ religionis inimicos certiores faciũt, vt habetur in verſi. 1

Quę excommunicatio declaratur,vt locum habeat primo,q̃cunque ſit,qui hęc nunciet. Vel igitur Princeps vir,publica perſona,priuatave ſit,clericus, vel laicus,

laicus;vir,vel mulier, in excommunicationem hanc incidet;nã Bulla non diſtinguit, ergo nec nos diſtinguere debemus. arg.l. de prætio.ff.de publi.in rẽ acti. Quare vel hęreticus ſit hac pœna obligabitur.

Secundò afficit excommunicatio hæc, quacunque ratione id faciat,& ſic,vel per ſe, vel per alios,vt dicitur in hoc verſi.Itẽ, vel per nũcium,vel per litteras; nam & qui nuncium, litteraſq. mittit,per ſe loq videtur,vt ſenſit Gloſſ.in Clem.fin.& ibi DD. de ſent.excom.& nos in Tractatu noſtro de Cenſuris Tab.2.ca. 23.§.1.Verum, quid ſi quis nõ hęc nũciet,ideſt neque nunciũ, neque litteras mittit,ſed tamen cum iis perſonis loquatur,quas certum eſt hoſtibus ea nunciaturos,an in excommunicationem & hic incidet id animaduertẽs? Planè ſentio & hunc in excommunicationem incidere.arg.ca. quantæ.de ſen.excom.Præterea ex veriſimili mente Romani Põtif.Poſtremò,quoniam ſaltẽ tanquam fautor pœna hac obligatur.Nuncius autem, qui mittitur vel chriſtian⁹ ſit,vel nõ chriſtianus, nihil intereſt quoad ipſum mittentem.

Tertiò afficit excommunicatio;vbicunque ſit is,qui hęc nũciat, vel in terris chriſtianorũ, vel turcarum;nam,vt dixi Bulla hæc non diſtinguit. At quid,ſi quis ab hoſtibus captus tormentis, quęſtionibuſq. ſubiiciatur, quo ſecreta chriſtianorum patefaciat,an huiuſmodi vi,metuve patefaciens in excõmunicationem hanc incidet? Videbatur dicendum hũc non incidere,quoniam Eccleſia non videtur cum tanto vitæ periculo excommunicatione obligare quẽ voluiſſe;nam nec chriſtiani remiges, qui coacti in nauibus hoſtium contra chriſtianos remigant, in excommunicationem incidunt, vt ſupra dixi. Contrariam ſententiam tamen ſequor,vt ſcilicet in excommunicationem hãc incidat, quoniam offendit Bullam, vt per ſe patet. Nec obſtãt rationes prædictę, quãdoquidem remiges nulla rõne alia poſſunt ſe tueri,quàm verè remigãdo; at hic poteſt multa fingere, quã obrem veritatem hoſtibus non aperiat, etſi ad iuſiurãdum eum impellant, liquidò etiam iurabit ſe nihil ſcire,eſto nihil ignoret, quandoquidem à non iudice,& non rite iuſiurãdum defertur,vel igitur libertatem ei polliceantur, patefacere nõ debet. Excipio tamẽ,vbi pro certo hoſtes ſcirent cõſilia chriſtianorũ hũc noſſe,quamuis & hic fingere fortaſſe poterit.

Quartò excōmunicatio hæc 2 afficit quæcūque ex iam dictis nunciantur ob rationem iam ſupra redditam.

Quintò excommunicatio hęc afficit quoſcūque chriſtiani nominis hoſtes certiores faciat, vt habetur in verſic. ibi Turcas, & chriſtianæ religionis inimicos. Qui autem præter turcas inimici huiuſmodi ſint, in prima parte huius Capitis declarauimus. Et hoc locum habet vel in terris chriſtianorū, vel in ſuis ſint huiuſmodi hoſtes. Item, vel pacificè cum chriſtianis viuant; tum quòd ſimpliciter Bulla loquatur; tum quod fauor hic ad vniuerſam chriſtianam Rempublicā pertinet, & ob id renunciari ei non poteſt. arg. c. ſi diligenti. de for. compet. & c. contingit interdū. de ſent. excom.

Sextò excommunicatio hæc afficit, eſto deinceps nihil damni ſequatur; nā Bulla prohibet, ne quid nuncietur in damnum chriſtianorum, ideſt quod poſſit eſſe ipſis damnum, eſto igitur non ſequatur, nihil intereſt; nā nūciās fecit, quantum in ſe fuit. Poſtremò Bulla non requirit, vt damnum ſequatur, ſed vt damnum eſſe poſſit, vt dixi. Hos omnes ergo excommunicatio hæc afficit nunciantes: ſed iam videamus, qui pœnam hanc euadāt.

Primum igitur † in excommunicationem hanc non incidūt, qui litteras, nuncioſve miſerūt, ſed ad hoſtes, non peruenerunt, vel quòd interceptę litterę ſunt vel amiſſæ, vel nuncii capti, interfectique fuerunt, eove ire noluerunt; nam eſto hi peccauerint, tamen re vera hoſtibus prędicta non nunciarunt; nō enim, qui vult nunciare, idcirco nunciat; ſicut nec, qui vult arborem aſcendere, aſcendit.

Secūdò in excommunicationem non incidunt, qui probabiliter id ignorantes ea nunciant, vt pote, ſi nuncius cum litteris mittatur ad turcas, & ignoret nuncius, quid illis litteris cōprehendatur; nam nuncius in excōmunicationem non incidet, quāuis mittens nuncium pœnam hanc non euadat. Hoc autē contingere poteſt in iis locis, qui propè turcas ſunt, vbi pacificè inter ſe viuunt. Item in famulis mercatorum, & nunciorum, qui apud turcas ſunt, & huiuſmodi chriſtianę religionis hoſtes.

Tertiò in excommunicationem hanc non incidunt, qui ex legitima cauſa hæc faciunt, & non in dānum chriſtiani nominis, ſed alicuius Principis chriſtiani tantum; vt exempli gratia Princeps chriſtianus contra alium chriſtianum Principem iu-

ſte

ſte bellũ gerit, vel ſe gerere opinatur, & ad ſuum auxilium turcas vccauit (quod aliquando fieri poſſe antea vidimus) ſi ergo Princeps hic de ſtatu ſui aduerſarii certiores turcas faciat, eſto chriſtianus ſit, in excommunicationem tamen non incidet; quãdoquidem non de rebus ſtatum Reipublicæ chriſtianæ vniuerſę concernentibus in chriſtianorũ perniciem communem nunciat, quod requirere Bulla hic videtur, ſed illius principis tantũ, in quem bellum gerit: ex quo igitur prohibitionis cauſa ceſſat, & prohibitio ceſſare debet. arg. c. cum ceſſante. de appella. & le. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patron. Multo minus in excommunicationem incidet, qui in damnum tantum priuatæ perſonæ hęc nunciaret.

Quartò in excommunicationem non incidunt, qui ea nunciant, quæ in chriſtianæ religionis damnum non ſunt, exempli gratia Cardinalem talem Pontificem Maximum creatum eſſe, chriſtianos principes cõcordes inter ſe viuere, & id generis. Sicut nec etiam, qui vt hoſtes decipiant, per talem locum, exempli gratia, chriſtianorum exercitum tranſire nunciant, cum per alium iter faciat, vnde hoſtes ad ortus facile illos profligat, & ſic ſtratagemate vtuntur; nam Bulla excommunicat eos, qui nunciant in damnum chriſtianæ rei publicæ, ergo ſecus, ſi alias nunciant: incluſio enim vnius, alterius excluſio eſt. arg. c. nonne, de præſn. & l. cũ prætor. ff. de iud.

At quid de iis, qui nunciant hoſtibus huiuſmodi hæc, quę ipſimet hoſtes antea nouerint, an in ſexcommunicationem hanc incident? Videbatur dicendum hos in excommunicationem nõ incidere, quandoquidem certioratior illa, vt ita dicam, operari nihil videtur. argu. c. certus. de regu. iu. lib. 6. & l. 1. in fine. ff. de contrahend. empt. Verum cõtrariam opinionem ſequor, vt in excommunicationem hanc incidant. Primò, quia verba Bullæ eis conueniunt; nunciant enim in damnum chriſtianæ reipublicę, ergo & diſpoſitio eis conuenire debet. arg. l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. Poſtremò, quia per illos non ſtat, quin obſint, eſto deinceps damnum non ſequatur, quod ſat eſt, ſatis enim habuit Bulla nunciari ea, quæ in pernidiem chriſtianorũ eſſe poſſunt. Quare eſto damnum non ſequatur, nihil intereſſe antea conclusimus. Nec obſtat ratio cõtraria nam reſpectu habito ad eũ, cui nũciatur, nihil intereſt, ſecus autem ad nunciantem. Addo & p

nuncium huiuſmodi poſſe hoſtes tãquam magis certiores factos animos inducere ad offendendum chriſtianos: ſed de regula priori hæc ſatis, aliam ponamus.

In excommunicationem hãc
3 quoque incidunt,† qui de prędictis in damnum catholicæ religionis hęreticos certiores faciunt, vt habetur in verſi. propoſito. Quæ excommunicatio eiſdem modis, quibus ſuperior, amplificatur, & coarctatur. Poſtremò locum habet, quicunque hęretici ſint, qui certiores fiũt, vel notorii, denunciati ue ſint, vel non tales; nam Bulla hic non diſtinguit, ergo nec nos ob fauorem religionis. arg. l. de prætio. ff. de publ. in rem act. arg. le. ſunt perſonæ. ff. de reli. & ſump. fun. ſed iam ad poſtremam partẽ huius Capitis veniamus.

Ver. Illoſque ad id auxilium cõſilium, vel fauorem quomodolibet præſtant.

S V M M A.

1 *Auxilium ferens hoſtibus chriſtiani nominis in damnum chriſtianorum in excommunicationẽ incidit: quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Conſilium præſtans hoſtibus chriſtiani nominis in damnum chriſtianæ religionis in excõicationem incidit, quæ excommunicatio quouſque pateat declaratur.*

3 *Fauorem præſtans chriſtiani nominis hoſtibus in perniciem chriſtianæ religionis, vel chriſtianorum in excommunicationem incidit.*

4 *Fauens chriſtiani nominis hoſtib. contra aliquem Principem chriſtianum, ne Princeps ille chriſtianus maior fiat, an in excommunicationem incidat.*

IN hac poſtrema parte huius Capitis excommunicantur; qui in damnum chriſtiani nominis, ac religionis, & chriſtianorum opẽ ferunt hoſtibus chriſtiani nominis, aut auxilio, aut conſilio, aut fauore quomodocunque. Et quoniam dictum hoc tria complectitur, ob eam rem tres regulas ponamus.

In excommunicationẽ hanc
1 igitur incidit primò,† qui auxiliũ fert hoſtibus chriſtiani nominis in damnum, ac perniciem chriſtianorum, vt habetur in verſi. propoſito.

Quæ excommunicatio afficit auxilium ferentem. Vel ꝑ ſe auxilium ferat, vt pote pugnando.

Digitized by Google

do pro ipſis hoſtib. contra chriſtianos; fabricãdo ipſis arma, ferendo eis comeatum, & alia ad bellum neceſſaria contra chriſtianos; item remigando in eorum nauibus contra Eccleſiam. At quid de iis, qui coacti id faciunt, vt captiui, in excommunicationem hos non incidere cenſeo; nam & ſic dixit Nauar. in c. ita quorundam. not. 12. de iudę. & Viu. in Sua Syl. opin. 126. numer. 13.

Item afficit, vel per alios auxilium ferat, vt pote ſubminiſtrãdo ipſis milites, magiſtros nauium, remiges, bitumen, & alia ad naues fabricandas, nec non pitos in arte militari, & fabros ad turres ædificandas. Atq; an chriſtiani captiui in nauibus ad nauigandum vincti in excõmunicationem incidant remigando cõtra chriſtianos metu mortis ducti? Hos peccare mortifere tradunt DD. Nauarr. in ca. ita quorundam. not. 11. num. 10. cũ ſeq. de iudæ. & Tolet. in Bulla Cœnæ Domini excommunicatio. 3. num. 17. & nos ſupra. Capi. 3. huius. p. verſi. Ac omnes eorum fautores. num. 4. Non tamẽ in excommunicationem incidere ſenſit idem Nauar. quandoque eos obligari cum tanto periculo noluiſſe Eccleſia exiſtimatur.

Tertiò afficit excommunicatio hęc auxilium ferentem directe, vel indirecte. Directe, vt diximus; indirecte, vt ſi Princeps aliquis chriſtianus bellum moueat contra obſidentem turcas, quo ab obſidione diſcedat; per obliquũ enim auxiliũ ipſis turcis fert, & ob id in excommunicationem hanc incidit; nam excommunicatio hæc afficit ferẽtem auxilium quomodolibet, vt dicitur in verſi. propoſito.

Poſtremò afficit, vel deinceps damnum non ſequatur; nã Bulla ſolum conſiderat auxilium pręſtitum eſſe. In omnibus igitur his caſibus auxilium ferens huiuſmodi hoſtibus in excommunicationem incidit. Excipiũtur tamen nonnulli caſus, in quibus opem ferens in excommunicationem hanc non incidit.

Primò, vbi non in damnum chriſtianorum auxiliũ fert, ſed contra alios hoſtes eiuſdem generis; nam ceſſante cauſa ceſſat & effectus. arg. ca. cum ceſſante. de app. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patron.

Secundò, vbi quis per obliquum ſuam rem agens auxilium ipſis fert, exempli gratia Princeps chriſtianus contra turcas bellum gerit, qui Princeps occupauerat loca alteri⁹ Principis chriſtiani. Quare hic alius Princeps,

vt

vt ſua recuperet, ipſi bellũ mouet;plane hic ſua recuperare volens,in excommunicationẽ non incidit, eſto bellum mouendo proſſit turcis;nam ſuam rem agere hic poteſt; & in vna quaque diſpoſitione inſpicit id, quod primum agitur, & nõ quòd per accidens conſequitur. arg. c.cũ voluntate.de ſent. excom.& l.ſi quis nec cauſam,& ibi not.Iaſo. & DD.ff.ſi cert.pet.ſed iam alteram regulam ponamus.

2 In excommunicationẽ hanc quoque incidit, † qui in damnũ chriſtianę religionis hoſtibus chriſtiani nominis conſilium p̃ ſtat;quæ regula amplificatur,vt ſuperior.Quare,vel per ſe,vel ꝑ alios id faciat, in excommunicationem hanc incidet. Item vel tempore pacis, vel belli.Item directè,vel indirectè; nam Bulla generaliter loquitur ob verbũ illud. Quomodolibet,ergo & generaliter intelligi debet.arg. l. 1.§.& generaliter.ff.de leg.p̃ ſtan.Qui ergo conſuluit Turcis vt diſſidentibus chriſtianis Principibus,bellum contra chriſtianos moueant;qui conſulit, qua ratione turres cõtra chriſtianos ædificandæ, qua ratione ciuitates chriſtianorum expugnãdæ, contra quam partem bombardæ accomodandę; quando prælium committendum;item quo modo à chriſtianis ipſi ſe tueri, aufugereve poſſint obſeſſi,& ſic qui conſiliarii munere apud ipſos fungitur, qui vulgo dicitur Ingegnero,in excommunicationem hãc incidet. Sicut etiam,q̃ chriſtianos dolo inducit,vt adoriantur hoſtes ad aliquem locũ; & dum illuc eunt, in itinere hoſtes in inſidiis collocati ipſos aggrediuntur.Et hæc omnia locũ habent,eſto damnum nõ ſequatur,vt diximus in ſuperiori regula.

Excipitur tamẽ, vbi conſiliũ daret cõtra chriſtiani nominis hoſtes;ceſſat enim ratio prohibitionis,ergo & prohibitio ceſſare debet.At quid, ſi aliàs erant facturi?Ego cenſeo eos incidere ob ea, quæ diximus ſupra in prox.verſiculo;ſed iam ad tertiã regulam veniamus.

3 In excommunicationem hanc demum incidit,†qui fauet eiſdẽ in perniciem chriſtianæ religionis,vel chriſtianorũ, vt dicitur in verſicu.propoſito. Quare vel animũ hoſtibus faciat, dũ ſunt in prælio cõtra chriſtianos, vel ſuadeat, vt in pręlium reuertantur,vbi fugiunt;vel tradat arma ipſis pugnantibus;vel faueat iis, qui hoſtibus chriſtiani nominis fauent,in excommunicationem hanc incident;atque ſic in ſimili dixit Nauar.in c.ita quorundã.

not.

not. 1 1.num.9.& not. 4. num.8. de iudę.

4 At quid† ſi quis faueret iis hoſtibus contra aliquem Principē chriſtianum, ne tam fortior ille fiat, vnde ab aliis reſiſti ei non poſſit, an in excommunicationē hanc incidet? Videbatur dicendum non incidere. Primò, quia contra religionem id nō facit, quod requirit Bulla. Secundò, quoniam licet ſua tueri. argu. l. vt vim. ff. de iuſtit. & iur. Poſtremò quoniam & Rex quidā Gallorum fœdus iniit ob id cū turcis, vt refert Nauar. in c. ita quorundam. not. 4. num. 27. de iudæ. Contrariam tamen opinionem veriorem ſentio, & hoc ob eam rationem, quia hoſtibus prędictis fauet, quod in magnum detrimentum chriſtianæ religionis redundat, vt per ſe patet, ergo & in eius pœnam incidit. Non obſtant prędicta, quoniam non oppugnatur ipſe, & idcirco nō ſe tuetur, ſed alios oppugnat iniuſtè. Non denique poſtrema ratio, quoniam, qui fœdus iniit, id propterea facit, quo ſe oppugnatum defenderet, at hic non oppugnatur. Poſtremò, ex quo chriſtianus Princeps eſt, exiſtimandum non videtur cōtra ius aliquid conaturum, vnde ſuæ animæ detrimentū patiatur, quippe, qui Chriſti admonitionis eius immemor non ſit. Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Id quod & vſus declarat; non enim chriſtianus Princeps inuenitur, qui alterius chriſtiani Principis bona occupet, niſi in iis ius aliqđ habeat, aut ſe habere opinetur; ita igitur in hac re ſentio. Sed de Capite hoc ſatis, ad alterum veniamus.

De excommunicatione lata contra impedientes, ne victualia, & alia ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria ad ipſam Curiā deferantur. Cap. VIII.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impedientes. ſeu inuadentes eos, qvi victualia, ſeu alia ad vſum Romānæ Curiæ neceſſaria adducūt. Ac etiam eos, qui ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt, ſeu perturbant. Seu hæc facientes defendunt per ſe, vel alios, cuiuſcunque fuerint ordinis, prę eminentiæ, conditionis, &

ſtatus,

ſtatus, etiam ſi Pontificali, 1 ſeu regali, aut alia quauis Eccleſiaſtica, vel mundana prefulgeant dignitate.

SVMMA.

1 *Impedire quid ſignificat, & in quam partem hic accipiatur.*
2 *Impedire quot modis quis dicatur ne victualia ad Romanam curiā deferantur.*
3 *Inuadere quid ſignificat.*

HOC caput in tres partes diuiditur, quarū altera incipit ibi. Ac etiam eos; Tertia, ibi. Seu hæc facientes. In prima parte, de qua primò agendum eſt, excommunicantur, qui impediunt, ſeu inuadunt eos, qui victualia, & alia ad vſum Romanę Curiæ neceſſaria adducunt. Quam excōmunicationem, vt dilucidiorem habeamus, præmittenda quatuor ſunt. Primum verba hęc Impedire, & Inuadere quid ſignificent. Deinde victualium nomine, quę comprehendātur. Tertio quænam ſint illa alia ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria præter victualia. Poſtremò quid ſit Romana Curia, & vbi eſſe dicatur.

Quoad primum igitur † verbum Impedire ſignificat pedes implicare, id eſt in, ſeu cōtra pedes ire, & propriè pedibus obſtātia opponere, quominus ſuā functionem obeant. Et quoniā, qui hoc agit, detinet, quominus quis eat eo, quo volebat, ob eā rem factum eſt, vt impedire hic dicatur. Eſt autem verbum hoc ex tribus compoſitū ex In, Pes, & ire, quaſi in pedes, ſeu contra pedes ire, vt diximus. Hic igitur accipitur pro detinere, quo minus victualia ad Romanam Curiam adducantur. †Hoc aūt multis modis contingit dolo malo, & bona fide. Item mediate, & immediate; ac demum directe, & indirectè.

Dolo malo impedire is dicitur, qui ob id ſolum impedit, q a victualia, & huiuſmodi ad Romanam curiam deferri nō vult; ſic enim & qui in iudicium vocatum impedit, ne ſiſtatur, dolo malo facere dicitur, in le. 1. in princip. ff. de eo, per quem fac. erit.

Non dolo malo, ſeu bona fide autem impedire is dicitur, q̄ ob aliquam iuſtam cauſam, impedit, vt pote vel quo in ſua Ciuitate, & in ſuis terris annonæ caritas non ſit, ſed abundantia. Vel quoniā peſtis in Curia eſt, & ob eam rem, ne ſua Ciuitas ex infi-

inficiatur prohibet,ne quis ſuo rum eo proficiſcatur, quod & ſenſit Caietan.in verb.Excommunicatio.ca.19.in Sum. & Nauar.in Man.cap.64.verſi.Secundò. Vel ne deferens periculum aliquod adeat,aut ob fluminum impetũ,aut ob latrones,qui itinera obſident, aut ob morbum, quo detinetur;nam & hic dolo malo impedire non dicitur. argũ.l.ſed eximendi.iunct. Gloſſ. fin.ff.ne quis eum,qui in ius, & eorum,quę dixit Innocẽ. quem refert,ac ſequitur Syl. in verb. Excommunicatio.6.num.5.verſic. Sciendum eſt tertio, ibi.Et idem eſt ſecundum Innocen.At quid ſi quis impedit eos,qui aliunde res huiuſmodi deferunt, quò in ſua Ciuitate remaneant, an Bullam hanc offendet?Planè ſi caritas annonæ ibi grauis ſit, excuſari hunc à pœna cẽſeo.argu.l.e.pręces.C.de ſeru. & aqu. iunct.c.quod non licitum.de re gu.iur.& ca.ſi diſcipuli;de con ſecr.d.5.

Immediate vero,vbi quis per ſe impedit.arg.l.1.§.feciſſe.ff.p quem fact.erit. Mediate vero, vbi per alios quis impedit.argu. cit.l.§.feciſſe.cum cit.ibi à Glo. in verb. Alijs, & l. ſi per alium. ff.ne quis eum,qui in ius voc. & arg.l.is damnum dat.ff.de regu. iur.cum ſimil. Quare dominus loci per ſuos milites impediens offendere Bullam hanc dicitur.

Directe demũ impedit, qui ſimpliciter, & apertè ne prædicta deferantur,prohibet.Indirecte verò,qui per obliquum impedit,vt pote prohibẽdo, ne ex ſuo territorio res extrahantur, ſeu ne quis inde diſcedat,ſeu ne qs cũ de eqs mulis accomodet, per ſuumve territoriũ tranſeat, & id generis, vt pote pro molitura aliquid præſtet,vel pro vectigali.Quacunque ratione igitur quis impediat (modò bona fide id non faciat) Bullam hanc offendit.

3 Inuadere vero†eſt impetu aliquem aggredi,ſeu in aliquem irruere, quo eum aut ſpoliet, aut interficiat, aut damnum, iniuriamve inferat. Hinc Virg. libr. 2.Aene. inquit:Inuadunt Vrbẽ ſomno vinoque ſepultam. Dictũ eſt autem ab In,quod ſignificat contra,& à verbo vado, q̃ ſignificat Eo. Inuadere igitur idem eſt,quod contra vadere,& ire,quo damnum inferat, vt diximus vi adhibita.Omnis ergo, qui inuadit, impedit; non autẽ è contrario;Omnis,qui impedit inuadit;eſt enim verbum Impedire velut genus, Inuadere vero,vt eius ſpecies; ſed de primo hoc ſatis;iam ſecundum aggrediamur, victualium nomine,

quæ comprehendantur.

SVMMA.

1 *Victualium nomẽ idem ſignificat, quod nomen hoc Victus.*
2 *Victus nomine qua comprahendã tur.*
3 *Curia neceſſaria quanam ſint.*

1.

§ Secundo loco explicandũ nobis propoſuimus, victua lium nomine quæ compræhen-
1 dantur.† Nomen igitur hoc victualia, barbarum nomẽ ẽ, vſitatum tamen: non enim germanæ latinitatis cultores eo vtuntur; ſed pro ipſo nomine hoc victus, qua voce quę ſignificentur, iam declaremus.
2 Primùm igitur† victus appellatione compræhenduntur vniuerſa, quæ ad vſum hominis neceſſaria ſunt. Item; quæ ad potũ. Tertio, quæ ad cultũ corporis, quæque ad viuendum homini neceſſaria ſunt, vt habetur in l. verbo victus. ff. de verb. ſignifi. Verbo victus, dicitur enim ibi, continẽtur, quæ eſui, potui, cultuique corporis, quęque ad viuẽdum homini neceſſaria ſunt, Hæc ibi, ex quibus patet Victus nomine prædicta omnia cõprehendi, atque ſic dixit quoq. Rebuff. in Prax. benefi. in expoſitione Bullæ. arti. 6. in verb. Victualia. Et frumentum igitur, & farina, & panis, & legumina, & vuę, & vinum, & oleum, & carnes, & oua, & caſeus, & mel, & acetum, necnon ſal, & alia (quæ ad eſum pertinent) vt herbæ, olera, cæpæ, alia, piſces, poma, & alia huiuſmodi (his etenim homines veſcuntur, & ad eſum partim pertinent, partim ad potum) victus nomine comprehenduntur. Et quoniam conceſſo aliquo, conceſſa intelliguntur etiam alia, ſine quibus conceſſum haberi nõ poteſt. arg. l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. ob eam rem & alia, ſine quibus prędicta haberi nequeunt, cõceſſa victus nomine comprehenduntur. Quare quod panis fieri nequit ſine lignis, ſicut nec coqui carnes, oua, & piſces, ob eam rem & ligna comprehenſa intelliguntur, atque ſic dixit de lignis Viuald. in Candelabro in explanatione Bullę Cœnæ Domini. caſ. 8. nu. 33.

Secũdo loco Victus nomine veſtes etiam, quibus tegimur, comprehenduntur, vt habetur in citat. l. verbo victus; veſtem quoq. victus habere vicem Labeo ait. Hæc ibi, ex quibus manifeſto conſtat victus nomine, & veſtes comprehẽdi: idem habetur in l. in ſtratum. ff. eod. In victum ergo, ait enim ibi Iureconſ-

conſultus,accipiemus. Et quoniam veſtes diuerſi generis ſunt & ex diuerſa materia fiunt, vt ꝑ elegãs textus docet in l. veſtis. ff. de aur. & argent. legat. ob eã rem vel ex lana, vel ex lino, vel ex ſerico, vel ex bombice aliave materia conſtent; et linum, & lana, & reliqua, ex quibus prædicta contexuntur, comprehẽdẽtur, vt de lino dixit Viual. in Cãdelabro. par. 2. in explanatione Bullæ Cœnæ Domini. caſ. 8. numer. 73. etenim conceſſo conſequenti, & antecedens cõceſſum eſſe intelligitur. argu. l. ad rem mobilem, & l. ad legatum. ff. de procur.

Tertiò victus nomine etiam ſtramenta comprehenduntur, ideſt lecti; culcitræ, & alia, quæ ad lectum pertinent, vt habetur 3 in l. quos. §. 1. ff. de verb. ſignific. verbum viuere, dicitur enim ibi; quidam putant ad cibum pertinere, ſed Offilius ad Atticum ait his verbis & veſtimenta, & ſtramenta cõtineri, ſine his enim viuere neminẽ poſſe. Ecce ibi eo verbo viuere (quod idem ſignificat, quod nomen victus) & veſtimenta, & ſtramenta ſignificari.

Quartò nomine victus & medicinæ etiam cõprehenduntur, vt not. Bart. per illum tex. in l. ſi cum dotem, §. ſi autem in ſeuiſſimo. in fin. ff. ſol. matri. & Iaſ. in l. cum antiquitas. num. 7. verſicu. Tertiò not. C. de teſt. vbi de iure verbo victus medicinas venire ait, idem Bart. in l. legatis. ff. de alim. præſt in. & facit citat. l. victus. de verb. ſignific. nam poſteaquam victus appellatione cõtineri Iureconſultus dixit, quæ eſui, potui, cultuique corporis neceſſaria ſunt, clauſulam hanc addidit. Quæque ad viuendum homini neceſſaria ſunt. Hęc ibi; pręter prędicta illa igitur, quæ ſunt ad victum homini neceſſaria, niſi medicinę? ſine ipſis enim quotuſquiſque ante ſuum diem moreretur? vnde illud: Honora medicos propter neceſſitatem; & victus nomine igitur medicinę compræhẽduntur: ſed iã tertium aggrediamur.

Per clauſulam vero † illam generalẽ, Seu alia ad vſum Romanę Curiæ neceſſaria adducunt, duo alia compræhendi cenſeo. Primum vniuerſa, quę pertinẽt etiam ad commodum, & decorem eorum, qui in Curia morantur, & ſic reliqua omnia, quæ victus nomine quidem non comprehenduntur, ſed pertinent tamen aliquo modo ad homines, cuiuſmodi ſunt equi, muli, ac reliquæ animantes, quę ad prædicta importanda pertinent, quandoquidem & hæc ad humanum victum neceſſaria ſunt, ac ꝓpte

rea ad ipſa alenda paleæ, fœnũ, ordeum, ſpelta & id generis. Itẽ & pecunia; quandoquidem omnia per illam parantur.

Secundo loco comprehendi per clauſulam hanc cenſeo vniuerſa, quæ ad munera Curię obeunda neceſſaria ſunt, vt carta, tam quæ ex pannis lineis, quam quæ ex coreis ouium fiunt, atramentum, cera, candelæ, quib. ad lucubrationes vtuntur, ex quacunque materia ſint, atque ſic de carta dixit Viuald. ibid. num. 73. Item & alia id generis; atqui de hoc ſatis, ad poſtremum veniamus.

S V M M A.

1 *Curia Romana quid ſit, & vbi eſſe dicatur.*

II.

§ Quartum propoſitum reſtat explicandum, ſcilicet, quid Romana Curia ſit. Romana Curia demum nil aliud eſt, quàm locus, vbi Sedes Apoſtolica reſidet, & domicilium habet Romanus Ponti. cum iudicibus, & aliis magiſtratibus ſuis.

Dixi primò locus ſimpliciter 1 †certum non perſcribens, quoniam, vbi eſt Romanus Ponti. ſiue audiẽtia, id eſt iudices ſui, ibi eſt Curia, argum. Clem. nec Romani. §. ſanè. verſicu Et tamen adiecto. de elect. & vt dixit Feli. in c. ego. num. 14. verſic. Not. bene Gloſſ. de iureiuran. Intelligo autem Curiam ibi eſſe, vbi eſt Pontifex Max. modo domiciliũ eo transtulerit cum tota ſua familia, vt dixit Ancharan. in eod. §. ſanè. nu. 5. verſicu. Tertio not. Secus ergo ſi quo eat cito rediturus, & non cum ſua audientia, vt DD. inquiunt ibi; quo fit vt Curia eſſe dicatur aliquando, vbi non eſt Romanus Ponti. Idẽ dixit Quint. Mandoſ. in Gloſſ. facultatum. §. ſanè. verſic. Quo nulla in Romana Curia; pagi. 19. Et quamuis Romana Curia dicatur, nihil intereſt, vbi alibi eſt, q̃ doquidem ob eam rem ſic nominatur, quoniam ſępius Pontifex Max. Romæ ſuum domicilium, & ſuam audientiam habet.

Dixi etiam Sedes Apoſtolica, quoniam Curia Romana nõ ſolum dicitur eſſe ibi, vbi eſt Romanus Ponti. dum viuit, ſed etiã poſt mortem, vbi ſunt Cardinales, vt not. Oldrad. & Caſtren. in l. ſuggeſtioni, quos refert, ac ſequitur Iaſ. ibi. nu. 20. C. de verb. ſign. Quod dico tamen de Cardinalibus intelligo hac cõditione, ſi audientia Romani Pontif. ibi adſit, id eſt iudices, & Magiſtratus Apoſtolicę Sedis argu. l. vbi periculum. § porro. iunct.

Gloſſ.

Gloſſ. Curia, de elect. lib. 6.

Dixi deinum Cum ſuis iudicibus, & magiſtratibus, ob allegatam Gloſſ quoniam vbi audientia eſt, id eſt audiētiam habet Sedes Apoſtolica, & ibi eſſe Curia dicitur. Ex quibus iam manifeſto conſtat, vbi Curia eſſe dicatur, quod amplificandum nobis propoſuimus. Siue igitur Romę, ſiue Arimini, ſiue Bononiæ, aliō ve in loco audientia Sedis Apoſtolicę ſit, ibi Curia eſſe dicetur, atque ſic ſenſit etiam Iacob. de Graff. libr. 4. Deciſ. caſ. conſc. in expoſitione Bullæ Cœnę Domini. num. 94. vide Nauar. in extrauag. de datis, & promiſſis pro iuſtitia, vel gratia. no. 17. His ſic præmiſſis, iam regulam de more ponamus.

S V M M A.

1 *Impediens deferentes victualia, et alia ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria ad ipſam Curiam in excommunicationem incidit: quæ excōmunicatio, quouſque pateat, declaratur.*

III.

Præmiſſis iam dictis, qui in excommunicationem hāc 1 incidant, videamus. ‖ In excommunicationem hanc igitur incidunt, qui impediunt eos, qui victualia, ſeu alia ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria adducunt, vt habetur in initio huius Capitis.

Quę excommūnicatio afficit, cuiuſcunque generis homines ſint, qui impediant; cum ob dictionem illam omnes, quę neminem excludit. arg. l. Iulianus. ff. de leg. 3. & c. ſi romanorum. diſ. 19. tum ob clauſulam illam in fine huius capitis poſitam Cuiuſcunque fuerint ordinis. Quare vel laici, vel clerici ſint, vel in dignitate conſtituti, vel non cōſtituti, vel uiri, vel mulieres in excōmunicationē hāc incident, ſi in hoc Bullam hāc offenderint.

Secundo loco excommunicatio hæc afficit etiam eos, q Romano Pon. in temporalibus ordinario iure ſubiecti non ſunt; nam ſi talia deferentes impedierint, pœnam hanc non effugiēt; tum quòd generalis prohibitio eſt, tum quod ſacrilegium committitur: offenditur enim Sedes Apoſtolica in prædictis, vt ait Caietan. in Sum. in verb. Excōmunicatio. capit. 19. ergo & ad Romanum Pont. punitio pertinet, vt ſenſit Nauarr. in c. nouit. not. 6. nu. 40. verſi Peccatum autem Eccleſiaſticum. de iudiciis.

Tertiò excommunicatio afficit, vel ipſi vel per alios, & ſic mediate, vel immediate, vel directe, vel

vel indirectè prędicta deferētes impediant; nam & his rationib. quem impedire antea præmiſſimus.

Quartò excōmunicatio hæc afficit hos impedientes;quæcunque ſint,quæ aut ad victum, aut ad vſum Romanæ Curiæ deferātur. Quare ſi Magiſtratus,vel Princeps aliquis hos impediat, in pœnam hanc incidet.

Quintò afficit excōmunicatio hęc hos impedientes, eſto deinceps res iis non adimāt, qui eas deferunt;nam Bulla excommunicat ſimpliciter impedientes, qui ad Romanam curiam hæc adducunt;nec poſtulat,ac requirit,vt res ipſis auferantur; ergo neque nos requirere debemus. argu.l.de prætio.ff.de public.;in rem act.

Sextò afficit excōmunicatio hęc impedientes,;vel impediant deferri res pro Romano Pontif. vel pro Cardinalibus,vel pro aliis pręlatis,vel pro nūciis Principum,Rerumve publicarum,ꝗ apud Sedem Apoſtolicam morantur,vel pro magiſtratib. vel etiam pro ipsorum famulis, vel curialibus,ac demum, & ꝑ ſuis iumentis,quandoquidem hi omnes in Romana Curia ſunt;& priuilegium conceſſum dominis ꝑtinet etiam ad famulos, vbi domini vti eo priuilegio etiam cō mode non poſſunt.argu.c.licet. §.cum conceditur. de priuilegi. lib.6. Ac planè ſi non adeſſent, qui prælatis Curiæ ſeruirent, quomodo eſſe poſſent ? Quare ob id ſentio priuilegium hoc ꝑtinere etiā ad ſtabularios equorum,ac coquos,ad piſtores, ad macellarios,ad olitores,& ad alios huiuſmodi omnes, vt ſcilicet ſi res ipſis deferantur,in excommunicationem hanc incidant,qui deferentes impediant, & ad ſummam ſentio pœna hac obligari omnes; qui impediūt, quo minus aliquid Romam deferatur,ideſt ad Romanam Curiam, ad quemcunque deferatur;nam omnes, qui ibi morantur,ad vſum Romanę Curiæ vtiles ſunt,ſuis artificiis,artibus, & laboribus.Hinc Gregori. XIII. in Bulla incip.Inter multiplices nobis,lata de anno 1578.die 7. menſis Maii,Pont.ſui anno Sexto hac de re agens non dixit Romanam Curiam, ſed almā vrbē, quo verbo ſimpliciter intelligi voluit,in excommunicationem incidere,qui impediunt,quo minus prędicta ad vrbem deferantur,in qua Romana Curia eſt,& Pius V. in Bulla Cupientes,lata anno 1566.die 11.Oct.dixit ad Vrbē Romam,& Clemens VII. in Bulla Ad ſacram.

Septimò afficit excommunicatio

catio hæc impediẽtes quicunq. ſint, qui impediuntur. Vel igitur iumentis, vel nauibus, vel humeris, vel curribus hæc deferãt, in excommunicationem hanc incident, qui ipſos impediunt; nam Bulla generaliter loquitur ob verba illa Eos qui.argu. Clem. 1.iunct.Gloſſ. 1.de ſepult. ergo & generaliter intelligi debet. arg.l.1.§.& generaliter.ff.de legat.præſtan. etenim quacunque ratione ferantur, nihil intereſt.

Octauò excõmunicatio hęc afficit, vbicunque Romana Curia ſit, vel Romæ, vel alibi; nam & extra Romam eſſe poſſe iam dixi. Deferentes igitur quocunque, vbi Romana Curia eſt, ſi impediantur, in excommunicationem hanc impedientes incident. Quare qui hodie impediret, ne prædicta deferrẽtur Ferrariam, vbi Clemẽs VIII. eſt cũ curia, in excõmunicationẽ hãc incideret. Item, quoniã pars Curię remanſit Romæ, eadem pœna obligabitur, qui impedit ne eo quoque prędicta deferãtur. arg.l.quę de tota. ff. de rei vindi. Nec repugnat quatenus dicitur. Ad vſum Romanæ Curiæ, quaſi aliter fit, ſi Curia alio trãſferatur; nam quòd frequentius Romę eſt, ob eam rem eius mentio facta eſt, quo caſu non excluditur locus minus frequens. argu.l.1.C.de rapt.virg.iunct.Gl.

Nonò excommunicatio hæc afficit, eſto qui impedit, deinceps ab impedimento ceſſet, & permittat ad Romanam Curiã prædicta deferri; nam ſtatim atque quis impediuit, in excommunicationem incidit. Eſto igitur deinceps eum pœniteat, non idcirco tamen excommunicatione liberatur. arg.c.cũ deſideres de ſen.excom. Hoc tamen locũ habebit, vbi impediuit. At ſi cõtendatur inter ipſos modicum, & impediens dicat, eia vade in pace, plane hunc in excommunicationem non incidere cenſeo; quandoquidem adhuc omnino illum non impedierat.

Decimo vel officio Magiſtratus, vel vi priuata qs impediat; nam Bulla non diſtinguit, ergo nec nos.

Hæc autem, quę diximus de impediẽte, multo magis locum habent in eoſdem inuadente. Sed iam, qui pœnam hanc euadant, explicemus.

SVMMA.

1 *Impedientes deferentes victualia, & alia ad Curiam Romanam neceſſaria ne deferantur, quando in excommunicationem non incidant.*

§. Qui

IV.

§ Qui offendendo hoc Bullę Caput in excommunicationem incidat,vidimus; iam q eam pœnam euadat,videamus.

1 †Primum igitur in excommunicationem hanc non incidit,qui de iure hos impedit, vt porte qs furatus eſt decem cados olei, & eos ad Romanam curiam deferre vult,planè dominus olei prædictum furem impediens, quo minus illud ad Curiam deferat, in excommunicationem hãc nõ incidet; non enim veriſimile eſt Eccleſiam velle fures fouere.argu.l.meminerint.C.vnde vi,& cap.fin.de pręſcript.& tot. titu. extr.de furt.

Item in excommunicationẽ hanc non incidit Princeps alicuius loci,qui prohibet, ne de ſuis terris,ac locis prædicta extrahãtur, etiam ſi exprimat ne ad Romanam Curiam deferãtur, quo ibi rerum harum abundantia ſit: nam hic bona fide prohibet, qđ propoſitum ſuum declarat.arg. c.cum voluntate.de ſen.excom. & l.ſi quis nec cauſam.ff. ſi cert. pet.atque ſic dixit Caie.in Sum. in verb.Excommunicatio.capi. 19.& Nauar.in Man.cap.27. nume.64.verſi.Secunda.& Armil. in verb. excommunicatio is, & Martinus Alfonſ. de Viuald.in Candelabro.p.2.in explanatione Bullæ cœnæ Domini. caſ. 8. num.71.& Iacob.de Graff. libr. 4.deciſ.caſ.conſc.in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini. num. 96.& Tolet. eod.excommunicatio.6.nu.3.Quare,ſi ob id etiam prohibeat ſuos ad Curiam prędicta deferre, quoniam ibi peſtis adeſt, ne illuc euntes peſte infecti ſua loca etiam redeũtes inficiant,neque hic in excõmunicationem incidet,atque ſic citati auctores proxime concludunt.Idem & de aliis huiuſmodi caſibus, vbi bona fide quis impediret eos,qui prædicta eo deferre vellent, vel ob periculum viarum,vel hoſtium, vel fluminum; vt diximus in præmiſſis. Non igitur pater impediens filium,ne prędicta ad Curiam deferat ob periculum latronũ,vel hoſtium,vel meretricum,in excommunicationem incidet, vt dixit Iacob.de Graff.ibid.num. 96.

Tertiò in excõmunicationẽ hanc non incidit,qui clam furatur aliquid his, qui ad Romanã Curiam prædicta deferunt;nam Bulla excommunicat ſolum impedientes,& inuadentes,nõ autem furantes;ex quo igitur diuerſum eſt furari à prædictis,er-

go

go in furantibus Bulla hæc locum non habebit.arg.l.Papinianus exuli.ff. de min. etenim per huiuſmodi furta quis non deterritur, quò minus ad Romanam Curiam prædicta deferat. incidunt vero ſine dubio mea ſentẽtia latrones,qui itinera obſidẽt, & aperte vti eos ſpoliẽt; nam & hi inuadere dicuntur. Etſi Viua. ibid.num.74.aſſaſſinum non incidere dixit, qui ſpoliaret deferentem quid alicui ſingulari pſonæ,aut quia vendidit, aut qa donauit,quoniam hæc non ſunt ad vſum curię. Cuius opinio mihi non placet;nam curia accipitur,ibi pro hominibus, qui ſunt in loco,vbi eſt Curia.

Quartò in excõicationẽ hãc non incidit; q eo pdicta deferri nõ pmittit,vbi aut Cardinales, aut Romanus Pont.eſt,ſed tamẽ non ſua Curia,& audiẽtia. Quare,ſi Summus Pontifex aliquo deambulatum vadat, & ſecũ audientiam non habeat;id eſt ſuos iudices,vel ibi moriatˮ, & adſint Cardinales in excommunicationem non incidet, qui prędicta eo deferri non ſinit;nam Reſidẽtia Curiæ ibi non eſt,vt declarauimus ſupra.

Poſtremò in excõmunicationem hanc non incidit, qui impedit,ne deferantur ea, quæ ad vſum Romanæ Curiæ non pertinẽt;nam,ex quo huic diſpoſitionis huius verba non conueniũt, nec diſpoſitio conuenire debet. argu.l.4.§.toties ff.de damn.infect. Quare qui impedit, ne ad Curiam aut pſitachi, aut Simię deferantur, & id generis, in excommunicationem hanc nõ incidet. At quid de impedientib. tabellarios,ne litteras deferant, an in excommunicationem incident? Ego ſentio in hanc pœnã non incidere; tum quòd victus nomine litterę non comprehenduntur, tum quòd ad vſum Romanæ Curiæ pertinere non videntur. Nec obſtat clauſula illa generalis. Aliave, quæ ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria ſunt; nam dictio Alia,ſignificat ſimilia antecedentibus,vt DD.ac Iaſo.not.in l.quicunque.C.qui admitti:at antecedentia ad victum pertinentia, cuiuſmodi litteræ non ſunt.Cogita tamen hoc melius.

Verſ. Ac etiam eos, qui, ne ad Romanam Curiam adducantur,vel afferantur, prohibent,im pediunt,ſeu perturbant.

S V M M A.

1 *Prohibens,ne ea,qua ad victum pertinent,*

tinent,& alia ſupradicta ad Romanam Curiam deferantur, in excommunicationem incidit: q̄ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur.

2 Prohibere quomodo differat ab impedire, ſeu perturbare.

3 Adducere quid ſignificet.

4 Afferre quid ſignificet.

1 IN hac parte excommunicantur, † qui impediunt eos, qui adducere, vel afferre p̄dicta ad Romanam Curiam volunt; & ſic differt caſus hic à ſuperiori; nam in ſuperiori excommunicantur impedientes eos, qui prædicta iã deferũt; hic autem qui deferre volunt, ſed nondum deferre ceperunt; & quoniam, quæ diximus antea, & hic locum habent, ob eam rem paucis rem hanc abſoluemus.

In excommunicationem hãc igitur incidit omnis, qui prohibet, ne prędicta ad Romanã Curiam deferantur: quæ excõmunicatio afficit quacunque ratione prohibeat vel per ſe, vel per alium.

2 Differt autem † prohibere ab impedire, ſeu perturbare; nã ꝓhibere propriè quis dicitur, qui directè quẽ impedit, aut verbis iubendo, minandove, ne prædicta deferat, aut factis detinẽdo ipſum in carcere, vel ratione alia ob eandem cauſam: impedire vero quoad rem noſtram accipitur, vbi quis per obliquum eum moratur, vtpote adimẽdo ei iumenta, vel res, quas ad Curiam deferre quis vult, & id generis. Perturbare demum ſignificat quocunque alio modo obſtacula, & impedimenta opponere, quamuis hic pro impedire ſimpliciter accipiatur.

3 Verbum verò † illud Adducantur, & verbum illud Afferantur, adhibita ſunt, quo comprehenderentur, qui quaſcũque res impedirẽt, quò minus ad Curiã importarentur. Nam omnia talia partim dicuntur; vt boues, capreę, ſues, & oues, & id generis; per ſe enim iter faciunt, & ſolũ neceſſe eſt, vt habeant, qui du-
4 ctor eorum ſit. † Partim per ſe venire non poſſunt, ſed neceſſario requiritur, vt ferantur, cuiuſmodi ſunt omnia, quę anima carẽt, vt frumentum, vinum, oleum, & alia huiuſmodi. Partim & afferri, & duci poſſunt, ſed cõmodius feruntur, cuiuſmodi ſunt ædi, agni, galinæ, & minutæ aliæ animantes. Quamcunque igitur rẽ ex his quis impediat, quo min' ad Curiam deferatur, vel de eorum numero ſit, quæ ducuntur; vel de numero eorum, quæ afferuntur,

runtur, in excommunicationem hanc incidet. Sed iam ad poſtremam partem huius Capitis veniamus.

Verſ. Seu hęc facientes defendunt per ſe, vel alios, cuiuſcunque fuerint ordinis.

SVMMA.

1 *Defendentes eos, qui impediũt, ne ea, quæ ad victum pertinent, & alia prædicta ad curiam deferantur, in excommunicationem incidunt: quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Impedientes, ne ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria deferantur, an in alias pœnas ab excommunicatione incidant.*

IN hac poſtrema parte huius Capitis excommunicantur ii, q defendunt impediẽtes, ne prædicta ad vſum Romanę Curię neceſſaria ferantur. Et quoniam longiori tractatione pars hæc opus non habet, ob eã rem paucis eam abſoluamus.

In excommunicationẽ hanc
1 igitur incidit, † qui prędictos impediẽtes defendit: quæ excõicatio afficit, vel per ſe, vel ꝑ alios quis defendat; vt dicitur in Bulla. Quare qui tribuit ei homines, quo itinera ipſis obſideant, & expolient ꝑdicta deferentes, in excommunicationem hãc incidet. Excipio tamen vbi de iure eos deferenderet, vt pote in caſibus, in quibus prędictos defendere licet.

2 Atqui † an aliam pœnam patiantur, qui eos impediunt? Planè ſic; nam Gregorius XIII. alias pœnas his inuſit in Bulla incip. Inter Multiplices nobis. lata anno 1587. die ſeptima Maii. Pont. ſui anno ſexto. Sed de excõmunicatione hac ſatis, ad Caput Nonum deſcendamus.

De excommunicatione lata contra offendentes eos, qui ad Sedem Apoſtolicam eunt, ab eave recedunt. Nec non in vſurpantes iuriſdictionem in eoſdẽ, dum in Curia morantur. C. IX.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apoſtolicam venientes, & recedẽtes ab eadem ſua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, ſpoliant, capiunt, detinent. Necnon illos omnes, qui iuriſdictionem ordina-

dinariam, vel delegatam à nobis, vel noſtris iudicibus non habentes illam ſibi temere vindicãtes ſimilia cõtra morantes in eadem Curia audent perpetrare.

SVMMA.

1 *Sedes Apoſtolica quid ſit.*
2 *Sedem Apoſtolicam adire, ab eave recedere quiſnam dicatur.*

CAPVT hoc diuiditur in duas primarias partes quarum ſecunda incipit ibi. Nec non illos. In prima excommunicatio fertur ob quinque cauſas, de quibus ſingulis ſigillatim agendũ eſt. Sed quoniam excommunicatio hæc in eos fertur, qui vno ex quinque modis, ſeu cauſis ad Sedem Apoſtolicam veniẽtes, & recedentes offendunt, ob eã rem duo præmittẽda ſunt, quo rem hanc dilucidiorem habeamus. Primum quid ſit Sedes Apoſtolica, & vbi eſſe dicatur. Alterum quiſnam dicatur ad Sedem Apoſtolicam venire, & ab ea recedere.

1 Quoad primum igitur, †quoniam Sedes Apoſtolica idẽ eſt, quod Romana Curia, & vbi eſt Curia Romana, ibi Sedes Apoſtolica eſt; ſiue Romæ, ſiue alibi ſit. vt dixit Tole. in Bulla Cœnæ Domini, excommunicatio. 7. n. 2. ob eam rem, quoniam in ſuperiori capite quid eſſet Romana Curia declarauimus, quæ huc pertinent illinc ſumemus.

2 Quoad ſecundum, †ſcilicet qſnã dicatur ad apoſtolicam ſedẽ venire, vel ab ea recedere, concludendum eſt breuiter eum ad Apoſtolicam Sedem dici venire, qui aut ratione ordinis, aut ratione iuriſdictionis aliquid gerere apud Sedem Apoſtolicam, vel ab ea impetrare vult. Ratione ordinis, vt pote vel vt conſecratio aliqua fiat, vel ordinis collatio, & id generis. Ratione vero iuriſdictionis, vt pote vel vt appellationem proſequatur, vel iudicem impetret, vel vt beneficium aliquod ſibi conferatur, penſionemve cõſequatur, vel ſecum in voto caſtitatis, religioniſve diſpenſetur, indulgentia tribuatur, & alia huiuſmodi; vt enim p̃dicta ordinis, ita hæc iuriſdictionis Eccleſiaſticę ſunt vt ſenſit Gloſſ. communiter recept. in c. tranſmiſſam. de electi. Et quoniam Romanus Pon. nõ ſolum iuriſdictionem Eccleſiaſticam habet in vtroque foro, verum etiam & ſecularem in ſtatu Eccleſiæ, ob eam rem & qui, vt

vt conſequatur officium aliqđ, vel magiſtratum, vel gratiam aliquam, ad Sedem Apoſtolicam proficiſcitur; vel vt præſtet, qđ debet ſedi Apoſtolicæ ob quamcunque cauſam, vt pote vel vt pſtet canonem pro feudo aliquo, quod facit Hiſpaniarum Rex ſingulis annis; hi omnes ad Sedē Apoſtolicam venire dicuntur; ſicut etiam, qui venit, vt obediētiam pręſtet Romano Pon. & vt agnoſcat illum tanquam Caput totius Eccleſiæ. Id quod me præſente factum eſt à Rege Polonię per ſuum nuncium, atque ſic ſenſit Tolet. in Bulla Cœnæ Domini Excommunicatio. 7. num. 2. nam ait venientes ad Sedem Apoſtolicam eos intelligi, qui ratione Sūmi Pōtificis veniunt, & non qui ratione ſtationis, vel indulgentiarum, & cæte. ſed habentes negotium, prætenſionē, gratiam, vel quid aliud, mediante, vel interueniente Papa, ſiue ſit Romę, ſiue alibi. Hęc Tolet. His ſic pręmiſſis iam regulā de more ponamus.

SVMMA.

1 *Interficientes eos, qui ad Sedē Apoſtolicam veniunt, in excommunicatione incidunt: qua excommunicatio, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Interficiens iudaos, alioſue a chriſtiana religione remotos euntes ad Sedem Apoſtolicam in excōmunicationem incidit.*

3 *Interficiens clericum euntem ad ſedem Apoſtolicam in duas excommunicationes incidit.*

4 *Interficiens euntem ad Sedem Apoſtolicam quando in excommunicationem non incidat.*

I.

§. Pręmiſſis iam dictis, videamus quinam in excōmunicationem hanc incidant. In excommunicationem hanc igitur 1 incidunt, † qui interficiunt eos, qui ad Sedem Apoſtolicam veniunt; quæ excōmunicatio multis modis amplificatur.

Nam primo afficit vniuerſos, qui tales interficiunt ob dictionem illam Omnes, quę neminē excludit. arg. l. Iulianus. ff. de lega. 3. & c. ſi romanorum. diſ. 19. Quare vel laicus, vel clericus ſit, vel priuata perſona, vel publica, vel ſeruus, vel liber, vel vir, vel mulier, Bullam in hoc offendēs in excommunicationem hanc incidet.

Item excommunicatio hęc afficit vel quis per ſe, vel alterius opera quem interficiat, vt habetur in hoc Capite, ibi ſua, vel aliorum opera. Qui ergo vel mādat, vel iubet, vt venientes ad ſe-

dem

Digitized by Google

dem Apoſtolicam quis interfi-ciat,& mandans,iubens,conſu-lenſve in excommunicationē in cidit:&,qui mandatum, iuſſum, conſiliumve exequitur.

Tertiò excommunicatio hæc afficit interficientes,quicunque ſint,quos interficiunt;nam Bulla excommunicat, qui interfi-ciunt venientes ad Sedem Apo-ſtolicam,& ſic non diſtinguit q nā ſint; ergo nec nos diſtinguere debemus.argu.l.de prætio.ff. de publ.in rem act.Item indéfinite loquitur, at indefinita vniuerſalis vim habet,arg.l.ſi pluribus,& ibi Bart.ff.de leg.2.Quare,vel interficiant perſonas priuatas,vel publicas; vel clericos, vel laicos;vel nomine ſuo, alienove euntes, vt aduocatos,procuratores,ſolicitatores, in excō-
2 municationem hanc incident.† Item non ſolum ſi chriſtianos interficiant, pœnam hanc ſubeunt;verum etiam & ſi iudæos, à lioſve à chriſtiana religione remotos,vel hæreticos, vel excō-municatos,vel interdictos, vel ſuſpenſos, quandoquidem in Apoſtolicæ Sedis tutela recipiuntur;nemini enim ad ſe venienti ſinum claudit.arg.ca. ſuper his. de hæret.libr.6. ſic enim & à familia publica capti interfici à nemine poſſunt,vt DD.communiter concludūt.Tertiò,vel ſint hoſtes eorum à quibus interficiuntur.Poſtremò,vel ſeruos p-dictorum interficiant,nam, vbi priuilegium alicui conceditur, & ſuis ſeruis,& familiæ ſuæ con ceſſum intelligitur, ſine quibus conceſſò priuilegio commodè, & pro honoris ſui dignitate,vti nō põteſt,vt habetur in c. licet. § cum conceditur.de priuilegi. lib.16.& arg.c.preterea. de off. dele.in antiq.&l.2.ff. de iuriſdi. omn.iud.Quare Nuncius Regis Poloniæ, qui ad præſtandam obedientiam Romano Ponti.Romam venit.priuilegium hoc habebat,& quoniam pro regis ſui dignitate multos ſecum duxit, & familiam multam, ob eam rē omnes de ſua familia, cuiuſcunq; generis,ac dignitatis eſſent, vel coqui, vel qui equos alunt, priuilegium hoc habebant. Ex quibus iam patet interficiētem aliumā clerico,eſtò etiam chriſtianus nōn ſit,in excommunicationēm incidere,ſi interficiatur, qui ad Sedem Apoſtolicam ve-
3 nit. At quid † ſi quis interficiat clericum eodem euntem, an in excommunicationes duas incidet?in alteram,quia clericus eſt ob ca. ſi quis ſuadente diabolo. 17.q.4.in alteram,quia ad Sedē Apoſtolicam vadit? Plane ego cenſeo in duas excōmunicationes hunc incidere, vt in ſimili aſ ſeruimus

Digitized by Google

ſeruimus in Tractatu noſtro de Cenſuris Tab. 1. cap. 16. §. 3. nu. 4. quoſcunque igitur ad Apoſtolicam Sedem euntes quis interficiat, in excommunicationem hanc incidet.

Quartò excõmunicatio hæc afficit interficientem euntẽ ad Sedem Apoſtolicam, ſtatim atque domo egreſſus eſt; & iter ſuſcepit. arg. ca. dilecti filii, 2. de appell. etenim ſtatim atque qs iter arripuit ad Sedem Apoſtolicam, venire ad eam dicitur, vt ꝑ ſe patet, ergo qui eũ interficit, in excommunicationem hãc incidit, vt habetur in hoc Capite in principio.

Quintò excommunicatio hęc afficit pro quacunque cauſa ad Apoſtolicam Sedem euntẽ quis interficiat; vel igitur eat, vt gratiam conſequatur, vt pote beneficium penſionem, indulgentiã, diſpenſationem aliquam, & id generis, vel magiſtratum, vel vt canonem pro feudo ſoluat, vel obediẽtiam præſtet, vel cauſam agat apud quemcunque Iudicẽ Sedis Apoſtolicæ, & id generis, hunc interficiens in pœnã hãc incidet; quãdoquidem hunc ad Apoſtolicam ſedem ire antea ꝓbauimus.

**Sextò excommunicatio hæc afficit, quacunque ratione quis hos interficiat, vel ferro, vel veneno, vel aliis inſidiis, vt pote diruendo pontem, per quem ſunt tranſituri, vt trãſeuntes ſuper illum ſtatim cadãt, vel fame, multis enim modis inferri mors poteſt, vt per ſe patet, & vt habetur in l. vnic. C. de emendat. ſeruor. idque merito, etenim Bulla effectum prohibere, non modũ conſiderare voluit; ac propterea quacunque ratione id fiat, nihil intereſt. argu. ca. cum quid vna via. iunct. Gloſſ. de regu. iu. lib. 6.

Septimò excõmunicatio hęc afficit vbicunque Sedes Apoſtolica ſit; nã ſimpliciter punit Bulla, qui interficit euntem ad Sedem Apoſtolicã, nec diſtinguit, vbi ſit, ergo nec nos diſtinguere debemus. argu. l. de prętio. ff. de publ. in rem act. Vel igitur Romę, vel alibi, vt modo Ferrariæ, ſit, ad eam euntem interficiens, in excommunicationẽ incidet.

Verum, quid ſi quis exiſtimans Romę eſſe Sedem Apoſtolicã, cum alibi ſit, Romam eat, an, qui tunc Romam euntem interficit, excommunicatione obligabit? Ego cenſeo & hunc ea pœna obligari; nam, eſto erret, ad Sedem Apoſtolicam tamen eundi propoſitum habet, atque it. Hi omnes ergo excõmunicatione hac obuoluentur.

Octauò afficit excommunicatio

tio hæc interficientem, eſto interficiat non ob Romanę curiæ odiū;ſed ob aliā cām, vt pote, vel ob inimicitias, vel vt pecuniis ſpoliet; atq.ſic ſenſit quoq. Martinus Alfonſ.de Viu.in Cādelabro in explantione Bullę Cœnæ Domini.caſ.9.nu.81. Idque merito;nam ſolum Bulla inſpicit interficiētem eum, qui ad Apoſtolicam Sedem vadit; & ob id non curat, quamobrē interficiat,ſicut etiam Eccleſia excommunicat iniiciētem manus violentas in Eccleſiaſticam perſonam.in c.ſi quis ſuadente diabolo.17.q.4. ob quamcumque cauſam iniiciat:ſed iam,qui pœnam hanc euadūt, explicemus.

4 Primum igitur† in excommunicationem hanc non incidit,q tales euntes,interficiendo mortiferè non peccat,nam in excōmunicationem maiorem, quis non incidit, vbi mortiferè non peccatur.argu.c.nullus,& c.nemo Epiſcoporum.11.q.3.Quare,ſi iudex aliquem interficiendum curauit,qui ad Sedē Apoſtolicam ibat pro impetrādo beneficio, propterea quod in ſuo territorio iniuriam aliquam,& delictum graue fecit, in pœnā hanc non incidet;non enim veriſimile eſt Bullam velle excōmunicare iuſtè quem punientē, argu.c.erit autem lex.d.4.& ca.2.in fin.de iis, quæ fiunt à maior. part.cap.& l.ſancimus.C.de pę. & l.meminerint.C.vnde vi,alioquin delinquendi anſa daretur, quod abſurdum eſt,& ob id non dicendum.argu.l.nam abſurdū. ff.de bon.libert.atque ſic dixit Rebuff.in Prax.benef.in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini.artic.7.in verb.Recedentes,idem dixit quoque Martinus Alfonſ. de Viuald.in Candelabro,in explanatiōne Bullę Cęnæ Domini.caſ.9.nu.82.nam, vt ipſe ait, non tunc punitur,vt Romipeta, ſed vt offendens. Si itidem iens ad Sedem Apoſtolicam quē offendat, & offenſus ratione aliaſ defendere non potens ipſum interficiat, excommunicationē hanc euitabit,argu.c.dilecto.de ſent.excom.libr.6.& Clem.1.de homicid.& l.vt vim.ff.de iuſtit. & iur.atque ſic Viuald.ibid.ſenſit.Non denique ſi caſu, & ſine culpa eum interficiat. Quid.n. ſi furioſus factus ad Sedē Apoſtolicam euntem obuiam factū interficiat? Planè pœnam hanc effugiet.arg.cit.Clem.1.de homicid.& c.Apoſtolicæ.de cleri. excom.min. etenim afflictio afflicto addenda non eſt,arg.l.diuus.ff.d eoff.præſid.

Secundo loco in excommunicationem hanc non incidit,q interficit euntem ad Sedē Apoſto-

ſtolicā id probabiliter ignorās, tum quod qui clericum ignorans percutit, in excommuuicationem non incidit, vt habetur in c.ſi verò aliquis,& ibi cōmu niter not.de ſenc.excom. & facit Clem. 1.in verb.Scienter, & ibi not.Zabar.nu.3. verſi. Sexto not.de pœn.tum quòd, qui furatur in loco,ignorās extare ibi ſtatutum excommunicans furā tem, excommunicationem illā euitat,vt habetur in c.fin.de cōſtit,libr.6. Neque igitur hic in excommunicationem hanc inci det;quamuis alias puniatur.

Tertiò in excommunicationem non incidit, qui interficit eum,q eo vadit, vbi eſt Apoſtolica ſedes; ſed non eo animo, quo aliquid cum ipſa agat; nam Bulla ſolum eos excōmunicat, qui venientem ad Sedem Apoſtolicam interficiunt, & ſic eum,qui aliquid a Sede Apoſto lica vult,ergo ſecus ſi alios, incluſio enim vnius alterius exclu ſio eſt.arg.c.non ne.de præſum. & l.cum prætor.ff.de iud.& limi tata cauſa limitatum producit effectum.arg.l.in agris.ff.de acqui.rer.dom in. Quare qui eo va dunt, vel ad vineas fodiendas, vel agros,hortos,fundosq.colē dos,vel ad alicui inſeruiēdum, vel ad ædificia conſtruenda, vel ad operam litteris dandam, vel animi cauſa,hos interficiens, vi capitis huius Bullę in excōmunicationem hanc non incidet, atque ſic ſenſit Caieta. in Sum. in verb.Excommunicatio.capi. 14.verſi.Sed hic ſunt aduertenda multa, ibi. Ac per hoc oportet,& Nauar.in Man.cap.27.numer.65.verſic.Secunda. Sed de eunte ad Sedem Apoſtolicam ſatis;ad recedentem ab ea veniamus,& de ipſo etiam regulā ponamus.

SVMMA.

1 *Interficiens recedentem à Sede Apoſtolica in excommunicationē incidit:qua excōmunicatio,quouſque pateat,declaratur: vbi & quouſque priuilegium hoc duret, & vagabundo quandiu proſit,explicatur.*

II.

§ Quando in excommunicationem incidant,qui offendunt euntem ad Sedem Apoſtolicam vidimus, iam qui eadem obligantur offendentes eos,qui
1 ab ea recedunt,videamus. † In excommunicationem hanc igitur incidit,qui à Sede Apoſtolica recedentem interficit,vt habet in initio huius Capitis, ibi. Et recedentes:idque merito;nā & ſecuritate publica de venien-

do ad aliquem locum data, quæ vulgò dicitur Saluo cōdoto, & de recedendo data eſſe intelligitur, vt id pluribus probauit Feli. in c. fin. nu. 1. cum multis ſeq. de tregu. & pac. & Rebuff. in Prax. benefi. in expoſitione Bullæ Cęnæ Domini. art. 7. in verb. Recedentes; etenim priuilegium datum ad eundum, & ad morādū, & ad recedendum datum cenſetur. arg. c. quia diuerſitatem. in fin. de conceſſ. præben. & ibi no. Abba. nu. 6. Et hęc excommunicatio afficit in quacunque itineris parte quis talem interficiat; quouſque domum redierit; nam ſicut qs priuilegium hoc habet eundo ad Sedem Apoſtolicam, ſtatim atque domo egreſſus eſt, quouſque ad Sedem Apoſtolicam peruenerit: ita & è cōtrario domum rediens priuilegiū hoc habebit, quouſq; domum redierit; vt quod operatur propoſitū in propoſito, operatur oppoſitū in oppoſito, arg. l. fin §. fin. ff. de fund. inſtruct. ſic enim & de ſecuritate data dicitur. At q̄d de vagabundo, qui ad Sedem Apoſtolicā pro habenda licentia aliquā ſeu priuilegio venit, quādo & recedens, & veniens priuilegium hoc habebit? Plane in veniendo, ſtatim atque hoc animo concepit, & ob id iter aggreſſus eſt; nam ibi domicilium habere intelligitur, vnde recedit; quāobrem etiam fit, vt ſi Paſchatis tempore illic eſſet, ibi Euchariſtiam ſumere deberet, vt DD. cōcludunt, & de delictis etiā conueniretur; vnde illud, vbi te inuenio, ibi te iudico, vt dixit Gloſſ. in l. 1. in verb. Reperiūtur. C. vbi de crim. ag. oport. In recedēdo autem ſtatim atque ab Apoſtolica ſede diſceſſit, illud amittit; quoniam ex quo vagatur, & domicilium nuſquam conſtitutum habet; ſed totus terrarum orbis patria ipſi domicilium eſt; ob eā rem ſtatim ad ſuum domiciliū peruenisse exiſtimatur; alioquin priuilegiū hoc ſemper haberet, ex quo nunquam ad patriam, ac domicilium quod non habet, p̄ueniret, quod eſt abſurdum.

Item affi. it excommunicatio hęc, vel infecta re ab Apoſtolica ſede diſceſſerit; nā Bulla non diſtinguit; ergo nec nos diſtinguere debemus. arg. l. de prętio. ff. de publ. in rem act. Verū quid de eo, qui iter ad Apoſtolicam Sedem cœpit, & antequam ad Apoſtolicam Sedem peruenit, itineris eius pœnituit, cœptumque iter non perfecit; an qui domumipſum redeuntem interficit, in excommunicationē hanc incidet? Ego cenſeo hunc in excommunicationem non incidere; nam re uera ab ipſa non receſ

ſit,

ſit,quod requirit Bulla,dum inquit.Et recedentes ab eadem:ſecus autem ſi ob morbum,vel aliquam iuſtam cauſam iter non ꝑfecit;nam ex veriſimili,& probabili mente auctoris Bullæ priuilegio frui exiſtimandum hunc cenſeo.

Poſtremò afficit excommunicatio hęc in omnibus caſibus,q̄bus ſuperior.Item omnes etiam exceptiones prędictas in eadē regula patitur . Sed de regula hac ſatis;ad aliam veniamus.

Verſ. Mutilant.

SVMMA.

1 *Mutilare quid ſit:*

2 *Mutilantes eos,qui ad Apoſtolicam Sedem eunt,in excommunicationem incidunt:quæ excōmunicatio,quouſque pateat,declaratur.*

3 *Membri partem abſcindens, an mutilare hic dicatur,& in excōmunicationem incidat, ſi eunti ad Sedem Apoſtolicā abſcindat membri partem.*

4 *Dentem euellēs eunti ad ſedem Apoſtolicam,an in excommunicationem incidat.*

5 *Verberans euntem ad Sedem Apoſtolicam,an in excommunicationem incidat.*

HIC ſecunda cauſa habetur,quamobrem in excōmunicationem hanc quis incidit; quę eſt, vbi quis euntes ad Apoſtolicam Sedem,ab eademve recedētes mutilat:quam rem vt dilucidiorem habeamus, præmittendum eſt, quid ſit mutilare.

1 Mutilare igitur† nihil aliud ē, q̄ mēbrum aliquod corporis abſcindere,vt probatur in Clemē. 1.de homicid.& apertius in ca. pen.de corpo.vit.ibi, Manu altera mutilatus. Quibus verbis ſignificatur eum abſciſſam manū habere,& ſic mutilum eum dici, qui abſciſſum membrum aliqđ habet,atque ſic ſenſit Maiol. in Tractatu ſuo.de irregular.cap. 14.nu.1.& Nauar.in Man. capi. 27.nu.206.&nu.208. Hoc præmiſſo,iam regulam de more ponamus.

2 In excommunicationem hāc igitur incidunt,† qui mutilant, ſeu abſcindunt membrum aliquod iis, qui ad Apoſtolicā Sedem eunt,vt habetur in verſicu. propoſito.

Quæ excommunicatio afficit in omnibus caſibus,quos in ſuperioribus regulis poſuimus , & ob id vel per ſe,vel per alios q̄s id faciat,in excommunicationē hanc incidet. Siue ergo quis oculum

culum eruat,ſiue manum, brachiumve abſcindat, excommunicatione hac obligabitur.

3 At quid†ſi quis nõ membrum aliquod abſcindat, ſed membri partem, an in excommunicationem hanc incidet? Item quid de eo, qui hos verberat, vulnerat've tantum? Quid de euellente, ſeu proiiciente ipſis dentem?

Quoad primam quæſtionem videbatur dicendum hunc in excommunicationem hanc nõ incidere, ex quo mutilare mẽbrũ abſcindere ſignificat. Contrariã opinionem tamen veriorẽ cenſeo. Primum, quoniam mutilare ſignificat abſcindere. arg. cit. ca. pen. de corp. vit. iunct. ca. ſi quis abſciderit. d. 55. at, qui partem abſcindit, abſcindere ſine dubio dicitur, atq. ſic ſenſiſſe videtur Zab. in Clem. 1. nu. 11. q. 10. ibi. Decimò quæro an ex qualibet mutilatione. Poſtremo facit ca. qui partem. d. ead. 55. vbi, q partem cuiuſlibet digiti ſibi abſcindit, irregularis efficitur, vt ibi habetur, & tamen, ob abſciſſionem partis alicuius corporis, non redditur quis irregularis, niſi pars illa corporis membrũ ſit, vt DD. communiter inquiũt. Nec obſtat ratio in initio propoſita, quandoquidem non excludit ipſum totum ſuas partes: ar gu. c. plus ſemper. de reg. iur. lib. 6. & c. in toto. eode. & qui partẽ mẽbri ergo abſcindet, in excõmunicationem hãc incidet. Excipio tamen, vbi quis aliqd mẽbro abſcinderet, quamobrẽ mẽbrum diminutum non redderetur; exempli gratia, ſi ex manu pars aliqua carnis abſcindatur; & de quæſtione hac ſatis. Ex qua declarantur verba propoſita, ſcilicet prędictos mutilantẽ in excommunicationem hanc non ſolum incidere, vbi mẽbrũ integrum abſcindit; verumetiã & vbi partem membri. Iam igitur quęſtionem aliam aggrediamur. Et primo tertiam.

4 An igitur†dentem his euellẽs in excommunicationem hãc incidet, ſi hoc faciat illum percutiendo? Ego cenſeo hunc in excommunicationem incidere. Et hoc ob eam potiſſimum rationẽ quoniam dentes proprium officium habent; nam vocis organa ſunt, robuſtum fulcrum linguæ exhibẽtes, ſimulque alimẽti miniſtri, partim ipſum ſecãtes, partim continentes, vt inquit Baſil. in homil. 3. in fine, quem refert Maiol. in eod. Tractat. de irregularit. cap. 24. Nec repugnat, quatenus Inn. inquit in ca. ſignificauit. de corp. vit. dentes inter mẽbra non numerari, nam præter reſponſionem, quam dedit Maiol. in eod. capi. Ego dictum In-

noc. locum habere dico in irregularitate;nam quod dentes, ſi deficiant,non impediunt,neque etiam dedecori ſunt ad diuina facienda;ob eam rem inter mẽbra dentes non numerari, ſcilicet, quæ irregularem reddunt, Innoc. exiſtimauit; etenim verba ſecundum ſubiectam materiã intelligenda ſunt.arg.l.ſi vno.ff. loca.& l.plenum.§.equitii.ff.de vſu.& habit.at in eo c. ſignificauit,& in toto eo titu.de impedimẽtis,quæ irregularem reddũt, agitur;iure igitur dictum Inno. in hanc ſententiam accipiendũ eſt;& de quæſtione hac etiam ſatis. Ex qua habetur ampliatio alia ad propoſitam regulã, vt ſcilicet in excommunicationẽ hãc incidat etiam,qui vi,ac dolo dẽtem euulſerit.

5 Poſtrema quæſtio,hæc eſt,† quid de verberante prædictos, an & hic excõmunicatione hac obuoluatur? ſicut etiam vulnerans?Ego breuiter cõcludo neutrum horum in excommunicationem hanc incidere. Primò, quia nulla verba huius Capitis illis cõueniunt; aliud enim eſt interficere,mutilare,ſpoliare,& vulnerare,quę in ipſo deſiderantur:ex quo igitur verba diſpoſitionis hiſce non conueniunt; nec diſpoſitio.arg.l.4.§.toties. ff.de damn.infect.etenim ex diuerſis non fit illatio.arg.l.Papinianus exuli.ff.de min.Præterea quoniam, vbi canones volunt & verberantem comprehendere,id exprimunt, vt habetur in Clem.1.de homicid.ibi. Percuſſerit,quod ſignificat idẽ, quod verberauerit: quod etiam facit Bulla hæc in Cap.decimo, & in Ca.Vndecimo:ergo,ex quo hic non dixit, nec nos dicere debemus.argu.l.e.de prætio.ff.de publ.in rem act. Poſtremò facit, quoniam ſumus in pœnis; ergo ſtrictior interprætatio faciẽda eſt.argu.c.in pœnis,& ca. odia. de reg.iur.lib.6.& l. interprætatione.ff.de poen. Concludo igitur nec verberantem,nec vulnerantem in pœnam hanc incidere.Ex qua concluſione exceptionem habemus ad regulam propoſitam;aliàs vero exceptiones colligere poſſumus ex propoſitis regulis antea. Et hæc,quæ diximus de mutilante eũtes ad Sedem Apoſtolicam, dicta eſſe intelligimus & de mutilante recedentes ab eadem. Sed iam ad reliqua tranſeamus.

Verſ. Spoliant.

S V M M A.

1 *Spoliare proprie quid ſit.*
2 *Spoliare quot modis contingat.*

3 Spo-

3 *Spolians hic quando in excommunicationem incidat.*

4 *Spolians euntem ad Apoſtolicã Sedem in excõmunicationem incidit: qua excommunicatio, quouſque pateat, declaratur.*

5 *Spolians vxore ſua maritum euntẽ ad Apoſtolicam Sedem, an in excommunicationem incidat:*

6 *Spolians euntem ad Apoſtolicam Sedem an in excommunicationẽ incidat, ſi ijs rebus eum ſpoliet, quas ei accommodauit.*

7 *Spolians euntem ad Apoſtolicam Sedem quando in excommunicationem non incidat.*

HIC tertia cauſa habetur, quamobrẽ in excommunicationẽ qs incidit ad Apoſtolicam Sedem accedentes, recedenteſve offendẽs: quæ eſt, vbi quis eos ſpoliat: quam excommunicationem vt dilucidiorem habeamus, præmittẽda hæc ſunt. Primum quid ſit Spoliare. Item quot modis quis ſpoliare dicatur, & in quam partem hic accipiatur. Poſtremò, quib. rebus prædictos ſpoliãdo in excommunicationem hãc quis incidat.

1 Quoad primam igitur † Spoliare proprie nil aliud eſt, quã ſpolia alicui inuito eximere, atque exuere. Hinc Cicero ꝓ Pla. inquit. Eſt enim grauius ſpoliare fortunis, quam nõ augeri dignitate, & de hoc primo ſatis.

2 Quoad ſecundum † duob. modis ſpoliare cõtingit iuſte, & iniuſte. Iuſte, vbi hoſtes ſpoliãtur, iudiceve legitime procedente auctore. Hinc Liu. libr. 1. inquit Regem in prælio obtruncat, & ſpoliat. Iniuſte vero, vbi in aliis caſibus quis ſpoliat, & in hoc caſu dicitur proprie, & ſumitur pro prædari, & furari. Hinc Terent. in Hec. quin ſpolie, mutiles, laceres; & in hanc partẽ hic accipitur; ex quo enim excõmunicantur, qui ſpoliãt, in deteriorem partem accipiendum hoc ẽ; quandoquidem pro delicto, nõ autem pro virtute pœna inferẽ. argu. c. 2. de iis, quę fiunt a maior. part. c. in fine, & l. ſancimus. C. de pœn.

3 Quoad tertium denique † etſi ſpoliare duobus modis cõtingit rebus ſcilicet mobilibus, & immobilibus, vt in c. ex tranſmiſſa & in c. litteras, & in c. ſępe, & toto tit. de reſtitu. ſpolia. tamẽ hic pro ſpoliãte prędictos re mobili accipiendum eſt; nam Eccleſia hos tueri vult in iis, quę ſecũ habent, quo iter peragere poſſint, quod non contingit in reb. immobilibus, quas ſecum ferre nequeunt. His ſic præmiſſis, iam regulam de more ponamus.

In

In excommunicationẽ hanc
4 igitur incidit,†qui ſpoliat eũtes ad Apoſtolicam Sedem. Quę excommunicatio afficit,quicunq. is ſit,qui ſpoliat,vt in antecedentibus regulis etiam diximus;vel priuata perſona igitur ſit,vel publica, & ob id iure magiſtratus tales ſpoliet(modo iniuſte id faciat)in excommunicationẽ hãc incidet.arg.ca.conquærente.de reſtit.ſpol.

Item excõmunicatio hæc afficit,vel vi,vel dolo quis ſpoliet; vi aperte aggrediendo ꝑdictos, vt latrones,& exules ſuperiorũ temporum in his regionibus faciebant;dolo,vbi furtim, quod fures facere conſueuerunt. arg. §.furtum autem vel à Furuo.in Inſtit.de oblig.quæ ex delict.na ſ. Dolo etiã,ſi promittat ſe eos tutos ducturum per aliquem locum,vbi latrones adeſſe inquit, cum id falſum ſit,modo tantum pecuniæ illi tribuant.

Tertiò afficit excommunicatio hæc,quicunque ſint,qui ſpoliantur,vt diximus in prima regula huius Capitis; vel igitur ſint chriſtiani, vel non chriſtiani,priuilegium hoc habebunt; nam conceſſum illud eſt in fauorem Apoſtolicæ Sedis;ac ꝓpterea nemo alterius vitio priuari eo debet. arg. ca.ſi diligenti.de for.compet. & ca. contingit.de ſent.excom.

Quartò excõmunicatio hęc afficit,quibuſcunque reb. ipſos quis ſpoliet;nã Bulla nõ diſtinguit,ergo nec nos diſtinguere debemus.argu.l.de prætio.ff.de publ.in rem act. Vel igitur pecunia,vel pannis,ſeu veſtibus, vel iumentis tales quis ſpoliet,in excommunicationem hanc incidit.†At quid,ſi quis adimeret vxorem,quam ſecum duxit,vel filios,vel ſeruos,quos ĩ poteſtate habet ad Apoſtolicam Sedẽ vadens,an in excommunicationẽ hic incidet? Ego cenſeo & hunc pœnam hanc non euadere;nam & vxore quis ſpoliari dicitur.argu.c.ex tranſmiſſa,& c. conquæſtione.de reſtit.ſpo. quodcunq. igitur ſit,quod aufertur, pœna hac quis plectitur. Id quod locum habet,non ſolum,vbi rebus omnibus ſpoliat, quod dubitatione caret, verumetiam & vbi aliquibus; tum quod Bulla non diſtinguit,vt iam dixi, tũ quod qui ſpoliat quem aliquibus reb. eum vere ſpoliat,& ſic ei Bullæ verba cõueniunt,ergo & diſpoſitio.arg.l.4.§.toties.ff.de dam. infect.tum quòd valet argumẽtum de toto ad partem.arg. l. ꝗ de tota.ff.de rei vind. 5

Quintò excõmunicatio hęc afficit hos ſpoliantẽ,vel res ſint ipſorum ſpoliatorum omnino,

vel

vel quo ad vſum tantum, vt pote,quia fuerunt ipſis accomodatæ; nam, quod ipſarum cura ad eos pertinet,ob eam rem ſuę dici poſſunt; quamobrem etiá ſit, vt actionem furti contra auferẽtem etiam habeant.§.furti autẽ actio. in Inſtit.de obliga.quæ ex delict.naſc. Addo Bullam nõ diſtinguere,quibus rebus ſpolientur accedẽtes ad Romanam Curiam.† Verum quid ſi is,qui res
6 tales eis accommodauit,hos ipſis expoliat,an in pœnam hanc incidet?Ego cenſeo & hunc in excommunicationem incidere, vbi ad eum finem accomodauit: vt ad Apoſtolicam Sedem ſecũ ferre poſſent,vt pote equum,veſtes,arma,& id generis;nam iniuſte facit,ex quo à cõtractu diſcedit;cum contractus ab initio voluntatis,& poſtea neceſſitatis ſint.arg.l.ſicut.C. de acti. & oblig.Pręterea obligatus eſt ꝑmittere,vt accommodatis reb. ad eum finem vtatur,cuius gratia accomodatæ ſunt; alioquin tenetur,& peccat,vt habetur in c.1.de comodat.& in l. in comodata.ff.comodat.& not. Nauar. in Man.cap.17.nu. 182.Verum quid ſi res ipſas accomodauit, non vt ſecum ferret, ſed vt domi vteretur,an auferendo in pęnam hanc incidet?Et quid ſi ad Apoſtolicam Sedem accedens ſpolietur rebus,quas furat⁹ eſt, ab ipſo domino? Ego ſic diſtinguendum cenſeo.Aut auctoritate iudicis dominus rei eum ſpoliat,& in hoc caſu hunc in excõmunicationem nõ incidere cõcludo,non enim peccat, qui auctoritate iudicis aliquid conſequitur.arg.l.iuſte poſſidet.ff.de acquír.poſſeſſ.& l.Gracchus.C. de adulter.Aut ſine auctoritate iudicis res ſuas aufert,& in hoc caſu,ſi periculum eſt,ne ipſas amittat iudicem adeundo, licite eas aufert;nam & debitorẽ fugitiuum auctoritate propria capere poſſumus,vt habetur in l. ait prætor.§.ſi debitorem. ff. de iis,qui in fraud.credi.not.Iaſ. in l.vinum. nu.3.ff.ſi cert.pet.Aut auctoritate iudicis ſuum conſequi poteſt, & in hoc caſu in excommunicationem hũc incidere cenſeo;nam iniuſte facit, ex quo propria auctoritate ſibi ius dicit cõtra C.ne quis in ſua cau. iudicet,quamobrem etiam punitur,vt habetur in §. ita tamẽ.in Inſtit.de vi bo.rapt. & facit quoque c.1.de reſtit ſpo.Vel igitur res furtiuæ ſint,iniuſte ſpoliari prædicti nõ debent; alioquin in excommunicationem ſpoliãtes incident.

Poſtremò excõmunicatio hæc afficit ſpoliãtes, etiá ſi res quas auferunt, per aliam perſonã hi

ferant,

ferant, vt pote per mulionem, & id generis, modo tamen ſpoliantes ſciāt res tales horum eſſe, alioqn ſi id ꝓbabiliter ignorent, pœnam huius capitis euadent, arg.c.fin.de conſtit.libr.6. & c.Apoſtolicæ.de cler.excom. min. Sicut etiam in excommunicationem incidūt, qui famulos, quos ſecum ducunt, ſuis rebus ſpoliant, quandoquidem eodē priuilegio, quo ſui domini fruūtur. arg.c.licet.§.fin.de priuil.li. 6. Hi ergo in excommunicationam hanc incidunt, iam qui pœnam hanc euadunt, explicemus.

7 Primum igitur † in excommunicationem hanc non incident, qui hos iuſte ſpoliāt, vt pote auctoritate iudicis, vt vidimus ſupra, vel quia ſpoliati ab eiſdē in continenti eoſdem ſpoliauerūt. arg.c.olim.de reſtit.ſpoli.

Item in excommunicationē hanc non incident, qui reb. hos ſpoliant, quas domi reliquerunt vel ſint mobiles, vel immobiles, nam priuilegium hoc conceſſum eſt pro rebus, quas ſecum ferunt in itinere, non autem pro iis, quas domi reliquerunt; eas enim ordinario iure tuendas reliquit: quamuis ſi ordinarii locorum ſuos ſubditos pro ſuis negotiis ad Apoſtolicā ſedem eūtes beneficiis priuent, priuatio nulla ſit, & ipſi in cenſuras incidant, vt habetur in extrauag. diuina. de priuil.

Poſtremò pœnam hanc euadunt, vbi rem paruam hiſce ſubripiunt ob rationes, quas diximus. Sed de hoc ſatis, ad reliqua deſcendamus, ſi illud prius addiderimus, quę de ſpoliantib. euntes ad Apoſtolicam Sedem diximus; & ad ſpoliantes ab ea recedentes pertinere.

Verſ. Capiunt.

SVMMA.

1 *Capientes eos, qui ad Sedem Apoſtolicam eunt in excommunicationem incidunt: quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Capientes eos, qui ad Apoſtolicā Sedem eunt, quando in excommunicationem non incidunt.*

IN hac parte excommunicantur capientes eos, qui ad Sedē Apoſtolicam eunt, vel ab ea recedunt, & quoniam quid ſit capere, & quid hoc ſignificet, ſatis notum eſt; ob eam rem eius explicatione omiſſa, regulam more noſtro ponamus.

In excommunicationem hanc
1 igitur, † incidunt, qui capiunt eos, qui ad Sedem Apoſtolicā eunt, vt diximus. Quę excōmunicatio afficit prędictos in om-

nibus caſibus, in quibus eam interficientes, ac mutilantes afficere antea diximus. Vel per ſe igitur, vel per alios id faciant, excommunicatione hac obligantur.

Item excommunicatio hæc afficit, eſto capti ratione quapiã capientium manus effugiant; nã ex quo Bulla tales ipſo iure excommunicat, ſtatim atque hosce ceperunt, in excommunicationem hanc incident. argu. ca. paſtoralis §. fin. de appella. eſto igitur deinceps eorum manus euadant, ſponteve dimittant, nõ idcirco tamẽ excommunicatione abſoluentur. arg. ca. cum deſideres, & c. peruenit, de ſentẽ. excom. At quid de mandante capi, vel iubente quid iuris, ſi hũc mandati pœniteat? Hoc alibi declarauimus, iam eos qui pœnã hanc euadunt, ponamus.

2 Primum igitur in excommunicationem hanc non incidunt, qui in iis caſibus capiunt, in quibus & interfici, mutilarive ipſos poſſe antea diximus. Quare ſi quis hos capiat ob delictum aliquod, quo à iudice puniantur, vel ne in manus hoſtium incidãt, neve periculum aliquod adeant, vel etiam ioco, excommunicationẽ hanc euadent, ex quo enim talis pęna infertur, vbi dolus adeſt, inferri exiſtimatur. argu. c. nullus. & ca. nemo Epiſcoporum. 11. q. 3.

Poſtremò excipitur, quis conatus eſt hos capere, ſed non potuit; nam neque hic in excõmunicationem hanc incidet; tũ qđ verba cum effectu intelligenda ſunt. arg. l. 1. §. hæc verba. ff. qđ quiſque iur. & c. relatum. de cle. non reſident. tum quòd, vbi pœna infertur, ipſo iure delictum conſumatum requiritur, quo qs in eam incidat, vt tradidit Ioan. Andr. in ca. in pœnis in mercur. lib. 6. quem ſequitur Ancharan. in Clem. multorum. nu. 5. verſi. Quintò. de pœn. Facit quoque quod dixit Zabar. in Clemen. cupientes. § fin. verſic. Tertiò quæro. eod. vbi ait in eam excõmunicationem clericos, religioſoſve non incidere, qui ſuadent cuipiam, vt ſepulturam eligat, ſi ipſam nõ eligat; ergo idem hic. Sed iam reliqua proſequamur, cũ illud addiderimus, quæ de capiente euntem ad Sedẽ Apoſtolicam diximus, & de capiente ab ea recedentem dicta nos eſſe velle.

Verſ. Detinent.

SUMMA.

1 *Detinere quid ſignificat.*

2 *Detinentes, qui ad Apoſtolicam Sedem*

dem eunt,in excommunicationē incidunt: quæ excommunicatio, quouſque pateat,declaratur.

3 *Detinentes,qui ad Apoſtolicā Sedem eunt,quando in excommunicationem non incidat.*

4 *Capiens,detinens,ſpolians,mutilans,interficiens euntem ad Apoſtolicam Sedem an in plures excommunicationes incidat.*

IN hac parte excommunicantur ob aliā cauſam offendentes eos,qui ad Sedē Apoſtolicam eunt, ab eave recedunt,vbi ſcilicet eos detinent;

1 †quam excommunicationem, vt dilucidiorem habeamus, ſciendum eſt,verbum hoc Detinere in duas ſententias accipi poſſe. Primò, vbi quis aliquem captū detinet.Secundo loco, vbi quis aliquē moratur,ſeu impedit iuxta illud Terent.in Eunuch.Detineo te fortaſſe,& in Phor. Pol me detinuit morbus.Item ſciendum eſt in re noſtra in vtrãque ſententiam accipi poſſe,vbi ſcilicet vel captum detinent, vel nō captum dolo malo impediunt, vel morantur; nam ratio prohibitionis ea eſt, vt liber acceſſus ſit ad Apoſtolicam Sedem,quæ libertas impeditur quacunque ratione dolo malo venientē qs moretur,vt per ſe patet.His præmiſſis,iam regulam inſtituto noſtro ponamus.

2 In excommunicationē hanc igitur†incidit,qui euntē ad Sedem Apoſtolicā detinet; vel captum,vel non captum. Quæ excommunicatio afficit;vel per ſe, vel per alios eos detineat,vt habetur in Bulla.

Item afficit excommunicatio hæc eos, qui ab aliis captos ipſi detinent;non enim Bulla diſtinguit,à quo capti ſint, ſed ſolum requirit,vt detineat, quod & in hoc locum habet.

Poſtremò afficit in omnibus caſibus,quos in prioribus regulis recenſuimus:ſed iam qui pœnam hanc euadant explicemus.

3 Primum igitur†in hoc offendens in excommunicationē hāc non incidit in iis caſibus,in quibus in ſuperioribus caſib. offendentes non incidere diximus. Quare qui probabiliter ignorat hos ad Apoſtolicam Sedem accedere,in excommunicationem hanc non incidet ipſos detinēs. Non itidem, vbi de iuſſu iudicis id facit,exiſtimās iudicem id facere poſſe;nam iuſſus iudicis excuſat.argu.l.furti.§.qui iuſſu.ff. de iis,qui not.infam.

Poſtremò excipitur, vbi quis non dolo malo id facit; vt pote verbis blandis ſuaſit,ne ad Apoſtolicam Sedem iret, ne litiga-

ret;nam in hoc caſu pœnā hanc euadit.arg.l.fin.C.ſi quis aliquē teſtari prohibuerit. Idem ſi ratione alia ſuaſit hoc ei non expedire ob eandem rationem. At quid ſi quis hæc faciat de conſilio vniuerſitatis, quid tunc iuris erit? Hoc abſoluimus in prima parte huius operis.

4 Quid itidem† ſi quis quempiā ad Apoſtolicam Sedem euntē capiat, detineat, ſpoliet, mutilet, ac demum interficiat, an in vnā, pluresve excommunicationes hic incidet? Planè ſi diuerſo tempore hæc fiant, & non eodē impetu, in excōmunicationes plures incidet; ex quo enim ꝓ his ſingulis delictis excommunicatio lata eſt, & hic omnia commiſit, in omnes excōmunicationes incidet. Si vero vno impetu omnia hæc fecit, vbi vnū delictum commiſit in primis, vt aliud committeret, in vnam excōmunicationem tantum incidet, vt pote ſi capiat, vt ſpoliet, vel mutilet, vel interficiat, vel detineat; ſic enim & q vulnerat clericum vt interficiat, non in plures excommunicationes incidit & quia vulnerauit, & quia occidit, ſed in vnam tantum. Si vero ob plures cauſas, in plures incidet, vt pote ſi cepit, vt ſpoliaret, mutilaret, & demum interficeret; nam pro his omnibus excommunicatio lata eſt. Quamuis ſi hæc non perficeret; vna tātum excommunicatione obligaretur, quia cepit, aliàs vero, vbi non apparet, quamobrem id factum ſit, in tot excōmunicationes eū incidere cenſeo, in quot capita huius Bullę offendit. Primò, quia pro ſingulis excommunicatio lata eſt, vt habetur in Bulla. Deinde q; plura ſunt ſpecie diuerſa, & vnum ſub alio nō eſt, & ob id à ſeparatis non fit illatio. arg. l. Papinianus exuli. ff. de min. Tertiò, quoniam vnum non fit ob aliud, quo caſu diuerſa eſſe cenſentur, vt ſenſit Bart. in l. 1. in fine. ff. de iis, quæ no. in fam. Quartò, quoniam vbi quis vnum facit, quod habet multas qualitates, pro quib. ſingulis pęna eſt impoſita, in tot excommunicationes incidit, quot ſunt illę qualitates, vt diſputauimus in Tractatu noſtro de cenſuris, ca. 16. §. 3. nu. 4. ergo multo magis in caſu noſtro dicenda hęc ſunt, ex quo facta diuerſa ſunt. Poſtremò facit, quoniam ſi contrariū diceremus, pœna delicto nō reſponderet; nam in vnam excommunicationem tantum incideret, qui delicta hæc omnia committeret, ſicut is, qui vnum tantum, quod eſt abſurdum. arg. c. 2. in fin. de iis, quæ fiunt à maio. part. cap. Concludo igitur hunc

in

in plures excommunicationes incidere.

At quid ſi quis plures euntes ad Sedem Apoſtolicam capiat, an in tot excõmunicationes incidet, quot erunt capti, vel ſpoliati? Ego concludo in tot excõmunicationes hunc incidere, ſicut de percutiente ſimul plures clericos conclusimus in eod. ca. 16. §. 3. nu. 8.

Quid itidem ſi quis capiat clericum ad Sedem Apoſtolicam euntem, an in vnam, duaſve excommunicationes incidet? Ego cenſeo in duas excommunicationes hũc incidere, in vnam, quia clericus eſt, ob c. ſi quis ſuadente diabolo. 17. q. 4. in alterã, quia ad Sedem Apoſtolicã ibat, ob Bullam hãc; & pertinẽt huc, quæ diximus in eod. capit. 16. §. 3. nu. 4. ſed iam ad reliqua veniamus.

Verſ. Necnon illos omnes, q̃ iuriſdictionem ordinariam vel delegatam à nobis, vel noſtris iudicibus non habẽtes illam ſibi temerè vindicantes ſimilia contra morãtes in eadem curia audent perpetrare.

S V M M A.

1 *Morari in curia quinam dicãtur quoad rem hanc.*

2 *Vſurpantes iuriſdictionem contra morantes in curia in excommunicationem incidunt, quæ excommunicatio, quouſque pateat, etiã declaratur.*

HIC excommunicãtur qui iuriſdictionẽ neque à Romano Pontif. neque à ſuis iudicibus habentes illã ſibi temerè vindicantes audent ſimilia, ſcilicet interficere, mutilare, ſpoliare, capere, & detinere cõtra prædictos in Curia morantes: quam excommunicationem, vt dilucidiorem habeam⁹ præmittendum eſt primò, quęnam ſint illa ſimilia, deinde quinam dicantur morari in Curia, quorum gratia excommunicatio hæc fertur.

Quoad primum igitur ſimilia illa eſſe intelligo, quæ proxime diximus, ſcilicet interficere, mutilare, ac reliqua prædicta; dictio enim illa, ſimilia, refertur ad omnia alia antecedentia.

1 Quoad ſecundum autẽ† eos in Curia morari cenſeo, quos ad Sedem Apoſtolicam ire antea declarauimus; nã in hoc capite

pite de his agitur, vt vidimus in antecedentibus ergo in hac parte de eiſdem agi ſentiendũ eſt; vna enim pars legis alteram declarat,& antecedẽtia conſequẽtia.argum.l.ſi ſeruus plurium.§.fin.ff.de leg.2.Prçterea facit ꝑ hac ſententia verbum illud Morantes, quod reſpectũ habet ad eos, qui paululum ibi moraturi ſunt, nõ autem qui domicilium tranſtulerũt.Poſtremò facit verbum illud,In eadem Curia, qđ ſignificat Sedem Apoſtolicam, ad quam refertur:quam enim ſedem Apoſtolicã Bulla ſupra nominarat, hic Curiam appellat; ex quo patet de eadẽ re hic ſemper agi. Addo,ex quo priuilegium habent euntes ad Sedem Apoſtolicam, & ab ea recedentes,& in ipſa eoſdem morantes habere priuilegium tale debere;ſic enim fit,vbi ſecuritas fidei alicui datur,vt DD.inquiũt.His prçmiſſis,iam regulam de more ponamus.

In excommunicationẽ hanc
2 igitur incidunt,†qui iuriſdictionem ordinariam, delegatamve à Romano Ponti.à ſuiſve iudicibus non habentes, illam tamen ſibi vſurpantes,prçdictos,qui ad Apoſtolicam Sedem venerunt, per ſe,vel alios,aut interficiunt, aut mutilant,aut capiunt,aut detinent,aut ſpoliant, vt habetur in Bulla. Quç excommunicatio afficit quicunque prædicta operentur ob dictionem illam Omnes,pœnam tamen hanc euadũt multi.

Primò,qui non vi iuriſdictionis, ſed vt priuata perſona hæc agit ob verba Bullæ; nã ex quo excõmunicat eos,qui vi iuriſdictionis,quam non habẽt,hæc aguntꝗ; ergo ſecus de aliis.argu.l.cum prçtor.ff.de iudi.& c.nonne.de præſumpt.& vt dixit Caietan.in Sum.in verb. Excõmunicatio.ca.14.verſic.Secundum eſt;& Tolet.in Bulla Cœnæ Domini excommunicatio.7.nu.5. nam,ab aliis factis tutos eſſe fore magiſtratuum auctoritate exiſtimauit in ipſa Curia,eſto alias priuilegium de eundo locũ habeat etiam in morando,vt dixit Rebu.vbi ſupra in principio huius Capitis.

Secundò,qui probabili inſcitia id faceret, exiſtimans ex ſua iuriſdictione ſibi licere ob verbum illud temerè,& verb. Audent,quæ ſignificãt dolum,arg. Clem.1.iunct.Gloſſ.in verb. temere.de pœn.

Tertiò in excommunicationem hanc non incidit,qui hæc agit in eos,qui in Curia non morantur;nam Bulla de morantib. ſolũ in Curia loquitur, ergo ſecus de aliis;limitata enim cauſa limita-

limitatum producit effectũ, argu. l. in agris. ff. de acqui. rerum domin.

Poſtremò in excõmunicationem hanc non incidunt, qui in Curiam domiciliũ trãſtulerunt, nam de morantibus tantũ Bulla loquitur, ergo ſecus de aliis ob prędicta. Ex dictis apparet hanc poſteriorem partem huius Capitis differre à priori; nã in hac, quo in excommunicationẽ quis incidat, requiritur, vt faciat vnũ ex prædictis auctoritatiue, ideſt quaſi auctoritatẽ ad id habeat, & ideirco auctoritatẽ ſibi vſurpando: in priori autem non, ita inquit Caietan. quem refert, ac ſequitur Tolet. eod. nu. 5. Atqui de hoc capite ſatis, ad aliud veniamus.

De excommunicatione lata in offendentes Romipetas, ſeu peregrinos. Cap. X.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, ſeu deprædantes Romipetas, ſeu peregrinos ad Vrbem cauſa deuotionis, ſeu peregrinationis accedentes, & in ea morãtes, vel ab ipſa recedentes. Et in his dantes auxilium, conſilium, vel fauorem.

S V M M A.

1 *Romipeta quis dicatur.*
2 *Peregrini quinam dicantur.*
3 *Vrbis nomine quid comprehendatur.*
4 *Vrbs vnde dicta,*
5 *Deuotionis, ſeu peregrinationis cã quiſnam ad Vrbem accedere dicatur.*
6 *Deuotio quid ſit, & vnde naſcatur.*

IN hoc capite quoad primã partem (diuiditur enim in duas primarias partes, quarũ ſecunda incipit ibi. Et in his) excommunicantur, qui vno ex ſex modis hic poſitis offendunt romipetas, qui ad Vrbem cauſa deuotionis, ſeu peregrinationis accedunt, & in ea morantur, vel ab ipſa recedunt. Quam rem vt dilucidiorem habeamus, p̃mittenda tria ſunt. Primum Romipetę, ſeu peregrini quinam ſint. Alterum vrbis nomine quid cõprehendatur. Tertium quinam dicantur accedere ad Vrbẽ, ſeu in ipſa morari cauſa deuotionis, ſeu peregrinationis.

1 Quoad primũ igitur† Romipeta ille dicitur, qui Romam petit;

tit; ductum enim nomen hoc eſt à Roma, & Peto, quod ſignificat Eo; reſpectu habito igiť ad vim vocabuli Romipeta hoc ſignificat. Quoad rem noſtram vero ille Romipeta dicitur, qui cauſa deuotionis, ſeu peregrinationis ad Vrbē vadit, vt dicitur in Bulla, quamuis ſacrorum canonum conſuetudine eandem ſignificationem habeat, eſto non addantur verba illa Cauſa deuotionis, vt habetur in c. ſi quis Romipetas. 24. qu. 3. Quare quicunque deuotionis cauſa ad Vrbem accedit, ſiue Romanus ciuis ſit, q extra Vrbem habitet; ſiue alius, qui alibi domicilium habeat, romipeta hic dicitť, vt id ſenſit Caieta. in Sum. in verb. Excommunicatio. cap. 13. Verum inter Romipetas, & peregrinos ad Vrbē, inquit enim ibi, differentia eſt, inquantum communius Romipetæ nomen nam comprehendit etiam Romanum ciuem ad Vrbē cauſa deuotionis accedētem. Hæc ibi Caieta. ex quibus iam dictum colligitur, ac probatur. Ciues Romani ergo, qui in ſuis caſtris, & oppidis extra Vrbem aliquando habitāt, ſi deuotionis cauſa ad Vrbem accedāt, romipetæ dicētur, & priuilegiū huius capitis habebunt.

2 Peregrini vero † ex vi verbi propriè ii ſunt, qui à ſua patria peregre eunt, ducto nomine à Pegre, & eo, quod ſignificat foras Vado. Verum, quod verba ſecundum communem loquendi vſum accipiēda ſunt, vt habetur in c. ex litteris. de ſponſ. & in le. Labeo. ff. de ſup. legat. & in l. librorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de leg. 3. & vt tradidit Bartol. communiter recept. in l. omnes populi. nu. 50. ff. de inſtit. & iur. peregrini communi vſu dicuntur illi, qui extra ſuam patriā deuotionis cauſa huc, illuc ve eūt, vt pote aut Romam, aut ad Sanctiſſimæ Mariæ Lauretanæ Sacram Aedē, aut ad S. Iacobū de Galitia, aut ad Sepulchrū Chriſti Domini, & ad alia pia loca, & ſic comprehendit non ſolū, qui Romam eunt; verum etiam, & qui alio proficiſcuntur. Quoad rem noſtrā vero ii ſolum cōprehenduntur, qui ad Vrbē accedunt. Quare qui ad alia loca peregrinantur, priuilegio hoc non fruentur, ex quo enim Bulla de peregrinis ad Vrbem accedentibus loquitur, ergo ſecus de aliis. argu. ca. non ne. de præſumpt. & l. cum pretor. ff. de iud. Hi ergo peregrini ſunt. Quare & vagabundi, qui ob id ad Vrbem accedunt, peregrinorū nomine comprehendentur.

3 Quoad alterum † Vrbis nomine, quid comprehendatur, dico

primum

primum Vrbis nomine proprie vocari domicilia plura coniuncta, nec non alia loca alicuius ciuitatis, quæ muris, ſeu mœnibus ſepiuntur, vt ſenſit Marcus Cic. pro Seſtio, ibi Domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus, mœnibus ſepſerunt. Idem probatur in c. ſi ciuitas. de ſen. excom. nã ibi declarans Romanus Pont. interdicta ciuitate, quouſque interdictum illud pertineat, inquit etiam ad ſuburbia, & ad cõtinẽtia ędificia pertinere, licet alias murorum ambitu terminetur. Ecce accipit ibi nomine Ciuitatis Vrbem, non aũt homines, & ait Ciuitatem murorum ambitu terminari, ergo vrbs eſt locus ille tam vacuus, quàm non vacuus alicuius Ciuitatis, q mu rorum ambitu continetur. Idẽ habetur in l. 2. de verb. ſigni. vrbis appellatione dicit enim ibi, muris finitur, ex quibus verbis propoſita concluſio apertiſſime habetur, & pertinent huc, quæ ibi ait Bar. nu. 7. Idem probatur

4 in l. vt Alphenus. ff. eod. † Secundo dico vrbem ab vrbo parte aratri nominatam eſſe, nam eo inſtrumento; id eſt aratro difiniebantur Ciuitates, & diſignabantur, vt habetur in l. pupillus. §. vrbs. ff. de verb. ſign vrbs ab vrbo appellata eſt; vrbare eſt aratro diſignare. Varus ait, vrbum appellari curuaturam aratri, quo in vrbe cõdenda adhiberi ſolet. Hæc ibi Iureconſ. ex quib, appa ret, vnde vrbs dicta ſit. Tertiò dico, & ſi nomẽ hoc vrbs cuilibet Ciuitati conuenit; tamen, vbi aliud non additur, per figuram illam, quam Grammatici Antonomaſiam appellant, pro Roma accipi, vt habetur apud Virg. in Bucol. dum inquit, vrbem, quã dicunt Romam, Melibee putaui & vt habetur in le. vt Alphenus. ff. de verb ſign. vt Alphenus ait, dicitur enim ibi, vrbs eſt Roma, qua muro cingeretur. Hæc ibi, ex quibus propoſita cõcluſio optime probatur, & vt id plurib. tradidit Quint. Mandoſ. in ſua Gl. Faculta. Regentis in locum auditoris Cameræ ſuffecti in ver. vrbis, & aliorum pagi. mihi. 88. idque merito, etenim & vbi apud Græcos poetam dicim', Homerum intelligimus, ſicut apud latinos Virgilium, & vbi ius ciuile ſimpliciter nominamus, ꝓ Iure ciuili Romanorum accipimus, vt dixit Imperator in §. ſed ius quidem ciuile. in Inſti. de iu. nat. gent. & ciuil. Quartò dico in caſu noſtro nomine Vrbis Romanam Vrbem accipi, cum ob rationem proximè allatã, quod re dubia, & vbi aliud non exprimitur, vrbis nomine vrbs Romana intelligitur; cum ob ſubiectã

materiam, ſecundum quam verba interpretamur. argu. l. ſi vno. ff. locat. & le. plenum. §. equitii. ff. de vſu, & habit. nam agitur de euntibus cauſa deuotionis ad Vrbem; at Roma eſt Vrbs, in qua maxime pia loca inſunt, quæ deuotionis cauſa viſuntur, tum quod id ſuadet mens Romani Pont. & conſuetudo iã inueterata. Quinto, quoad rem noſtram dico vrbis nomine non comprehẽdi ſolum Ciuitatem, quæ muro cingitur, vt ſupra probauimus, verum etiam & continentia ædificia; tum quod Vrbs pro Roma accipitur, vt ex dictis cõſtat, Roma vero continentia etiam ędificia comprehendũtur, vt dicitur in cit. l. vt Alphenus, & in le. 2. ff. de verb. ſig. tũ quod, vt inquit Iureconſ. in cit. l. vt Alphenus, cõſuetudo quotidiana eum ire Romam interpretatur, qui extra Vrbem habitat, tum quòd beneficium hoc Principis eſt, & ob 5 id quam latiſſime interpretandum. arg. l. 2. ff. de conſtit. princ. & ob id etiam vt continentia æ- 6 dificia, & alia pia loca, quæ propè Romam ſunt, contingat; tum quòd agitur de pia cauſa, q̃ gratioſa eſt, & ob id amplificanda. argu. l. ſunt perſonæ. ff. de religi. & ſump. funer. tum quod in Bulla dicitur. Accedentes ad Vrbẽ, quod verbum non ſolum ſignificat ad vrbem ire, verum etiam & ad ipſam prope accedere, iuxta illud Terent. Accede ad ignẽ: tum quòd veriſſimile eſt Romanum Pont. ſi de hoc interrogatus eſſet, ſic declaraturũ fuiſſe, Accedentes ad vrbem deuotionis cauſa non eos tantum dici, q ad ipſam vrbem eunt, verũ etiã qui ad continentia ædificia, & loca alia pia vicina eũt, pietatis fauore; & vt ad pia illa loca viſenda Chriſti fideles inuitarentur, ergo perinde eſt, atque ſi id expreſſiſſet, vt tradidit Gl. communiter recep. in l. tale pactum. §. ſi. ff. de pact. Quare quoad rẽ hanc ad vrbem accedere non ſolum is dicetur, qui intra vrbem vadit, verum etiam, & qui extra ipſam loca ſacra viſit, vt pote ędem ſacram, S. Sebaſtiani S. Crucis, & alia huiuſmodi loca, atq. de hoc ſecũdo ſatis, ad tertium veniamus.

Quoad tertium † ſcilicet quinam dicantur deuotionis, ſeu peregrinationis cauſa ad vrbẽ accedere. † Præmitto primum deuotionem nil aliud eſſe, quã voluntatem prõptè tradendi ſe iis, quæ pertinent ad Dei famulatum, vt dixit S. Thom. 2. 2. q. 82. art. 1. Item deuotionem naſci ex triplici cauſa, ex Deo tanquã ex cauſa extrinſeca; nam quẽ vult, religioſum ipſe facit; item ex cauſa

cauſa intrinſeca duplici, ſcilicet & ex meditatióne diuinæ bonitatis, & beneficiorũ ipſius: quæ meditatio dilectionem excitat, quæ deuotionis cauſa proxima eſt. Poſtremò ex meditatiõe ſuorum defectuum, quamobrem indiget, vt Deo nitatur, quæ meditatio etiam præſumptionem excludit, vt habetur apud S. Tho. ead. q. artic. 3. & apud Nauarr. in Tractatu de orat. & hor. canon. cap. 20. nu. 58. Et quoniam qui promptam voluntatem exequẽdi illa habet, quę ad diuinũ cultum pertinent, religioſus eſt, ob eam rẽ religionis actum ipſum eſſe docuit S. Thom. ea. q. 82. artic. 2. Dicta eſt autem deuotio, à verbo Deuoueo deuoues, qđ ſignificat ſe totum, ac prorſus alicui tradere, ac dicare, vt dixit. S. Thom. ibid. ar. 1. nam ex quo quis promptam voluntatem habet exequendi ea, quę ad diuinũ cultum pertinent, videtur quodammodo ſe totũ Deo tradidiſſe, ac dicaſſe. His ſic pmiſſis, quo ad rem noſtram igitur illi deuotionis cauſa ad vrbem accedere dicũtur, qui religionis cauſa eo accedũt, vt ſcilicet Deum venerentur, ac colant, tum in ſe ipſo, tum in ſuis ſanctis, quorum Eccleſias, & ſacra loca, & ſepulturas, & ſacras reliquias, & eorundem venerandos cineres viſunt; nam quod qui eo accedit, intermittit alia domeſtica negocia, & curas, & totum ob id Deo ſe dedere videtur, quamobrem ei inſeruiendi prompti animi indicium eſt, ob eã rem deuotionis cauſa accedere ad vrbem hic dicitur. Additur demum Peregrinationis, quo ſignificetur nõ ſolum eos comprehendi, qui prope ſunt, verumetiam & qui longe abſentes veniunt; vel ponitur illud Peregrinationis pro deuotione, ſcilicet effectus pro cauſa nam deuotio eſt cauſa, vt iter illud quis ſuſcipiat, & pium hoc opus exerceat: id quod dictio illa Seu, ſignificat, quę eſt interpretatiua antecedentis. Caietan. autem in Sum. in verb. Excommunicatio. cap. 13. ait inter cauſam deuotionis, & peregrinationis nihil intereſſe, niſi quantum ad exteriorẽ manifeſtationem; nã deuotio interior eſt peregrinatio vero exteriora ſigna habere ſolita eſt. Hæc Caiet His ſic præmiſſis, iam regulas de more ponamus, & primo de interficientibus: deinceps de aliis.

SVMMA.

1 *Peregrinos ad Vrbem deuotionis cauſa accedentes qui interficiunt, in excommunicationem incidunt: quæ excommunicatio,*

quouſque pateat, declaratur.

I.

§. Explicatis iam dictis, qui in excommunicationẽ hãc incidunt, videamus. In excõmunicationem hanc igitur incidũt
1 primo, †qui Romipetas, ſeu peregrinos interficiũt, qui accedũt, ſeu eũt ad vrbem cauſa deuotionis, vt habetur in hoc capite in principio: idque iure merito, hi enim Deum offendunt, qui in ſuis ſanctis gloriatur, vt ait Dauid, Glorioſus Deus in ſanctis ſuis, & deuotionem ad ſanctos minuunt, ita dixit Rebu. in Prax. benefi. in expoſitione Bullæ Cęnę Domini. arti. 11. in verb. Romipetas.

Hæc autem excõmunicatio afficit primo, quicunque ſint, q eos interficiunt ob dictionem illam Omnes. quæ neminẽ excludit. argu. l. Iulianus. ff. de lega. 3. Quare hos interficientes in excommunicationem hanc incident, ſiue laici, ſiue clerici ſint, ſiue uiri, ſiue mulieres, ſiue publicæ, ſiue priuatæ perſonæ.

Item excõmunicatio hęc afficit prædictos, quacunque ratione eos interficiant; nam Bulla non diſtinguit, ergo nec nos diſtinguere debemus. arg. l. de p̃tio. ff. de publ. in rem act. vel igitur fame, vel veneno, vel laqueo vel ferro, ratione ve alia qs hos interficiat (multis enim modis vita adimi alicui poteſt, vt habetur in le. 1. C. de emend. libert.) in pœnam hanc incidet. Item locum habet ob quamcunque cauſam illicitam id faciant, non habito reſpectu an peregrini ſint ne c ne.

Tertiò afficit excommunicatio hos interficientes quocũnq. tempore hos interficiãt. vel igitur ſtatim atque domo egreſſus peregrinus hic eſt, & iter hoc ſuſcepit, quis ipſum interficiat, in excommunicationem hanc incidet; nam peregrinum ad vrbem accedentem interficit, & ſic Bullæ verba huic cõueniũt, & ob id diſpoſitio. arg. l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. Verum quid ſi poſt iter ceptum in memoriam aliq̃d redeat, quod ſecum portare oblitus erat, & ob id domum ob eã rem ſuſcipiendam redeat, an tũc in reditu ipſum interficiens in pœnam hanc incidet? Ego cenſeo & in hoc caſu in pœnam ipſum incidere: nam & iter illud itineris primo ſuſcepti gratia fit, & vt acceſſoriũ ad iter illud; ergo & idem priuilegium habere debet, argu. c. acceſſorium. de regu. iur. lib. 6. & c. ſi ciuitas. de ſent. excom. eod. li. & c. vnic. de conſecr. eccl. vel alt. eod. li. Idẽ cenſeo, ſi dum in itinere eſt, ali-

quo

quo d'uertat, quò ſuum amicũ viſit.

Quartò excõmunicatio hæc afficit hos in rficientes, etiam ſi peregrini huiuſmodi excõmunicati, ſuſpenſi, interdictive ſint; nam in Ecclefia eſſe poſſunt, vt probauimus in Tractatu noſtro de Cẽſuris, atque idcirco & eccleſias viſere.

Quinto excommunicatio hęc affi it etiam, ſi peregrini huiuſmodi hæretici ſint, vel ſchiſmatici, modo pietatis cauſa illuc eant. argu. c. cum ſecundum. §. fi. de hęret. libr. 6. Excipio tamen vbi in hoc eſſent hæretici, quod cenſerent Romanum Pont. põteſtatem hanc non habere; nam ex eo, quod qs oppugnat, vtile cõſequi non debet, vt dicitur in c. ex eo, cum ſimil. cit. ibi à Glo. de reg. iur. lib. 6.

Sextò excommunicatio afficit hos interficientes, eſto huiuſmodi peregrini, Iudæi, & chriſtiani non ſint, ſed tamẽ chriſtiani fieri velint, & ob id pietatis cauſa ad vrbem accedant; verba enim & ratio huius Bullæ illis conuenit, ergo & diſpoſitio. argu. l. 4. §. toties. ff. de dam. infec.

Septimò excõmunicatio hęc afficit, eſto peregrinus in peccato mortifero ſit; nam Bulla non requirit hoc, ergo nec nos requirere debemus. argu. cit. l. de prætio ff. de publ. in rẽ acti. etenim ſi poſtularetur, vt quis ſine peccato eſſet, quo priuilegium hoc haberet, raro, & fere nunquã peregrini priuilegio hoc fruerentur, ex quo nemo ſcit pro certo, an odio, vel amore dignus ſit. Quare ſi peregrini huiuſmodi in itinere mortiferè peccent, priuilegium hoc habebunt.

Octauò excõmunicatio hæc afficit, eſto ob alia negocia ad vrbem accedant, ſed in primis cauſa deuotionis, ac peregrinationis; nam in vna quaque diſpoſitione id inſpicitur, quod in primis agitur. arg. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. pet. & c. cum volũtate. de ſentẽ. excom. eſto igitur illuc eãt, vt ea, quæ mirabilia de illa vrbe narrantur, cernant; vel vt arma, remve aliam emãt, gratiamve aliquam impetrẽt, nihil intereſt; quandoquidem priuilegiũ hoc nihilominus habebunt. Accedit poſtremò quòd Romanus Pont. excommunicat eos, q hos peregrinos interficiũt, nec diſtinguit, an deinceps negotia alia agant, ergo nec nos diſtinguere debemus. argum. l. de prętio. ff. de publ. in rem act. præſertim quod nemo eſt, quin aliqd aliud agat illuc eundo. At quid ſi æquè & cauſa pietatis, & cauſa alicuius negocii illuc qs eat, an hunc interficiens in pœnam

hanc

hancincidet? Et in pœnā ipſum incidere cēſeo; tum quòd & verba Bullę, & ratio ei conueniūt; tum quòd beneficium principis eſt, ergo latiſſimè interpretandum. argu. l. beneficiū. ff. de Cōſtitu. princip. tum quòd vbi duo concurrūt, ſemper magis dignū trahit ad ſe minus dignum. arg. c. vnic. de conſecr. eccl. vel alt. ſecus autem ſi in primis cauſa negociandi illuc quis eat; nam tūc non deuotionis cauſa illuc iuiſſe cenſetur, quod requirit Bulla: alioquin quot quot ad vrbē accederēt, priuilegium hoc haberent; quādoquidem nemo illuc accedit, quin & loca illa pia nō viſat, modo chriſtianus ſit.

Nonò excommunicatio hæc afficit, eſto ibi Romę Curia Romana non ſit, id eſt Romanus Pont. nam excommunicatio hęc reſpicit Romam, & non Curiam, atque ſic dixit Caietan. in verb. Excommunicatio. cap. 12. verſi. Et not. quare vel ſedes Apoſtolica vacet, nihil intereſt. In omnibus igitur his caſibus peregrinos prædictos interficiens in excommunicationē hanc incidet; iam qui pœnam hanc euadant, explicemus, quod in ſequenti præſtabimus.

S V M M A.

1 *Peregrinos deuotionis cauſa ad Vrbem accedentes qui interficiunt, quando in excommunicationem non incidant.*

II.

§ Qui in excommunicationē hanc incidant vidimus; iā qui eam pœnam euadant, videamus. 1 †Primum igitur in excommunicationem hanc nō incidūt, qui Romipetas offendunt ad id auctoritatem Romani Pont. habendo; poteſt enim ab hac pœna eximere talia committentes, vt alibi ſupra diximus.

Secundò in excommunicationem hanc non incidūt, qui iure id agunt; non enim peccat, qui permittente legē aliquid facit. arg. l. Gracchus. C. de adulte. & cap. qui peccat. 23. qu. 4. & l. iuſte poſſidet, ff. de acquir. poſſ. at qui non peccat, in pœnam hāc non incidit. argu. c. nullus, & ca. nemo Epiſcoporum. 11. queſ. 3. Quare qui interficit exules, qui eo ire non poſſunt, & quos ſi qs interficiat, præmium habet, qđ noſtris temporibus ſit, hic in excommunicationem hanc non incidet, tum quòd ex quo peregrinari nequeunt ad vrbem, priuilegium hoc non habent, cū prohibito principali acceſſoriū ꝓhibitum ſit. arg. ca. ſi Ciuitas. de ſent.

ſent.excom.li.6.& c.vnic. de cõ ſecr.eccl.vel alt.eod.libr. & l. 1. & 2.ff.de vſufruct. cum vulgar. tum quòd ex quo præmium iis conſtitutum eſt, qui eos interficiũt, damnum ſentire nõ debẽt, contra l.quod fauore.C.de leg. In excommunicationem hãc ẽt non incidet, qui ſe ab ipſis tuendo legitimè interficeret: cuique enim permiſſum eſt, & quocunque iure, vt ſe tueatur. argu.l.vt vim.ff.de iuſtit.& iur. & c. dilecto.de ſent.excom.li.6. Non denique in excõmunicationẽ hãc incidit iudex, qui eoſdem ob delicta in ſuo territorio commiſſa capiendos, interficiendoſve curat. Sicut nec is, qui peregrinũ talem eum eſſe ignorat. arg.c.ſi quis vero.de ſentẽt.excom.& vt dixit Iacob.de Graff. in loco infra cit.nu.100.

Tertiò in excõmunicationẽ hanc nõ incidit, qui interficit eũtes ad vrbem nõ deuotionis, peregrinationiſve gratia, ſed ob aliam rationem, vt dixit Nauarr. in Man.cap.27.num.65.verſ.Secunda, & Caiet.in Sum.in verb. Excommunicatio.capi.13.nam priuilegium hoc iis tantum cõceſſum eſt, qui pietatis, religioniſve cauſa ad Vrbem accedũt, ergo non aliis; incluſio enim vnius alterius excluſio eſt. arg.c. non ne.de præſumpt.& l.cũ prætor.ff.de iud.& limitata cauſa, limitatum producit effectum.argu.l.in agris.ff.de acqui.rer.domin. Quare mercatores, qui ob negotia ſua gerenda illuc eunt; ruſtici, qui ad agros colendos; fabri, qui ad ædificia conſtruenda, priuilegium hoc non habebunt; minus ſcurræ, meretrices, nec non qui, vt curiis inſeruiãt, illuc eunt; nam hi deuotionis cã non eunt, & ſic cauſa finalis conceſſionis ceſſat, ergo & diſpoſitio ceſſare debet.arg.capi.cum ceſſante.de appell. & l.adigere. §.quamuis.ff.de iur.patro. Nec repugnat, ſi dicatur & hos aliquãdo loca ſacra viſere; nam ſi hoc daremus, quot quot ad Vrbem accederent, priuilegiũ hoc haberent, quod abſurdũ eſt, atq. ſic dixit Iacob.de Graff. in loco infra citat.nu. 100. Immò & q deuotionis cauſa iter ad vrbem ſuſcipit, ac deinceps in itinere propoſitum mutat, deinceps priuilegium hoc non habebit; nã ſicut ſi ab initio in viã huiuſmodi ſe daret, quo in Vrbe negociaretur, priuilegium hoc non haberet; ita nec hic, qui in medio itinere propoſitum mutat. valet enim argumentũ de toto ad partem.arg.l. quæ de tota.ff.de rei vind. Non etiam in pœnam hãc incidit interficiens euntes, ac viſentes alia loca, quæ non ſunt vr

bis;

bis,vt pote Aedem ſacram Beatiſſimæ Virginis Lauretanæ; nã Bulla de his non loquitur,atque ſic dixit Iacob. de Graff.lib.4.deciſ.caſ.conſc.in expoſitione Bullę Cœnæ Domini.nu.99.

Poſtremò in excommunicationem hanc non incidit,qui eũ interficit, qui Romę domiciliũ habet, dum ea loca ſacra pietatis cauſa uiſit;nam hic neque Romipeta, neque Peregrinus eſt, vt per ſe patet.& ſic Bullę verba ei non conueniunt, ergo nec diſpoſitio.argu.l.4.§.toties.ff. de damn.infect.etenim priuilegiũ hoc ob id conceſſum eſt,quo exteri,non autem qui Romæ ſunt, ad ſacra loca viſenda alliciãtur: ſed de interficientibus ſatis, ad mutilantes veniamus.

Verſ.Mutilantes.

SVMMA.

1 *Mutilantes Romipetas in excommunicationem incidunt.*

IN hac parte alia cauſa refertur, quamobrẽ in excommunicationem incidunt,q Romipetas offendunt, 1 videlicet,qui ipſos mutilant; de qua re,ſcilicet quid ſit mutilare, quoniam id declarauimus ſupra in Capite 9.verſic. Mutilant,ob eam rem ſimplicem regulam ponamus.

In excommunicationem hãc 1 igitur† incidũt, qui prædictos peregrinos,Romipetaſve mutilant,ideſt membrum aliquod ipſis abſcindunt;quæ regula eiſdẽ modis,quibus ſuperior declaratur,amplificatur,& coarctatur; ſicut etiam illa; quę poſita eſt in eod.cap.9. verſicu.Mutilant. Quare,quæ huc pertinẽt, illinc ſumamus.

Verſ. Vulnerantes.

SVMMA.

1 *Vulnerantes Romipetas in excommunicationem incidunt.*

2 *Verberantes Romipetas an in excõmunicationem incidant.*

HIC tertia cauſa exprimitur,quamobrẽ offendentes Romipetas in excommunicationem hanc inci dunt,ſcilicet,vbi eos vulnerant. Quare & de hoc regulam ponamus.

In excommunicationẽ hanc 1 igitur incidunt etiam,† qui prædictos romipetas vulnerant, vt habetur in propoſito verſi.Quæ regula,vt ſuperiores declaratur am

amplificatur,atque coarctatur.

2 Atquid † ſi quis tantum prædictos verberet,an in excommunicationem hanc incidet?Ego cẽſeo hunc non incidere. Primò, quia verberare eſt cum dolore cedere,vt habetur in l. lex Cornelia.§.inter pulſationem. ff. de iniur. quod idem eſt atque verberibus cedere,iuxta illud Terẽ. in And. verberibus ceſum te in priſtinum Daue dedam;at vulnerare eſt ferire; ex quo igitur diuerſa ſunt,& de vulnerante,non autem de verberante, pulſanteve Bulla loquitur, excommunicatio vulnerantem,non verberãtem afficiet;ex diuerſis enim nõ fit illatio.argu.l.Papinianus exuli.ff.de min.prę ſertim in pœnis. argu.c.in pœnis,iunct.ibi Gloſ. de regu.iur.lib.6.& l. interpretatione.ff.de pœn.Accedit, qđ vbi Bulla & percutientes comprehendere voluit; id expreſſit, vt in ſequenti Capite vndecimo ibi,Percutientes; ex quo igitur hic non dixit;nec id voluiſſe,exiſtimandum eſt. ſed iam ad alia veniamus.

Verſ.Detinentes.

S V M M A.

1 *Detinentes romipetas,ſeu peregrinos in excommunicationem incidunt.*

HIC quarta cauſa exprimitur, quamobrem offendentes romipetas excommunicantur,ſcilicet q ipſos detinent. Detinere autem hic eum intelligo, qui impedimentum aliquod ponit,quo minus iter ſuum peragant,vt pote non ſinendo per ſuum territorium ipſos tranſire, non ſinendo equos eis commodari,pecuniamve ſibi debitam exigere , iuxta illud Terent. Detineo te hic fortaſſe. Hoc pręmiſſo,iam regulam ponamus.

In excommunicationem hãc
1 quoque incidunt, † qui hos romipetas ratione quapiam detinẽt.Quæ regula eiſdem modis, quibus ſuperiores, declaratur, iam ad reliqua tranſeamus.

Verſ.Capientes.

S V M M A.

1 *Capientes romipetas in excommunicationem incidunt:*

HIC quinta cauſa exprimitur,quamobrẽ romipetas offendẽtes excommunicantur , ſcilicet vbi eos capiunt. Et quoniam quid ſit Capere per ſe conſtat , ob eam rem regulam tan-

Digitized by Google

tum ponamus.

In excommunicationẽ hanc
1 incidunt etiam,†qui romipetas capiunt.Quæ regula eiſdem modis quibus ſuperiores, declaratur.

Verſ.Deprædantes.

SVMMA.

1 *Depradari quid ſit.*
2 *Depradantes romipetas in excommunicationem incidunt.*
3 *Depradantes muliones,qui ferunt res romipetarũ,an in excommunicationem incidant.*
4 *Spolians romipetã,quem alius interficit,an in excommunicationẽ incidat.*
5 *Furantes aliquid romipetis an in excommunicationem incidant.*

HIC ſexta cauſa exprimitur qua excommunicantur,qui romipetas offendũt, ſcilicet vbi eos deprædantur, quam excommunicationẽ, vt dilucidiorem habeamus,præmittendum
1 vnum eſt, quid ſit deprædari. † Deprædari ergo nil aliud eſt, q̃ aperte per vim aliquid alicui auferre, vt habetur in Lexicon in verb.Prędo.Hoc poſito,iam regulam ponamus.

In excommunicationem hãc
2 igitur†incidunt, qui romipetas deprædantur,vt in verſi.propoſito habetur.Et quoniam Bulla ſimpliciter loquitur, & non diſtinguit,ob eam rem nec nos,diſtinguemus,arg.l. de prætio.ff. de publ.in rem act.Quare quæcunque res ipſis auferantur, in excommunicationem hanc auferentes incident; vel igitur pecunia,vel panni,vel equi,vel ſerui,vel q̃duis aliud ipſis auferãt, pœna hac auferentes obligabũtur.Immò & qui marito vxorẽ, filioſve auferet.Ad ſummam,q̃ diximus in antecedenti Capite in ver.Spoliant,& hic pro dictis haberi volumus.

3 At quid†ſi quis p̃detur Muliones,qui res romipetarum ferunt,an in pœnam hãc incidet? Planè cenſeo & in hoc caſu hũc in excommunicationem incidere;cum ea ratione romipetas deprædetur, & Romani Pontif. mens,atque intentio hoc velit: ac ſanè nonne abſurdum eſſet principes viros, qui res ſuas in huiuſmodi itineribus per alios ferunt,priuilegio hoc carere? Cõcludo igitur in hoc caſu Bullam locum habere. Excipio tamen,vbi muliones periculũ huiuſmodi in ſe ſuſcepiſſent,nã q̃ tunc non ipſis dominis res pereũt,ſed ipſis mulionibus, & ob id non ſpoliãtur, ob eam rẽ nec

tales

tales deprædantes in pœnā hāc incidunt ex quo Bullę verba eis non conueniunt. argu. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. Contraria opinio tamen mihi verior videtur; nam res peregrinorum deprædantur, eſto periculum in ſe muliones ſuſceperint.

4 Quid itidem † ſi quis romipetam interficiat, alius vero interueniens mortuum ſpoliet, an in excommunicationem hic incidet? Neque hunc in excommunicationem incidere concludo; nam ſolum per Bullam punitur qui vi aufert, hoc enim ſignificat verbum illud Deprædantes, vt præmiſſimus; at hic uis nō infertur, ex quo mortuus ſpoliatur; iure igitur pœnam hāc euadit, etſi aliàs punitur.

5 Quid demum † de iis, qui clā furantur? Neque hos in pœnā incidere cenſeo ob eandem rationem; quoniā vi non auferūt, ſed clam, & ignorantibus dominis, quo caſu uis non infertur; etenim Romanus Ponti. graſſatores punire voluit, qui in itinere inſidiantur, & non res tantū, ſed ſæpius vitam auferunt, declarant hoc antecedentia, quæ vidimus, ſcilicet de his prędonibus agi, qui etiam interficiunt, mutilant, vulnerāt, & huiuſmodi alia ſcelera committunt. Sed iam ad alia veniamus.

Verſ. Et in ea morantes.

SVMMA.

1 *Offendentes romipetas, dum in Vrbe morantur aliquo ex dictis modis, in excommunicationem incidunt.*

HIC excommunicatur † qui romipetas, ac pegrinos offendunt, dum in vrbe morantur, vt in verſic. propoſito habetur. Et quoniam quæ diximus de antecedentibus, & hic locū habēt; ob eā rē q̄ huc ꝑtinēt vel de interficiēte, vel de mutilāte, vel de vulnerante, vel de detinēte, vel de capiēte, vel de deprædāte agamus, illinc ſumemꝰ: etenim & in hoc caſu eadem ratio eſt, & ob id eadem iuris diſpoſitio. argu. l. illud. ff. ad leg. aquil. & c. cum dilecta. de confir. vtil. vel inutil. Priuilegium igitur huiuſmodi romipetæ in omnib. prędictis caſibꝰ habebūt, quod habent ad Vrbem accedentes.

Excipitur tamen vbi domicilium ibi elegerunt; nam quòd tunc peregrini eſſe deſinunt, & fiūt ciues Romani, & incolæ, ob eam rem priuilegium hoc non habent; ceſſante enim cauſa priuilegii ceſſat & priuilegiū. arg. c. cum ceſſante. de appell.

Verſ. Vel ab ipſa recedẽtes.

SVMMA.

1 *Offendentes vno ex dictis modis ab vrbe peregrinos recedẽtes in excommunicationem incidunt: q̃ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur.*

HIC excommunicãtur, 1 † qui vno ex p̃dictis modis romipetas ab vrbe recedẽtes offendunt. Quæ excommunicatio afficit, quouſque in patriam venerint, ſeu ad ſuum domiciliũ; nã ſicut priuilegium hoc habent ſtatim atque domo egreſſi iter ſuſceperunt, ita eo fruũtur, quouſque illuc reuerſi ſunt, vt quod operatur propoſitum in propoſito, operetur oppoſitum in oppoſito. arg. l. fin. §. fin. ff. de le. 3.

Item locum habet, eſto quẽ pœniteat ſe id itineris feciſſe, poſteaquàm pia loca uiſit; nam nihilominus pietatis cauſa venit, & quę pietatis erant, egit; qđ autem factum eſt, infectum reddi non poteſt. argu. l. in bello. §. infectæ. ff. de capt. & poſtli. reuerſ.

At quid ſi quis cauſa pietatis ad vrbẽ accedit, ſed poſteaquã illuc peruenit, neque pia loca uiſit, aliudve pietatis mun⁹ obiit; ſed aliud egit, an in excommunicationem ipſum domũ redeũtem offendens incidet? Ego cẽſeo in excommunicationẽ hunc non incidere; nam ceſſat cauſa pietatis, quamobrẽ priuilegiũ hoc conceſſum eſt; ergo & priuilegium ceſſare debet. arg. cit. c. cum ceſſante. de appe. Idem cẽſeo, ſi in itinere opinionem mutet; ſecus autem ſi morbo impeditus id agat; tunc enim voluntas prodeſt, ac ſupplet.

Poſtremò afficit excommunicatio hęc, vel diutius ob aliquã cauſam, vt pote ob morbum, aut in accedendo ad vrbem, aut in ea morando, aut ab ea recedendo, moretur. Sed de hoc ſatis; ſi quid hic deſideratur, illud ex antecedenti Capite ex tertia regula ſumatur.

Verſ. Et in his dantes auxilium, conſilium, vel fauorem.

SVMMA.

1 *Auxilium fauorem, conſiliumve præbens alicui, quò vno ex dictis modis romipetas offendit, in excõmunicationem incidit.*

2 *Conſulens alicui, vt romipetam interficiat, an in excommunicationem incidat, ſi is, cui conſiliũ dedit,*

dit, ſolum vulnerauerit.

HIc excommunicantur,
1 †qui ad prædicta delicta in romipetas cō mittēda, aut auxilio, aut cōſilio, aut fauore adiuuāt, vt habetur in verſi. Hi tamen in excommunicationem non incident, niſi effectus ſequatur, vt in prima parte huius operis diſputauimus; nam nec incidunt in eā pœnam qui prędicta agere conantur, ſi ea non perfecerint; nō enim in pœnam humanam quis incidit ipſo iure, niſi delictum ꝑfectum ſit, arg. c. cum in cunctis. §. fin. de elect. iuncto cap. perpetuo. eod. lib. 6. Quare ſi quis ſuaſerit alicui, vt peregrinū huiuſmodi deprædetur, ſed id non potuit, eſto id conatus ſit, neuter tamen in pœnam hanc incidet.
2 Verum quid † ſi quis cōſuluit alicui, vt romipetā interficeret; ille verò qui conſilium accepit, ſolū n vulnerauit, an conſulens in excommunicationē incidet? nam vulnerantem incidere ſatis conſtat, quoniam & vulnerās in excōmunicationem incidit, vt vidimus. Quo ad ipſum conſulētem vero videbatur dicendum non incidere, quoniam id ipſe non conſuluit, ergo non tenetur argu. l. diligenter, ff. mand. Atq; contrarium ſentiendum eſt, ſcilicet conſiliatium hunc in excōmunicationem incidere; tum ꝙ Bulla excommunicat etiam, vt dixi, vulnerantes; nā ex quo mādauit, vt interficeret; & vt vulnera infligeret, mandaſſe exiſtimatur, qui enim vult conſequens, & antecedens velle intelligitur. arg. l. Oratio. ff. de ſponſ. & l. ad legatum, & l. ad rem mobilem. ff. de procur. tum quod ſatis cogitare poterat id fieri poſſe. arg. c. fin. de homicid. lib. 6. & qui furatur ſaccum frumenti, pro ſacco furti actione tenetur, eſto id furari per ſe nollet, vt habetur in l. qui ſaccum. ff. de furt. Concludo igitur in hoc caſu & hunc in excommunicationem incidere.

Illud quoque notandum eſt, vbi excommunicatur, qui auxilium fert, non intelligi eum auxilium ferre, qui in ipſo delicto committendo præſto eſt, & vna cum aliis delictum committit; nam tunc vt principalis eſt, & correus; intelligēdum igitur eſt tunc quem auxilium ferre, vbi ratione alia extra delictum, delicti tamen cauſa opem fert, vt pote pecuniam, arma, ſeruos, ſubminiſtrando, aſtādo, ne timeant. argu. eorum, quæ dixit Bart. in l. q. ſeruum. §. fin. ff. de furt. Prædicti omnes ergo auxilium, cōſilium, fauoremve præſtātes ad dictos romi-

romipetas dictis modis offendẽdos in excommunicationẽ hãc incidũt. Quæ excommunicatio, quòd eiſdem modis, quibus ſuperiores, declaratur, ob eam rẽ, quæ huc pertinent; illinc ſumemus. Vnum tamen addimus, romipetas priuilegium huiuſmodi, etſi non tam amplum, & olim habuiſſe, vt habetur in ca. ſi quis romipetas. 24. qu. 3. Sed iam ad Caput Vndecimum veniamus.

De excommunicatione lata in offendentes Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Sediſque Apoſtolicæ Legatos, vel Nuncios. *Cap. XI.*

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hoſtiliter inſequẽtes S.R.E. Cardinales, ac Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Sediſq. Apoſtolicę Legatos, vel Nuncios, aut eos à ſuis diœceſibus, & territorijs, terris ſeu dominijs eijcientes. Nec non ea mandantes, vel rata habentes, ſeu præſtantes eis auxilium, conſilium, vel fauorem.

S V M M A.

1 *Cardinales quinam ſint.*
2 *Patriarchæ ſunt Epiſcopi, qui pluribus prouincijs præſunt.*
3 *Patriarchæ dicuntur primates.*
4 *Patriarchæ vnde dicti.*
5 *Patriarchæ qui primi.*
6 *Archiepiſcopi ſunt Epiſcopi, qui vni prouinciæ præſunt, & quamobrem ſic nominati.*
7 *Epiſcopi quinam ſint, & vnde dicti.*
8 *Epiſcopi nomen ſumitur generatim, & ſpeciatim.*
9 *Legati Apoſtolicæ Sedis triplicis generis ſunt, & qui.*

SIC excommunicãtur, q vno ex tredecim modis offendunt vnam ex ſex perſonis
1 Eccleſiaſticis hic poſitis, ſcilicet aut Cardinales, aut Patriarchas, aut Archiepiſcopos, aut Epiſcopos, aut Apoſtolicæ Sedis Legatos, aut Nuncios, de quibus ſingulis agendũ eſt, præmiſſo tamen prius perſonę huiuſmodi quænam ſint.

1 Cardinales igitur ſunt præcipui, a principes Sacroſanctæ Eccleſiæ præſides, qui in Eccleſia

ſia vniuerſali gubernãda Romano Pont. aſſidue aſſiſtunt vt dicitur in cap. fundamenta. §. decet. de elect. lib. 6. & ob hanc rationem, vbi aliquo legati mittũtur, è latere legati dicuntur, quippe qui è latere Romani Pontif. veniant; cui, vt diximus, aſſiſtũt, vt dixit Gloſſ. in c. 1. in verb. Legati. de off. leg. lib. 6. & in cap. 2. in ver. Proconſulum eod. De quorum origine, dignitate, atq. auctoritate, quòd doctiſſimi viri pluribus egerunt Illuſtriſſimus Cardinalis Albanus, & Hieronymus Manphredus, ob eam rẽ nihil præterea de ipſis huc addimus.

2 Patriarchæ vero†ſunt Epiſcopi, qui pluribus prouinciis prę-ſunt, & inter Epiſcopos poſt Romanum Ponti. primum locũ obtinent, vt dicitur in c. cleros. ver. Patriarcha. d. 21. & vt ſenſit Abba. in c. antiqua. nu. 5. de priui-
3 leg.†Dicuntur etiam Primates, vt habetur in cap. prouincię. di. 99. & vt dixit Ancharan. in Clemen. Archiepiſcopo. nu. 8. verſi.
4 Quærit Laur. de priu legi.†Nominantur autẽ Patriarchæ quaſi principes patrum, ſicut et à primates, vt habetur in c. cleros,
5 d. 21. Inter omnes†autẽ Patriarchas (Romanum Pont. ſemꝑ excipio) Patriarchę quatuor principem locum obtinent, ſcilicet Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hieroſolymitanus, vt dicitur in eod. ca. antiqua, vbi & eorum munera quędam referuntur.

6 Archiepiſcopi autẽ†ſunt Eccleſiæ Antiſtites, qui vni prouinciæ præſunt, & eiuſdem Epiſcopos ſubiectos habent, quamobrem Archiepiſcopi dicuntur, quoniam principes Epiſcoporũ ſunt, vt habetur in eod. c. cleros. §. Archiepiſcopus d. 21. Metropolitani etiam dicũtur, vt habetur in c. prouincię. d. 99. & vt no. Anchar. in Clem. Archiepiſcopo. nu. 8. de priuileg.

7 Epiſcopi vero†ſpeciatim ſũpti, ſunt Eccleſiæ Antiſtites, qui vni diœceſi, & Ciuitati præſunt, vt id quoque habetur in eod. c. cleros. §. Epiſcopus d. 21. Et dicitur Epiſcopus græcè, quod eſt latinè Superſpeculans, ſuperſpeculari enim debet ſubditorum
8 vitam, & mores, vt dicitur ibi.† Dixi autem Epiſcopi ſpeciatim ſumpti, quoniam nomen hoc Epiſcopi generatim ſumptum cõplectitur Rom. Pon. Patriarchã, Archiepiſcopũ, & Epiſcopũ. vt habetur in eod. c. cleros. §. ordo vero Epiſcoporum, & apud Catechiſmum Romanum in ſacramento Ordinis.

Legati Apoſtolicæ ſedis de-
9 mum†triplicis generis ſunt; nã

alii

alii legati è latere ſunt, qui Cardinales ſunt, vt dixim⁹, alii nati, qui ſtatim atque Epiſcopatũ ac quiſiuerũt, legati quoque ſunt, & ob id dicuntur nati; alii dicũtur miſſi, & hi ſunt, quos Bulla hic Nuncios appellat, atque ſic tradidit Gloſſ. in c. 1. de off. libr. 6. His ſic pręmiſſis, iam regulam de more ponamus: & quoniã ob treſdecim cauſas excommunicãtur, qui hos prælatos offendũt, ideo primum de Cardinalibus agemus, & in ſingulis cauſis ſingulas regulas ponemus, deinceps de reliquis eadem contemplabimur.

S V M M A.

1 *Cardinalem interficientes, in excommunicationem incidũt, quæ excommunicatio, quouſq pateat, declaratur.*

2 *Cardinalis ſe ipſum interficiẽs in excommunicationem incidit.*

3 *Clericus ſe ipſum percutiens in excommunicationem incidit.*

I.

§. Prædictis explicatis, iam q Cardinalem offendentes in excommunicationẽ incidãt, 1 videamus. †In excommunicationem hanc igitur incidũt, q Cardinalem interficiũt, vt habetur in Bulla. Quæ excommunicatio primo afficit, quicunque ſit, qui Cardinalem interficit, nã Bulla excommunicat omnes, vt habetur in initio huius Capitis, ergo neminem excludit. argu. l. Iulianus. ff. de leg. 3. & cap. ſi Romanorum. d. 19. Quare vel vir, vel mulier ſit, in excommunicationem hanc incidit; nã de iniicien te manus in Eccleſiaſticam perſonam ſic dixit Glo. in ca. ſi quis ſuadente diabolo. 17. q. 4. quam DD. communiter ſequuntur, & Mar. Socin. Sen. in c. peruenit. n. 12. cum ſeq. verſi. Quoad primã. de ſen. excom. & habetur de muliere. in c. mulieres, & c. ea noſcitur, & in c. de monialibus. de ſenten. excom. & de uiris in toto eo titu. etenim materia hæc ad viros, & ad mulieres pertinet, ergo & pœna. arg. eorum quæ dixit Zabar. in Clem. 1. nu. 8. q. 3. de elect. & Iaſ. in l. ſi quis id. ff. de iuriſd. iud. Item in excommunicationem hanc incident non ſolum maiores natu, verum etiã & minores, & ob id impuberes, modo capaces doli ſint, vt habetur de pueris iniicientib. manus in Eccleſiaſticam perſonã. in c. 1. & in c. fin. de ſent. excom. Item in excommunicationẽ hãc incidunt ob eandem rationem non ſolũ ſi laici hos interficiãt, verum etiam etſi Eccleſiaſticæ perſonę, & ob id etiam ſi Cardinalis

nalis

nalis ſit;nam & clerici ſeculares & etiam regulares, vel monaci, vel moniales,ſi mutuo ſe percutiunt, in excommunicationem incidunt eius cit.c.ſi quis ſuadẽte diabolo,vt de ſecularibus clericis habetur in c.1.de ſentent. excom.& de regularibus in ca. monaci,& de monialibus in ca. de monialibus eod.Facit quoq. cap.cum pro cauſa,& ibi no.eo. Nec repugnat,ſi dicatur priuilegiatũ non vti priuilegio contra pariter priuilegiatum.arg.l.non ſolum.§.de vno. ff. de rit. nupt. not.Iaſ. in l.ſi domus.§. de euictione.num.33. verſic. Quarta fuit ſol.ff.de leg.1.nam negatur in hoc caſu vtrunque eſſe priuilegiatum,quandoquidem priuilegium hoc conceſſum eſt Cardinalibus,qui interficiuntur,nõ illis,qui interficiũt,atque ſic reſpondit Mar.Socin.Sen.in ca.cũ pro cauſa.nu.6.cum ſeq. verſic. Et ſic patet.de ſent.excomm. & Abba.ibi.nu.2. verſic. Secundò not.& pertinent huc;quę tradidit Bart.in auth. quas actiones. nu.3.verſic. Quandoque qs eſt priuilegiatus.C.de ſacroſan.Eccleſi.Item in excommunicationem hanc incidunt, qui Cardinales interficiunt,non ſolum, ſi priuati homines ſint, verũ etiã & ſi publici,vt Iudices, Imperatores,Reges, aliique inferiores huiuſmodi,cum ob dictionem illam Omnes;tũ quod & vbi violentas manus in clericos iniiciunt,in excommunicationẽ incidunt,vt probatur in ca.ſi vero alicuius,in verb.officiales,& ibi Gloſſ.de ſent.excom. & in c.mulieres,ibi,De his vero, qui magnæ ſunt potentiæ.eod. & facit c.ſi iudex.eod.lib.6.& not.Mar. Socin.Sen.in cap.peruenit. nu. 24.verſicu.Tertiò principaliter infertur.de ſent.excom.Itẽ non ſolum,ſi homo liber ſit,verum etiam ſi ſeruus,ob eaſdem rõnes, nam & hic iniiciẽs manus in clericum in excommunicationem incidit,vt habetur in c.mulieres iunct.Gloſſ.in verb.ſuis iuris.& in c.relatum.eod. de ſent. excõ. & ibi not.Abba.nu.1.& Feli. & Mar.Socin.Sen.in cit.ca.peruenit.nu.6.verſicu. Quintò principaliter.ad ſummam cuiuſcunq. generis,conditioniſve ſint,in excommunicationem hãc incidũt qui Cardinales interficiũt.Quare vel ob inimicitias, quas cum Cardinalibus quis habebat, vel ob inſidias,quas ſibi à Cardinali parari aſſerebat,ipſum interficiat,in excommunicationẽ hãc incidet,non enim Romano Pontif.excepto,in ipſos Cardinales iuriſdictionem quis habet,vnde coercere ipſos poſſit, qui ergo iniuriam aliquam ab ipſis paſſus

Nn eſt,

eſt, Romanum Ponti. adire dēt, non autem ſibi ius dicere. argu. tot. tit. ne quis in ſua cauſ.

Secundò in excommunicationem hanc quis incidit, quem cunque Cardinalem interficiat, vt pote vel Epiſcopus, vel nō Epiſcopus ſit; ſtatim igitur atque 2 creatus eſt, priuilegium hoc habet, eſto Galerum à Romano Pont. nondum acceperit.

Tertiò in excommunicatio- 3 nem hanc incidit, eſto Cardinalis quem interficit, excommunicatus, ſuſpenſuſve ſit; nam per eas cenſuras priuilegia nō amittit, quæ quis habet, vt aſſeruimus in Tractatu noſtro de cēſuris Tab. 1. ca. 13. §. 15. nu. 7. Quare ob eandem rationem nec ſi exul fiat, alicubive à Rōm. Pon. relegetur, priuilegium hoc amittet.

Quartò in excommunicationem hanc incidit Cardinalē interficiens, eſto Cardinalis depoſitus verbis ſit; nā depoſitio hęc ſuſpēſionis perpetuæ ab officio vim habet, non autem dignitatē amittit, ac propterea nec priuilegium, quod ob illam dignitatem datur. argu. c. ſi diligenti. de for. compet. & c. contingat. de ſent. excom.

Quintò in excommunicationem hanc incidit, qui Cardinalem interficit, vel Cardinalis hęreticus, ſchiſmaticus, apoſtatave ſit, antequam pro tali ſit declaratus; nam ad Romanum Pontiſ. eos corrigere pertinet, nō autem ad alios. argu. c. cum ſecundum leges. §. fin. de hæret. lib. 6.

Sextò in excōmmunicationē incidit, † vel ſe ipſum interficiat, vt de communi DD. ſententia teſtatur Tabien. in verb. Excōmunicatio. 5. caſ. 1. nume. 32. idque meritò. † nā & clericus ſe ipſum percutiens in excommunicationem incidit, vt inquit Abba. in c. contingit. num. 6. & ibi Additio ad eum, & facit c. ſi nō licet. 23. q. 5. & l. 1. §. vſque. ff. de iniu. & C. de iis, qui ſibi mort. conſciuer.

Poſtremò in excommunicationem hanc incidit, quacūque ratione Cardinalem quis interficiat, vel ferro, vel fame, vel laqueo, & aliis modis; multis. n. rationibus interfici quis poteſt. argu. l. vnic. C. de emend. libert. Quare ſi quis Cardinalem in aliquo loco obſideat, & non permittat comeatum ad ipſum deferri, & ob id moriatur, in excōmunicationem hanc incidet: idē ſi in carcere incluſum ſic perimat. Sed iam qui pœnam hanc euadant, explicemus; cum tamē prius explicauerimus, qui offendens ſimplicem clericum in excommunicationem nō incidat

eius

eius c. ſi quis ſuadente diabolo. 17. q. 4.

SVMMA.

1 *Clericum interficiens de licentia Romani Pont. in excommunicationem non incidit. Item nec ſe ab eo legitimè defendens.*

2 *Clericum prius percutiens timens probabiliter ne ab eo interficiatur, in excommunicationem non incidit.*

3 *Clericum interficiens non incidit in excommunicationem, ſi aliter vitare non poteſt, quin ab ipſo mutiletur.*

4 *Clericus furioſus, dormienſve, an interfici poteſt, ſi in eo furore, ac ſomno aliquem aggrediatur, & aggreſſus ratione alia ſe tueri ab eo non poſſit.*

5 *Clericum interficiens, quo filium, vxorem, patrem, familiamve ſuã ab ipſo tueatur, immò vel extraneam perſonam, in excommunicationem non incidit.*

6 *Fugere potens, ne à clerico interficiatur, an ſi ſe tueatur, & non fugerit, in excommunicationem incidat.*

7 *Clericum mulier interficiens, cum aliter ſuam pudicitiam tueri nequeat, in excommunicationẽ non incidit.*

8 *Clericum an interficere liceat pro rebus ſuis tuendis.*

9 *Clericum interficiens, vbi talẽ eũ eſſe ignorat, in excommunicationem non incidit.*

10 *Clericũ aliquem interficere quis volens in excommunicationẽ an incidat, ſi alium caſu interficiat.*

11 *Clericum interficiens, qui vſu rationis caret, in excommunicationem non incidit.*

12 *Non itidem, qui clericum interficit, qui ea dignitate priuatus eſt.*

13 *Non etiam, qui inuentũ turpiter, aut cum vxore, aut cum matre, aut cum ſorore, aut cum filia propria, aut cum filio interficit.*

II.

§. Propoſuimus nobis explicandum, quando q̃s offendens clericum in excommunicationem non incidat eius ca. ſi q̃s ſuadente diabolo. 17. q. 4. iã igitur rem aggrediamur.

Primum igitur in excommunicationem non incidit, † q̃ de
1 mandato, licẽtiave Romani Põtif. clericum interficit, poteſt enim Romanus Pont. eximere ab hac pœna, & pręſertim, vbi iure id facit; nam ex quo ipſe pœnã hanc per cõcilium propoſuit, & ipſam tollere poteſt, cũ eius ſit tollere, cuius eſt ponere. arg. c. cum maior, iunct. Glo. de maio. & obedien. & Gloſſ. in ca. ſi maior. d. 21. & facit c. propoſuit. de conceſſ. præben. præterea cit. c.

ſi quis ſuadente diabolo.iniuriã prohibere voluit, quam non infert, qui iuriſdictionem ad id à Romano Pont. habet, vt dicitur in l.iniuriarum actio.§.is, qui iure publico. cum cit.ibi à Glo.ff. de iniur. & in le.quæ iure poteſtatis,& in le.aut facta.§. cauſæ. ff.de pœn.

Item in excommunicationẽ hanc non incidit, vbi quis clericum interficit legitimè ſe ab eo defendens,& ratione alia vitæ periculum vitare non potẽs; nam quocunque iure vim vi repellere quis poteſt,& ſe tueri,vt dicitur in l.vt vim.ff.de iuſtit.& iur.& in c.dilecto.de ſent.excõ. lib.6 & in cap.3.eod. in antiqu. & in Clem.1.de homicid.atque ſic ſenſit in caſu noſtro Gloſ.in ca.fin.in verb.Percuſſerit,quam ſequitur ibi Gemin.nume.11.& Philip.Franc.de pœn.lib.6.& alii multi, quos refert,ac ſequitur Viu.in Syl.ſua opin.88.num. 4. & apertius Nauar.in Man.capi. 27.nu.67.verſic.Sexta, & Rebu. in Prax.benefici. in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini.art.8.verſicu.Secundò, etenim in hoc caſu iniuriam quis non facit. arg. l.ſed etſi quemcumque.ff. ad le. Aqui.& l.2.C.ad leg.Corne. de ſicar.accedit quod permittente lege id facit,vt dixit Gloſſ.in eo. cap.fin.in verb.Percuſſerit,ergo non peccat.argu.ca.qui peccat. 24.q.3.& l.Gracch⁹.C.de adult. ergo puniri nõ debet,ac propterea nec in excommunicationẽ incidere,cum in maiorem excõmunicationem quis nõ incidat, vbi mortiferè non peccat.argu. c.nullus,& c.nemo Epiſcoporũ. 11.q.3.

2 Verùm quid† ſi quis timẽs ꝓbabiliter, ne à clerico interficiatur,ipſum prius percutiat,atque interficiat, an in excommunicationem hic incidet?Ego cenſeo hunc in excommunicationẽ nõ incidere, vbi iuſtus erat metus; & ratione alia periculum euadere non poterat;tũ quod hoc ſenſit Gloſſ.in cap.ſi perfodiens.in verb. Secularibus. de homicid. tum quòd melius eſt occurrere ante tempus.quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere,vt not.Glo.in c. ſuſcepimus. de homicid. & habetur in l. fin. C.in quib.cauſ.in integ.reſt.nõ eſt neceſſ.nec in hoc caſu igitur in excommunicationem hũc incidere concludo.

3 Quid itidẽ† ſi quis poſſet mortem quidem euitare Clericum non interficiendo,ſed non mutilationem,niſi Clericum interficiat;an,ne mutiletur,interficiẽs in excommunicationem hãc incidet? Videbatur dicendum in excommunicationem hunc incidere,

Digitized by Google

dere, quoniam maius malũ eſt, quod effi.itur, quàm quod vitatur, & ſic non videtur eſſe defenſio ordinata, ſed excedere modũ inculpatæ tutelæ, contra. l. 1. C. vnde vi. Cõtrariam ſententiam tamen ſequor, vt ſcilicet in excõmunicationem hic non incidat: & hoc ob eam rationem, quoniam licet cuique ſe defendere, vt diximus; ergo his modis, quibus poteſt, cõceſſo enim aliquo, & id omne conceſſum intelligitur, ſine quo haberi conceſſum non poteſt. arg. l. 2. ff. de iuriſdi. iud. & l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procurat. at non poteſt vitare mutilationem, niſi Clericum interficiat; ergo eum interficere ipſi licebit; etenim nec irregularis efficitur, vt aſſeruit Mar. Soc. Sen. in eo c. ad audientiam. nu. 173. q. 20. & tamẽ in irregularitatem, quis facilius incidit, quàm in excommunicationem, vt ſenſit Gloſſ. in Clem. vnic. in verb. Suum. de homici. nam quo in excommunicationẽ quis incidat, dolus requiritur. argu. c. nemo Epiſcoporum. 11. q. 3. quo autem irregularis fiat, ſat eſt culpa, immò & ſine ipſa etiam cum merito, vt dixit citat. Gloſſ. ibid.

4 Quid demũ ſi clericus furioſus, dormienſve aliquem aggrediatur, quo illum interficiat, an interficere ipſum licebit; ſi aliter vitare mortem non poterit? Videbatur dicendum hunc in excommunicationẽ incidere, quoniam Clericus hic non dolo malo eum perſequitur, ac propterea excuſandus videtur. Atqui contrariam ſententiam veriorẽ cẽſeo, vt ſcilicet interficere Clericum hunc liceat, primò, quoniam licet cuicunque ſe defendere à quocunque; & quãdo aliter non poteſt, ipſum interficere, vt antea diximus, ergo & furioſum; non enim caſus hic exceptus eſt, ergo nec nos excipere debemus. arg. c. non ne. de p̃ſumpt. & l. cum prætor. ff. de iudi. atque ſic dixit Bald. in l. 1. numer. 50. verſic. Quid de furioſo. C. vnde vi. Poſtremò facit, quoniam animal, quod ratione caret, impetum ſi in me faciat, interficere poſſum, nec teneor prętium eius domino ſoluere, & tamen dolo caret, & iniuriam nõ infert, vt habetur in l. 1. §. ait p̃tor. ff. ſi quadrup. pauper. feciſſ dic. ergo idem & hic; nam nec irregularem in hoc caſu quẽ fieri concluſit Mar. Socin. Sen. in eo. c. ad audientiam. nu. 176. q. 22. de homicid. Nec repugnat propoſita ratio; nam, et ſi dolo caret & venia dignus eſt, hoc tamen verum eſt poſtea quàm delictũ commiſſit, vt dicitur in citat. le.

diuus,

Digitized by Google

diuus,at antequam delictũ committat, defendere ſe ab ipſo qs poteſt. Ne igitur nos Clericus offendat,interficere ipſum poſſumus. Excipitur tamen vbi defenſionis terminos quis egrederetur;tunc enim in excommunicationem incidet; quippe quia in eo caſu non ſe defendere ſed oppugnare cenſetur,quod vetitum eſt, atque ſic habetur in ca. olim,iunct.Gloſſ.in verb. Exceſſib.de reſtit.ſpol.& facit cap. vt famæ,in fine.de ſenten.excom.etenim licet quidem vim vi repellere,ſed tamen cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt dicitur in cit.c.vt famæ,& in l. 1. vbi & DD.no.C.vnde vi.Qui ergo poſtea quam offenſus iam eſt à Clerico,qui eum offendere deſinit, ipſum deinceps interficit, in excommunicationem incidet; nã non ad defenſionem,ſed ad vindictam id factum cẽſetur,vt ſenſit Gloſſ.communiter recept. in l.1.in verb.Moderatione.C.vnde vi,& vt ait Viu.in ſua Syl.opini.189.nu.9.cum ſequẽ. & dixit Mar. Socin.Sen.in ca.peruenit. num.208.ve r. Secus, ſi poteris de ſent.excom.idem ſenſit Bald. in cita.l.1.num.28,q.100. C.vnde vi,& Gloſſ.in capit. ſi perfodiens,in verb. Secularibus. de homicid.Item in excommunicationẽ incidit,vbi aliter ſe defendere poterat, quàm occidendo, ſed tamẽ occidere ipſum maluit Moderamen igitur inculpatæ tutelæ ſeruari debet;quod tũc eſt, quando id fit,quo prætermiſſo iniuria repelli non poterat; non enim vitio tribuendum eſt id alicui,qđ facit, vbi aliter ſe defendere non poteſt, vt colligitur ex Gloſſ.in cap. ſignificaſti.2.de homicid.& ex Bart.in l.1. C.vnde vi,quem refert, ac ſequitur Abb.in cit.c.olim.num.15.verſ. Nunc quęro,ibi,quando actum, de reſtit.ſpol.

5 Item eadem ratione,†ſcilicet clericũ interficere licet, quo filium,vxorem,patrem,familiáve ſuam tueatur;nam ſic de iniiciẽte manus in Eccleſiaſticam perſonam dixit Innoc.in c.ſi vero. 1.nu.2.in verſic.Inferentẽ,& ibi DD.cum ſequuntur.de ſent.excom.

Immò & quo extraneos tueamur, id licebit, vt de iniiciente manus itidem in Eccleſiaſticam perſonam dixit Innocẽt.ibid.& opinionem hanc communiter receptam eſſe teſtatur Feli. nu. 5.verſic.Vtrum pro defenſione, & communiorem, & veriorem dixit Abba.ibi.nu.11.verſic.Extra Glo.ibi.Sed dubium eſt.Probatur autem opinio hæc per c. dilecto.de ſent.excom.vbi dicitur,cuilibet licere ſuo vicino,vel

pro

proximo pro repellenda ipſius iniuria ſuum impertire auxiliũ. Immò ſi poteſt,& negligit,videtur iniuriam inferentem fouere, ac eſſe participem eius culpæ,vt ibi dicitur; ergo quiſque ſuum vicinum defendere tenetur,atque ſic dixit Gloſſ. in ver. vicino,& facit c.fortitudo. 23. q.3.eſto igitur inuaſorem interficiat,in excommunicationẽ nõ incidet,quamuis irregularitatẽ non effugiat;vt ſenſit Glo.communiter recept.in Clemẽ. vnic. in verb.ſuum.de homici. Poſtremò hic non peccat, vt ſenſit Gl. pen.in cit.Clem.vnic.de homicid.& ſequitur Felin.in eod.ca. ſi vero, in fine.ergo nec in excõmunicationem incidit.argu. ca. nemo Epiſcoporũ,& ca.nullus, nu.11.q.3. An autem quis tueri alium debeat DD. tractant in c. quantæ.de ſent.excom.& in l.1. C.vnde vi,& communiter cõcluditur nec de iure ciuili, nec canonico quem teneri,quamuis ſecus ſit in foro conſcientię, vt ait Viu.in ſua Syl.opin.190.

6 Verum quid† ſi fugiendo vitare p ſſum,ne Clericus me offendat,an fugere debeo,ſi alias me defendendo interficere illũ cogor? Ego ſentio in hoc caſu fugere quem non teneri; nã cõmuniter concluditur ad fugiendum quem obligatum non eſſe, vt colligitur ex DD. quos citat Iaſ.in l.vt vim.nu.38.verſic.Extra Gloſſ.ff.de iuſtit.& iur. vid. tamen Mar.Socin.Sen. in ca.ad audientiam.nu.162.verſi.Quintodecimo quero.de homicid.

7 Tertiò†& ꝓ ſua pudicitia tuẽda Clericũ interficere licet,exẽpli gratia, Clericus aggreditur mulierem,vt eã violet, planè ſi ratione alia ſe tueri non poteſt, niſi eum interficiat, in excõmunicationem hanc nõ incidet, eũ interficiẽdo.Primò ob l.1.§.itẽ diuus.ff.de ſicar. vbi excuſatur, qui ſibi,vel ſuis ſtuprum inferentem occidit,vt ibi dicitur cũ citat.ibi à Gloſſ.quam vid.Poſtremò non incidunt in excommunicationem pater,nec filius, ſi clericum inuẽtum cum filia,vel ſorore,vel vxore turpiter percutiunt,vt dicitur in c.3. de ſentẽ. excom.multo magis ipſimet ſuũ honorẽ tueri licebit, præſertim quod Deus offenditur,atque ſic aſſeruit Mar.Socin.Sen.in c.ꝑuenit.nu. 375.cum multis ſequ. qu.13.de ſent.excom.& Viu.in ſua Syl.opini. 189.nu.6.vbi nec peccari ibi ait.Idem ego & in caſu noſtro. Excipitur tamen vbi aliter ſe defendere poſſet. Quare ſi verbis tantum ipſam aggrediatur,verbis eum excludet,nõ autem factis offendet, vt dixit Socin.ibid.numer.380.verſicu.

Sed

Sed ſi ſolis verbis.

8 Atqui tan pro ſuis tuendis rebus Clericum interficere licet? DD. Inno. in c. ſi vero. num. 2. in ver. Inferentem ibi, & idem etiã dicunt, & Abba. nu. 11. verſi. An autem pro defenſione rerum, & Felin. nu. 5. verſ. Quid pro defenſione. de ſenten. excomm. in Eccleſiaſticam perſonam pro ſuis rebus tuendis, ſi modus inculpatæ tutelę non excedatur, manus iniicere licere inquiunt, & probatur per c. olim. 1. de reſtituti. ſpol. quamobrem & laico licere clericum capere debitorẽ fugientem cum debito ipſius laici dixit Mar. Socin. Sen. in c. peruenit. nu. 311. verſi. Item & ſextò de ſent. excom. vbi alios quoſdã idem ſentientes refert, & Abb. in cap. cum non ab homine. nu. 17. verſi. Quoad ſecundum. de iud. & Lap. alleg. 136. excõmunicatum laicum non eſſe inqt, q clericum cum re aliena fugientem capit, ſicut, nec qui ſuũ ſeruum clericum ſuſpectum de furto, vt eum ad iudicem adducat, vt dixit idem Socin. in cit. c. peruenit. nu. 307. verſi. Item & tertiò. At pro iiſdem tuendis rebus clericum interficere non licere ſenſit Inn. in eod. c. ſi vero. in verſi. Sed ſi pro rebus. Et hoc ob eã rationem, quia tunc modus inculpatæ tutelæ exceditur, & ſeq tur eum Abba. ibi. num. 11. verſ. An autem pro defenſione rerũ. hanc ſententiam de iure canonico communem eſſe ait Felin. in c. 2. nu. 3. verſic. Sed in quantum omnes. de homici. & Viu. in ſua Syl. opin. 189. num. 1. verſi. Canoniſtæ verò; quamuis de iure ciuili contrarium ſentiat. Et ꝑ hac opinione videtur facere cita. c. olim, vbi dicitur quem teneri, ſi in recuperanda poſſeſſione modum exceſſerit, quod hic fieri videtur interficiẽdo hominem pro rebus. Ex altera tamẽ parte iniquum videtur, vt quis res ſuas tueri nequeat, & ne à Clerico occupentur, non poſſe ipsũ interficere, vt aliter ſua defendere nequit; ac planè ſi Clericus armata manu regnum alicuius principis viri, Ciuitatem, locave alia iniuſtè inuadat, & dũ Princeps ille conatur ſua tueri, interficiat illum Clericum, non ne abſurdum videtur hunc dici in excommunicationem incidere? Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut Clericus ſine armata manu venit; vt occupet alicui' priuati bona, & in hoc caſu ſentio expelli eum poſſe, non tamen interfici licere. argu. cit. c. olim. de reſtit. ſpol. & eo magis, quoniã, ſi expellere ipſum non poterit, iudicem adibit, qui ſibi ius dicet;

Cet;non enim in re ſua ius dicere ſibi quis poteſt.arg.l.vnic.C. ne quis in ſua cauſa iud. Aut venit armata manu, & in hoc caſu,ſi dominus rei conatur ſe defendere;& in defendendo contingat Clericum interfici, in excommunicationem interficientem non incidere cenſeo,& hoc ob eam rationem,quoniam occupatio hæc,quam molitur hic Clericus,redundat etiam in necem,& offenſionem plonę,quo caſu vt ſe quis tueatur, interficere eum licet,vt probauimus antea;nam vt res occupet,vult etiã interficere perſonas. Quare ſi Clericus bellum moueat cõtra Principem aliquem,vel cõtra rẽ publicam iniuſtè, & ipſemet in prælium prodeat, & interficiať, ipſum interficiens in excommunicationem non incidet. Nec repugnat,quod canon ſimpliciter loquitur; nam intelligi dẽt, vbi iniuſtè interficitur, vt in ſimili dixit Gloſſ.in cap.felicis,in verb.Percuſſerit.de pœn.libr.6. & facit c.erit autem lex.d.4.& l. quod ſi epheſi.ff.de eo,quod certo loco, alioquin liceret Clericis aliorum regna occupare, ꝙ abſurdum,iniquum,& inauditũ eſt. Excipitur ergo,vbi iuſte clericus alterius bona occuparet; nam tunc ipſum interficiẽs in excommunicationem incidit. Itẽ, vbi etiam id conatur,ſed non armata manu;& à ſuperiore ius ſibi dici poteſt;aliàs autem ſecus.

9 Quartò in excommunicationem hanc quis non incidit Clericum † interficiens,vbi eũ Clericum eſſe, probabiliter ignorat,atque ſic dixit Rebu.in Prax. beneſi.in expoſitione Bullæ Cænæ Domini.art.8.verſi.Item excommunicamus, & habetur in c.ſi vero quis.de ſent.excom.nã nec in excommunicationem latam per ſtatutum contra furtũ committentem in excommunicationem incidit, qui ſtatutum illud non nouit, vt habetur in c. fin.de conſtit.lib.9.& facit capi. Apoſtolicæ.de cler.excom. mino.Quare qui noctu obuiam factum Clericum, quem talẽ eſſe ignorat,vel interdiu habitu mutato interficit, in pœnam hanc non incidet,quod & ſenſiſſe videtur Nauar.in Man.cap.27.numero.67.verſi.Sexta,& Rebuff. ibid.

Probabilis autem ignorãtia eſſe debet,vt dixit, Gloſſ. in eodem capit.ſi vero quis,in verb. Ignorauerit;etenim hæc & non alia excuſat, vt ſenſit Gloſſ. ibi, & Mar.Soci. Sen.in c.peruenit. num.222.verſi.Nam qualitercũque.de ſentẽ.excom. & faciunt cit.c.Apoſtolicæ,& capi. fin. de conſtit.libr. 6. verum quid ſi qs

credit ſe interficere laicũ, & in perſona errans interficit Clericum, an in excommunicationẽ is incidet? Ego cenſeo neq. hũc in excommunicationem hãc incidere. Primum, quia hic ignorabat illum eſſe Clericũ, ex quo credebat eum eſſe laicum, vt in facto proponitur; at interficiens Clericum eum talem eſſe probabiliter ignorans, in excommunicationem non incidit, vt proxime aſſeruimus. Poſtremò, quoniam ſic inquit Zanc. quẽ refert Gloſſ. in cit. capi. ſi vero quis. de ſent. excom. vbi quæſtio hæc diſputatur, et quem ſequitur Hoſti & Abb. ibi in fine, & Feli. nume. 3. & Gloſſ. in le. ſi ignorans. ff. locat. & communis den que DD. ſententia hæc eſt quamuis Glo. contrarium ſenſerit & male; ergo idem & in caſu noſtro.

10 Quid itidem † ſi quis volens interficere Clericum, aliquem alium clericum interficiat, an in excommunicationem hanc incidet? Hanc quęſtionem à nemine tactam inueni, Ego tamẽ cenſeo hunc in excommunicationem incidere, quoniam voluit Clericum interficere; quã uis valde id dubitem; nam caſu quodammodo illum interfecit, ex quo illum interficere noluit, quo caſu in excommunicationẽ quis non incidit, vt videbimus; alium vero, quem interficere voluit, non interfecit.

Quid demum, ſi quis interficiat laicum, quem Clericũ eſſe credebat, an in excomunicationem hanc incidet? Ego cõcludo hunc in excommunicationẽ non incidere; tum quòd Clericum non interfecit, quod poſtulat cit. cap. ſi quis ſuadente diabolo. & ſic verba huic non conueniunt, ergo nec diſpoſitio. argũ. l. 41. §. toties. ff. de dam. infec. tum quòd ſic inquiunt DD. cõmuniter, Gloſſ. in c. in audientia in verb. iniuriarũ. de ſent. excõ. & Abbas ibi nu. 7. & Mar. Soci. Sen. in c. peruenit. num. 238. verſi. Vltimò etiam quęritur, vbi & alios quoſdam idem ſentientes refert. de ſent. excom. & Barth. Brix. in q. venerali. q. 88. incipi. aliquis percuſſit aliquem laicũ, vbi quæſtionem hãc diſputauit, & Fed. de Sen. in Conſil. 13. vbi & hoc in potiorib. terminis diſſerit, ergo idem & in caſu noſtro concludendum cenſeo, vbi enim eadem ratio eſt, ibi eadem diſpoſitio eſſe debet. arg. l. illud. ff. ad leg. aquil.

Non item in excommunicationem hanc incidit, qui fortuito, caſuve Clericum interficit. arg. c. ſi vero. 1. in verſi. Niſi forte. de ſent. excom. etenim nec. q. in defendendo ſe à Clerico fortuito

tuito caſu moderationem incul patæ tutelæ egreditur, in excõmunicationem incidit, vt dixit Gloſſ.fin.in fine.in ca.olim.1.de reſtit.ſpol.nec iniuriarum actio ne tenetur, qui cum ſeruo ſuo pugnum ducere vellet, in proximo ſtantem inuitus percuſſit, vt dicitur in l.ſi cum ſeruo meo.ff. de iur. Quare qui telum aliquo torſit, & caſu clericum percuſſit, in excommunicationem nõ incidet; ſicut nec qui turbam ex aliquo loco arcendo.

At qs probabit fortuito, ſtudioſeve id factum eſſe? Nonnulli exiſtimarunt offenſi partes has eſſe, quoniam ipſe agit.arg. l.actor. C.de probat. Contrariã tamen opinionem ſequitur Abba.in c.ſi verò.1.tum quòd præſumptio eſt contra eum, ex quo de delicto conſtat; tum quod caſus fortuitus eſſe non cenſetur; poſtremò facit c.4.eod.de ſent. excomm.vbi ini ciens manus in clericum nutrientem comam per iuſiurandum ſaltem probare tenetur, ſe ignoraſſe clericũ eſſe, ergo multo magis in hoc caſu, atque ſic dixit Abba.in cit.ca. ſi vero.nu.8.verſi.In Glo. in verb. Fortuito. Nec obſtat, quod dicebatur aduerſariam partem agere; nam etſi verum illud eſt, tamen ſi hic excipit fortuito factum eſſe, & quod id ignorauit, ad ipſum probatio pertinebit. Id autem ex coniecturis probabitur, & re dubia ipſius iureiurando, vt dicitur in cit.c.4.verſ. Vel ſi hoc dubiũ fuerit; etenim in iis, quæ pendent à conſciẽtia, in dubio eius iureiurãdo eſt ſtãdum, atque ſic not. Abb.ibi.numer.3.

11 Quintò † in excommunicationem non incidit Clericum interficiens, vbi rationis vſu carens eum interfecit; tum quòd dolo malo id non facit, & ſic iniuriã non infert, vt habetur in l.illud. §.ſanè.ff.de iniu.& c.illud.11.q.1.tũ quòd in excommunicationem quis non incidit, qui morti ferè non peccat.arg.c.nemo Epiſcoporum, & c.nullus.11.q.3. at qui rationis vſu caret, ſine dubio mortiferè nõ peccat. peccatum enim non eſt niſi voluntarium. Quare neque impubes qui doli capax non eſt, delictum huiuſmodi committens in excommunicationem hanc incidet, vt ſenſit Gloſſ.in c.fin.in verb.Curis.de ſent.excom. Non itidẽ fatuus, furioſulve; quãdoquidem nec de homicidio tenentur, vt habetur in l.infans, ff.de ſicar.& in l.pœna.§.fin.ff. de paricid.nõ etiam ſomno oppreſſus, modo rationis vſu careat, ob eaſdẽ rationes, etenim nec irregulares hi fiunt, vt habetur in Clemen.

vnic.de homicid.ſi furioſus,aut infans,ſeu dormiens, dicitur.n. ibi,hominem mutilet, vel occidat,nullam ex ho irregularitatem incurrit.Hæc ibi,ex quibus patet hos irregulares non fieri, ergo multo minus in excommunicationem incider; cum facilius quis irregularis fiat, quã in cenſuram incidat.idem quoque aſſeruit Maiol.de Irregular. ca. 48.in principio.nume.11.verſi. Inter homicidas.libr.5.Non denique vino obrutus excommunicatione hac obligabitur ob eaſdem rationes,modo rationis vſu omnino careat; irregularis tamen fiet,ſi hoc vitio ſe laborare nouit. & tamen id prouidere non curauit,vt dixit Maiol.libr. 5.de irregular.cap.48.nu.11.in verſi.Infans, vbi & alios quamplures idem ſentientes refert,& ego in meo Tract.De irregularitati.capitu.25.vbi pluribus rem hanc egi.

12 Sextò † in excommunicationẽ hanc non incidit, qui interficit eum Clericũ, qui re ipſa degradatus eſt;nam tunc degradatus clericorum priuilegia vniuerſa amittit,vt habetur in c.degradatio.in fine.de pœn.lib.6.

13 Septimò † in excõmunicationem hanc non incidit Clericũ interficiens, vbi quis eum inuenit turpiter aut cum vxore, aut cum matre, aut cum ſorore, aut cum filia propria, vt inquiunt DD.communiter,Syl. in verb. Excommunicatio.6.nu.6.verſi. Decimò,ibi Diſtinguo.& Ioan. Tabien.in verb. Excommunicatio.5.caſ.1.nu.31.verſi.Octaua, ibi.vnde videtur ſimpliciter dicendum,& Nauar.in Man. capi. 27.num.84.verſi. Vigeſima;vbi communiter opinionem hãc eſſe teſtatur, & nõnulli alii,quos refert Mar.Socin. Sen.in c.peruenit.nu.365.de ſent.excom. In excommunicationem hanc igitur non incidet Clericum interficiens ob prædicta. Et primò ſi turpiter cum vxore quis eum inuenerit. Vxoris autem nomine accipimus eam,quæ ducta eſt ꝑ verba de præſenti;hæc enim vera,& propria vxor eſt.argu.c.penu.de ſpon.iunct.c.1.& c.fin.de ſponſ.duo.atque ſic ſenſit Gloſ. in ca.3.vbi materia hæc agitur in verb.Cum vxore. de ſent. excom.& ſequitur Abba.ibi.nu.9. verſi.In Gloſſ.in verb.Et matre, & Mar.Soci.Sen. in c. peruenit, nu.345.eod.& Syl.in verb. Excommunicatio.6.nume.6.verſi. Octauus.Itẽ nomine vxoris cõprehenditur etiam ea, quæ pro vxore habetur,ſed non eſt,vtpote quis contraxit matrimoniũ cum muliere,qua cum contrahi non poterat ob aliquod impedimentum,

dimentum,quòd ignorabatur ; nam quamdiu impedimentum hoc ignoratur, matrimonii priuilegiis vtūtur,ac propterea eorum filii legitimi ſunt,vt dicitur in c.2.& in c. prolatum,& in c. peruenit & in c.ex tenore, q fil. ſint legit. & in hoc caſu etiā eū interficiens excuſabitur, atque ſic inquiunt non nulli, quos refert,ac ſequitur Mar. Soci. Sen. in eod.c.peruenit.nu.359.verſi. Item dubitatur circa prædicta. Tertiò locum habet non ſolum, vbi inuenit rem habentem cum vxore,& ob id in ipſo actu, verumetiam etſi in amplexu, & deoſculatione, vel in præparatione ad copulam,vt pote quoniam penulam, femoraliaq.depoſuerat,atque ſic inquiunt Socin.in cita.ca.peruenit.nu.364. cum ſequ.verſi.vlterius dubitatur,& Syl.in eod.verſi.Decimò, ibi.Et ſecundum viuere,& Naua.eod.cap.27.nu.84.vbi de cōmuni DD.ſententia teſtatur.Et probatur in cit.c.3.de ſentē. ex com.illis verbis Turpiter inuentum;nam ſine dubitatione inueniens maritus quem aut vxorē amplexantem, aut oſculantem, aut præparantem ſe ad rem habendam cum ipſa,turpiter inuenit : ex quo igitur verba legis huic conueniunt, ergo & diſpoſitio conuenire debet.argu.l.4. §.toties.ff.de dam.infect. Quartò locum habet,vel poſt actum ibi tunc reperiat; tum quòd vere dici poteſt,& tunc turpiter inuentum cum vxore; tum quòd, quæ fiunt incontinenti, videtur ineſſe.argu.l.lecta.ff.ſi cert.pet. nam & fur manifeſtus dicitur, non ſolum inuentus,dum furtū facit;verum etiam quouſque rē furtiuam non detulit,quo deſtinauit,vt dicitur in Inſtit.de fur. paulo poſt princip.atque ſic ſenſit etiam Mar.Socin. Sen. in eo. c.peruenit.nu.366.nam ibi ait,ſi conſtet per aliqua ſigna factum compleuiſſe,percutientem clericum hunc in excommunicationem non incidere.In omnib. igitur his caſibus interficiens Clericum in excommunicationem non incidit. Excipitur tamen, vbi maritus curaſſet per vxorē, vt talis veniret ad ipſam;nam ꝙ ſuadente diabolo id facit,& dolo malo,ob eam rem in excommunicationem incidit ipſum interficiens, atque ſic concludunt non nulli, quos refert Mar. Socin.Sen.in eod.c.peruenit.num. 373.cum ſeq. verſi. Item aduerte,& Nauar.& Tabien. in cit.locis,& facit l.is cuius. §. ſi vir infamandæ.ff.de adult.nam punitur vir, qui infamandę vxoris ſuę cauſa adulterum ſubiecit; ergo idem & hic.Item in excom-

municationem incidit mea ſententia, vbi inueniſſet eundẽ cũ vxore, qua cum diuortiũ fecit; nam tunc ius, quod in ipſa habebat, amiſit, & ob eam rem ad eum ipſius cura non pertinet. argu. c. culpæ. de regu. iur. Tertiò in excõmunicationem incidit, vbi cum ſponſa de futuro inueniſſet, nam quòd vxor non eſt, & de vxore loquitur cit. ca. 3. de ſent. excom. & ex diuerſis non fit illatio. argu. l. Papinianus exuli. ff. de mino. & ſumus in pœnis & odioſis; ob eam rem hic non excuſabitur. Quartò excipitur, vbi inueniſſet cum vxore alterius, e ſto vxor filii eſſet; nam cit. ca. 3. loquitur de vxore propria cuiuſmodi vxor filii non eſt, vt per ſe patet, & argu. §. affinitatis, in Inſtit. de nupt. Quintò, vbi colloquentem tantum cum vxore inueniſſet; nam tunc interficiẽs in excommunicationem incidet, vt inquiunt Hoſt. & Ioann. And. quos refert, ac ſequitur Soci. in cit. ca. peruenit. nu. 369. verſi. ſi quis ergo inueniret, quamuis limitetur ibi, vt per Soci. Poſtremò excipitur, vbi non incontinenti interficeret, tunc enim & non aliàs excuſabitur, vt ait Iureconſ. in l. quod ait lex. §. quod ait. ff. de adult. & DD. cit. omnes inquiunt; & Socin. in eo. l. c. peruenit. nu. 346.

Cum matre itidem qui inuentum interficit, in excommunicationem non incidit, vt habetur in cit. c. 3. de ſent. excom. iunct. prædictis; etenim & huic parcit Canon, quoniam tam iuſtũ dolorem comprimere non potuiſſe exiſtimatur. arg. l. Gracchus. C. de adulter. & l. ſi adulterium cum inceſtu. §. imperatores. verſi. Ei qui. ff. eod. & l. 3. §. ſi tamẽ maritus. ff. ad Syl. & vt not. Glo. in eod. ca. 3. in verb. turpiter, & cit. auctores in antecedenti regula.

Hæc autem regula locũ habet, non ſolum vbi cum matre legitima, et naturali Clericum inuenit, verumetiam et vbi cum naturali tantum; nam et hęc mater eſt. argu. l. quiſquis litigãdi. §. parentem. iunct. l. ſequ. ff. de in ius voc. etenim lex ſimpliciter loquitur, ergo ſimpliciter intelligi debet. argu. l. e. de prætio. ff. de pub. in rem act. atque ſic ſentiũt nonnulli, quos refert, ac ſeqtur Mar. Socin. Sen. in eod. c. peruenit. nu. 355. cum ſequ. verſi. Sed quæritur. Quare vel inceſtuoſa mater ſit, idem dicemus.

At quid ſi mater turpem vitã agat, et meretrix ſit, an filius tũc inuentum turpiter cum ipſa interficiens pœnam hanc euadet? Ego cenſeo pœnam hanc ipsũ euadere, ſi conetur matrem ſuã

ab

ab hac vita amouere, & ob id cauet, ne quemquam admittat, nam et hic iuſtus dolor eſt, et eo grauior, quo matris intemperãtia, atque impudẽtia maior eſt.

Excipio tamen, vbi filius nõ curaret hoc de matre; nam ſi ſineret admitti aliquos, aliquem vero inueniens interficeret, non ob eam cauſam, ſed ob aliud odium illum interficere cenſeretur, et ſic in excommunicationẽ incideret.

Secundo excipitur, vbi adoptiua mater eſt; filius enim adoptiuus interficiens inuentum turpiter cum ipſa in excommunicationem incidit; nam citat. c. 3. de ſent. excom. loquitur de inuento cum matre, quæ ratione ſanguinis coniuncta eſt; declarat hoc verbum illud Conſanguinitatis, ergo non comprehẽdit adoptiuam matrẽ, incluſio enim vnius alterius excluſio eſt. arg. cap. non ne. de præſumpt. et l. cũ prętor. ff. de iud. atque ſic ſenſit Mar. Socin. Sen. in eod. c. peruenit. nu. 356. et Nauar. in Man. c. 17. nu. 84.

Poſtremò excipitur mater ſpiritualis, quæ aut de fonte baptiſmi leuauit, aut in cõfirmatione, nam etſi contrahitur ſpiritualis cognatio, vt habetur in ca. 1. de cognat. ſpirit. li. 6. et apud Trid. Synod. ſeſſ. 24. ca. 2. de reform. marrim. non tamen comprehẽditur in eod. c. 3. de ſen. excom. vt ſcilicét in excommunicationem filius non incidat, qui inuẽtum cum huiuſmodi matre interficit; tum quòd cõſanguinea non eſt, quod requirit cit. ca. 3. ob verbum illud Conſanguinitatis, tum quòd ſumus in correctoriis, ergo ſtrictior interpretatio facienda eſt; tum quòd nõ afficitur tanto dolore filius ob turpitudinẽ huiuſmodi matris, ſicut afficeretur, ſi eſſet mater naturalis, ex quo igitur nec verba canonis, nec ratio huic cõuenit, ergo nec diſpoſitio. arg. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. & le. pen. §. pen. ff. de iur. & fact. ign.

Cum ſorore itidem inuẽtum interficiens in excommunicationem hanc non incidit ob cit. c. 3. de ſen. excom. Id quod locum habet, eſto naturalis ſoror tantum ſit. Item vterina, vel conſanguinea; nam ex quocunque latere coniuncta ſit, ſoror eſt, & cit. ca. 3. ſimpliciter loquitur, ergo ſimpliciter intelligi debet. arg. l. de prætio. ff. de public. in rem act. Excipitur autem primo, vbi ſoror meretrix eſſet, vt vidimus ſupra de matre meretrice. Poſtremò vbi eſſet ſoror adoptiua, ob rationes, quas dixim⁹ de matre, & multo magis, atq. ſic DD. quoque ſentiunt, quos refer:,

ac

ac ſequitur Mar.Socin. Sen.in eod.c.peruenit.nu.356.verſ.ſed quæritur circa prædicta,de ſentent.excom.

Cum filia demum ſi quis talem inuentum interficiat,excõmunicationem hanc euadet ob cit.c.3.de ſentẽ.excom. Id quod locum habet non ſolum,ſi interficiat inuentum turpiter cum filia legitima, & naturali, verum etiam etſi cum naturali tantum cum ob iuſtum dolorem, quo affici poteſt inueniendo etiã cũ filia naturali tantum;tum quòd ſic ſentiunt DD. quidam relati à Soc.in eod.c.peruenit.n. 355. cum ſeq.verſi.Sed quęritur nũc.

Excipitur tamen primò, vbi filia meretrix eſſet, ſicut excepimus ſupra de matre.

Item excipitur,vbi filia adoptiua eſt;tum quod cit.c.3.de ſentent.excom.loquitur in conſanguineis,ob verbum illud Cõſanguinitatis;tum quod non tanta iniuria infertur, atque ſic inqt Socin.in eod.c.peruenit.numero 356.

Tertio excipiunẽ caſus, quos excepim⁹ ſupra de vxore ob eaſdem rationes, ſcilicet vbi pater curaſſet,vt talis eſſet turpiter cũ filia.Itẽ, vbi ex interuallo interficeret,poſtea quam ſcilicet ad actus extraneos ventum eſt; in cõtinenti ergo interficere oportet;in continenti autem dicitur, dum in eo actum inuentum pro ſequitur , eſto in proſequendo multum temporis ponat, vt habetur in l.quod ait lex. ff. de adulter.

Quartò excipitur, vbi cũ nepte,& deinceps quis turpiter inuentum interficeret: nam in excommunicationem incidet;quãdoquidẽ, etſi nomine filiæ omnes deſcendentes intelligi voluit Inno.in eo.c.3.in fine.Contrariam tamen ſententiam Glo. amplexata eſt ibi in ver. Matre, & hoc ob eam rationem, quoniam minor iniuria fieri videtur:quam opinionem vti veriſſimam, & communiter receptam ego etiam ſequor,& hoc ob eã rationem,quoniam in vlteriori gradu facultatem hanc Eccleſia concedere noluit; Cæterum dicitur enim in citat.ca.3.quod ſi in ſtupro,vel adulterio, quod committit cum ea, quæ ipſum ita proxima conſanguinitatis linea non contingit, ceperit, aut in eum violentas manus iniecerit,non erit à ſententia illius excõmunicationis immunis. Hæc ibi,ſi igitur immunis non eſt ab excõicatione,qui manus iniicit in inuentũ turpiter cũ aliqua, q̃ ipſum inueniẽtẽ non ita proxima conſanguinitatis linea cõtingit,ſicut ſuperiores,quę ſunt

Mater,

Mater,Soror,& filia,ergo in excommunicationem incidet, qui manus iniiciet in inuentum turpiter,aut cum nepte,aut cum alia;non enim hæ ita conſanguinitatis proxima linea attingunt ſicut ſuperiores.

Atqui an ſoror turpiter inuẽtum cum ſorore interficiens excommunicationẽ hanc euadet? Et quid de matre interficiente turpiter inuentum cum filia? Ego cenſeo neutram in excommunicationem incidere, tum ꝙ etſi canon cit.c.3.maſculi tantũ mentionem facit in verſi. Nec ille compellendus eſt,tamẽ maſculinum cõcipit fœmininum, vt habetur in l. 1.& ibi not.ff.de verb.ſign.tum quòd ob frequẽtiorem vſum maſculini mentio tantum facta (non enim mulieres ob ſexus fragilitatẽ ad hęc agenda faciles eſſe ſolent) at vbi lex de duobus caſibus vnius tantum mentionem facit ob frequentiorem vſum,alterũ excluſiſſe non cẽſetur,vt tradunt DD. in l. 1.C.de rapt.virg.

Verum quid, ſi quis eundem cum filio ſic inuentũ interficiat, an excommunicationem hanc euitabit? Videbatur dicendum excommunicationem ipſũ non euitare;quandoquidem non fit mentio filii,ſed filiæ in cit. ca.3. de ſentent. excom.ergo diſpoſitio eius canonis non videtur locum habere cum filio.argu.l.de prætio.ff.de publ.in rem actio. Atqui contraria ſententia amplexanda eſt,vt ſcilicet & ſic inuentum interficiens in excommunicationem non incidat. Primò,quia difficilius iuſtus hic dolor,& tam turpis iniuria coerceri poteſt in tali caſu,quam in ſuperiori,& ſic ratio diſpoſitionis eius cit.ca.3.locum habet;ergò & diſpoſitio locum habere debet.argu.c.cum dilecta. de confir.vtil.vel inutil.& l.illud. ff.ad leg.aqui.Præterea filiæ mentio facta eſt,& non filii,quoniã frequentius hoc cõtingere poteſt, & de filio tantam turpitudinem ſuſpicari non decebat, ergo perinde eſt, atque ſi id expreſſum fuiſſet.arg.l.vnic.& ibi Gloſſ.in verb.Sponſam.C.de raptu. virgin.& DD.Tertiò facit pro hac ſentẽtia, quoniam etſi quatuordecim cauſæ numerantur , ob quas licet patri filium exhæredare in §.aliud quoque capitulum,in auth.vt cum de appe.cognoſ.& in auth.non licet.C.de lib.præt. tamen & ob alias cauſas illis ſimiles, & multo magis grauiores permittitur patri filium exhæredare,vt de communi ſententia teſtatur Iaſ. in cita. auth.nu.6. & Michael Craſſ.in Tractatu ſuo receptarum ſenten

Digitized by Google

tiarum in §.teſtamentum.q.42. nu 2.ergo idem & hic;nam & ſine dubio grauior iniuria eſt, vt ꝑ ſe patet.Poſtremò facit, quoniam ſi legiſlator de hoc interrogatus fuiſſet, ſine dubitatione ſic cōcluſiſſet ob iniuriæ grauitatem,& delicti atrocitatē,ergo perinde eſt, atque ſi id expſſiſſet,vt tradidit Glo.communiter recept.in l.tale pactum. §.fi. ff.de pact. neque igitur in hoc caſu in excommunicationē quis incidet.

Quid itidem ſi pater, marit⁹, fraterve turpes perſonæ ſint,an priuilegium hoc habebunt? Ego cenſeo ipſos illud habere;nō enim ceſſat in ipſis iuſtus dolor.

Quid itidem ſi per alium id faciant? Ego cenſeo in hoc caſu ſic diſtinguendum eſſe. Aut Pater,exempli gratia,inuenit' cū filia hunc talem turpiter; & in hoc caſu,ſi conueniat cum filio, qui eſt frater eius mulieris, vel cum eius marito,ſi maritum habet,id poſſit;nam quiſque horū per ſe id facere poteſt, vt ſupra diximꝰ;ergo & ſimul,cū diuerſa ratio contrarium non ſuadeat, ſed eadem ſit,& ob id eadē quoque diſpoſitio eſſe debeat.arg. cit.c.cum dilecta.de confir.vtil. vel inutil. Aut conuenit cum alio extraneo, quib.facultas hæc permiſſa non eſt, & in hoc caſu id non poſſe cenſeo;nam ob eā rationem id permiſit lex patri, & prædictis,quoniam exiſtimauit ſępius ob amorem, quem erga ſuos habent,ab huiuſmodi iniuria ſe temperaturos; quæ ratio in aliis ceſſat,ergo & diſpoſitio ceſſare debet.argu.cap.cum ceſſante.de appell.repugnat tamen ibi l.2.cum ibi not.ff.de iuriſd.iud.videas ergo additiones ad cit.capi.3.de ſent.excom.Ex his iam patet, quando clericum ſimplicem,Eccl.que perſonā ꝑcutiēs in excommunicationem non incidat. Ad reliqua veniamus.

Verſ.Mutilantes,Vulnerantes,Percutientes.

SVMMA.

1 *Mutilantes,Vulnerantes,Percutientes Cardinalem in excōmunicationem incidunt.*

HIC tres cauſę exprimuntur,quamobrē Cardinalem offendentes in excōmunicationem hanc incidunt,ſcilicet vbi aut eos mutilant,aut vulnerāt,aut percutiūt. Et quoniam quid ſit mutilare, declarauimus in Cap 9.in verſi. Muti

Mutilant, & quid ſit Vulnerare, vel percutere per ſe conſtat, & diximus ſupra Capi. 10. in verſi. Vulnerãtes; ob eam rem regulã breuem tantum ponamus.

In excommunicationem hãc
1 igitur incidunt etiam, †qui Cardinalem aut mutilant, aut vulnerant, aut percutiunt, vt habetur in verſi propoſito: quæ regula eiſdem modis, quibus ſuperior, pro rei qualitate amplificatur, & coarctatur. Quare nihil eſt, ꝙ præterea huc addamus.

Verſ. Capientes, Carcerantes, Detinentes.

SVMMA.

1 *Carcerare quid ſit.*
2 *Carcer cur inuentus.*
3 *Detinere quid ſignificat, & quomodo differat à carcerare.*
4 *Carcerantes Cardinalem, aut ratione alia detinentes in excõmunicationem incidunt.*

HIC tres aliæ cauſæ numerantur, quamobrem offendẽtes Cardinalem in excõmunicationem hanc incidunt, ſcilicet vbi eum aut capiunt, aut in carcerem cõiiciũt, aut aliàs detinent, vt habetur in verſi. propoſito. Et quoniam q́d ſit Capere per ſe ſatis conſtat, ideo qua ratione differat Carcerare à verbo Detinere, quaten⁹ ad rem noſtram pertinet, breui-
1 ter explicemus. †Carcerare igitur nil aliud eſt, quam publica auctoritate aliquẽ in aliquo loco poſitum, ne aufugiat, cuſtodi-
2 re; † nam carcer ob id inuentus eſt, vt habetur in c. quamuis. de pœn. lib. 6. & in l. 1. & tot. tit. de cuſt. rer. & priuatum carcerem
3 nemini licet habere. †Detinere verò ſpeciatim ſumptum ſignificat de facto aliquem detinere, & ad priuatas pſonas pertinet. arg. l. 1. in verb. Detinere, & in verb. Detinerent, & in multis aliis locis eius tit. ff. de eo, p quẽ fact. erit, quo minus quis in iud. ſiſt. Ex quibus patet, qua ratione Carcerare, ac detinere inter ſe differant; pręterquam quod Detinere aliud etiam ſignificat, quod & hic locum habere põt, vt dixi in Cap. 9. verſi. Detinẽt. Differt etiam verbum hoc Detinere generatim ſumptum à verbo Carcerare; ſicut differt gen⁹ à ſpecie; nam omnis, qui aliquẽ in carcerem cõiicit, detinet, nõ autem è contrariò quem quis detinet, in carcerem habet, vt p ſe patet, & probatur iuribus ante citatis. His præmiſſis; iam regulam de more ponamus.

Digitized by Google

In excommunicationẽ hanc
4 igitur incidunt,† qui Cardinalẽ aut in carcerem coniiciunt, aut ratione alia detinent, vt habetur in verſi. propoſito; & ſic vel vt priuata perſona, vel vt publica quis id faciat. Quæ regula iiſdem modis, quibus ſuperior, amplificatur, & coarctatur. Quare, ſi auctoritate Romani Pontif. id faciant, pœnam hanc euadunt. Si quoque vt ſe tueantur, tantũdem.

Idem ſi eum detinerent, ne damnum quid ipſe pateretur, & ſic non dolo malo; nam in excommunicationem quis non incidit, niſi vbi mortiferè peccatur, arg. c. nullus. & c. nemo Epiſcoporum. 11. q. 3. ergo hic non incident, ex quo dolo malo id non agunt, & ob id non peccãt. Sed de hoc ſatis, ad alia veniamus.

Verſ. Vel hoſtiliter inſequentes.

S V M M A.

1 *Inſequi aliquem duobus modis contingit.*
2 *Hoſtiliter inſequi quid ſit.*
3 *Inſequi hoſtiliter quibus modis qs dicatur.*

HIC alia cauſa refertur, quamobrẽ offendentes Cardinalem in excõmunicationẽ hãc incidunt; quæ eſt, vbi hoſtiliter eum inſequuntur: quam excommunicationem vt dilucidiorem habeam⁹, tria pręmittẽda ſunt. Primum, q̃d ſit inſequi, & quot modis dicatur quis aliquem inſequi. Alterum, quid ſit hoſtiliter inſequi. Tertium, quibus modis hoſtiliter quis inſequatur.

1 Quoad primum igitur.† Inſequi dicitur ille, qui alium pręeũtem ſequitur, vt ſenſit Nauar. in conſi. 31. num. 4. de ſent. excom. hic autem accipitur inſequi pro perſequi, vt ratione quapiam offendat: duobus modis autẽ quis aliquem inſequi dicitur. Primò iuſtè, & non dolo malo, vt habetur in c. ſi ea. 23. q. 4. & in ca. 1. d. 46. & in c. exhibita. de homicid. Quare iudex, q̃ facinoroſos homines inſequitur, iuſtè ipſos inſequi dicetur. Secundò loco iniuſtè, & dolo malo quis aliquẽ inſequitur, vbi contra ius, & vt damnum iniuſtè inferat, inſequitur, ſicut in caſu noſtro. Verbũ igitur hoc indifferens eſt, ac propterea & in bonam, & in malam partem accipi poteſt; & de hoc primo ſatis.

2 Quoad ſecundum, † ſcilicet quid ſit hoſtiliter inſequi, Gemin.

Digitized by Google

min.in c.felicis in principio.nu. 5.de pœn.libr.6.inquit illũ hoſtiliter inſequi Cardinalem dici,qui inſequitur illum ſicut capitalis hoſtis,vel quando inſeq̃tur publicè,vel manifeſtè, quæ declaratio mihi non ſatisfacit; adhuc enim quæro qua ratione capitalis hoſtis inſequatur.Ego igitur hoſtiliter quem inſeq eũ dico,qui aliquem iniuſtè inſeq̃tur,vel quò perſonam eius, quẽ inſequitur,offendat, iniuriave, aut dedecore afficiat; vel rebus ſpoliet,hoc enim hoſtes faciũt, vt experientia rerum magiſtra docet;qui ergo ob id Cardinalẽ inſequitur,hoſtiliter eum inſeq dicetur.Et de ſecundo ſatis.

3 Quoad tertium,†modi,& rationes, quãobrem quis inſequitur,ea eſſe cenſeo, videlicet vel vt interficiat,vel mutilet,vel vulneret,vel percutiat, vel capiat, vel incarcerem coniiciat,vel detineat,vel vt rebus ſuis ſpoliet,è ſuiſve locis exturbet, honoremve ledat;his enim modis hoſtiliter quis inſequitur. His ſic præmiſſis,iam regulam ponamus.

SVMMA.

1 *Hoſtiliter inſequentes Cardinalẽ in excommunicationem incidunt.*

2 *Telum torquens in Cardinalem lapidemve conijciens in excõmunicationem incidit,eſto cum non attigerit.*

3 *Obſidens Cardinalem,vt eum capiat,vel vt interficiat, inſultumve faciens ad ædes Cardinalis ob eaſdem cauſas in excommunicationem incidit,eſto nihil damni dederit.*

4 *Inſequi volens Cardinalem,ſed pœnitentia ductus non inſequens, in excommunicationem non incidit.*

5 *Obſidens Cardinalem, quo illum infamet,an in excommunicationem incidat.*

6 *Verba contumelioſa in Cardinalẽ dicens in excommunicationem non incidit.*

1.

§. Explicatis præmiſſis; iam quando in excommunicationem hanc incidant,videam.

1 †In excommunicationem hanc igitur incidũt, qui Cardinalem hoſtiliter inſequuntur,vt in verſi.habetur. Quæ excommunicatio afficit;eſto nihil damni inferant, & ſic nec interficiant,neq. mutilent ,aliudve ex prædictis faciant, ſed p̃dicta facere conẽtur;nam ſat eſt,vt hæc agere aggrediantur,ac conentur.Et hoc ob eam rationem, quoniam ſic voluit Bulla, atque ſic ſenſit ẽt Viu.in ſua.Syl.opin.88.num. 7. verſi.

verſi.Licet.& Nauarr.in Man.c. 27.nu.97.verſi. Declaratio prima.nam quoniam in ca.felicis, de pœn.libr.6.excommunicantur,qui Cardinales inſequũtur, ob eam rem ait per ſimplicē eã inſecutionem inſequẽtem in ex communicationem eam incidere(quamuis per talem inſecutionem in excommunicationē qs non incidat per c.ſi quis ſuadente diabolo.17.qu.4.ſed opus ſit, vt re ipſa violentæ manus in Eccleſiaſticam perſonam iniiciantur,& ſic conatus ibi non ſat ſit) ergo & hic,ex quo excommunicantur hoſtiliter inſequentes, eſto nihil damni dent,in excommunicationem hanc incident.

2 †Quare,qui telum in Cardinalē torſerit, quive lapidem coniecerit,ipſum inſequens tamen,ecto ipſum non attigerit, tamen in excommunicationem hanc incidet:ſicut etiam,qui curſu eũ capere contenderit,& non cœpit; ad ſummã ſimplex conatus punitur, eſto aliàs nõ puniatur ordinaria pœna, vt diximus in Tractatu noſtro de Cenſuris,ca.

3 9.§.fin.in Tab.1.†Qui itidẽ Cardinalem obſederit,quo eum detineat,ne exire inde poſſit, hac pœna obligabitur,eſto nihil dãni ſequatur;ſicut etiam ſi inſultũ fecerit ad ædes Cardinalis,quo Cardinalem interficeret, aut mutilaret, aut caperet, atque ſic ſenſit de obſidente Gemin. in citat.capitu.felicis,in principio.numero 6.verſi. Quid ſi aliquis,& ſequitur Ancharan.eod. nu.1.verſi.Tertiò not. Et ob inſecutionem igitur ſimplicem,vt dixi,inſequentem excommunicatio hæc afficiet. Quæ regula eiſdem modis,quib. ſuperiores, amplificatur,& coarctatur.

4 Excipitur tamen,†vbi ſolum quis pararet ſe ad inſequendum Cardinalem,ſed tamen inſecutus deinceps non eſt,nam Bulla excommunicat inſequentes,cuiuſmodi non eſt,qui ad inſequẽdum ſe paret,vt ꝑ ſe patet, ſicut nec,qui parat ſe ad arborem aſcẽdendum, aut ad currendum, hic currit,aut aſcendit.

Immò nec in excommunicationem hanc incidet,qui armatus iuit,vt inſequeretur,ſed pœnitentia ductus inſequi noluit, vt pote iuit, vt obſideret ædes Cardinalis,& poſteaquam illuc peruenit,eum pęnituit,& diſceſſit;oportet enim vt ratione quapiam inſecutus ſit, quò in excõmunicationem hanc incidat. Qua ratione, qui aliquo vadit, vt Cardinalem interficiat,pœnam hanc euadit,ſi poſteaquam illuc peruenerit,eum pœnituit; ſecus autem ſi aliquid agere cœperit,vt pote,ſi fores efregerit, ipſumve

ipſumve fugiētem inſecutus ſit.

5 Excipitur quoque,† vbi quis obſidet Cardinalem, quò verecundiam ipſi inferat,atq. ſic ſenſit Inn.in c.nuper.de ſen.excom. & inquiunt Gemin. & Anchar. in eod.c.felicis,in cit.locis.

6 Excipitur quoque,† vbi verba tantum contumelioſa in Cardinalem dicta ſunt,nam in excõmunicationem hanc non incidunt talia dicentes,vt dixit Viu. in ſua Syl.opin.88.nam perſecutio factum,& non verba ſignificat. Sed iam ad reliqua tranſeamus.

Verſ. Necnon ea mandātes.

SVMMA.

1 *Mandatum quid ſit.*
2 *Mandatum à iuſſu differt, & à præcepto.*
3 *Præceptum à quo fiat.*

IN hac parte alia cauſa refertur, quamobrē in excommunicationem incidunt,q Cardinales offendunt; q̃ eſt, vbi mandant aliis prædicta fieri,ſcilicet, vt ipſos Cardinales vel interficiant,vel mutilēt, vel vulnerent,vel percutiāt,vel capiant, vel in carcerem coniiciant,vel detineant, vel hoſtiliter inſequātur;hęc enim ea sūt, quę ſupra habētur. Verum,quo rem hanc dilucidiorem habeamus,præmittendum eſt,quid ſit mandatum.Item quomodo differat à iuſſu,nec nõ à pręcepto. Tertiò an, quòd hic dicitur de mandante,locum habeat in iubente,& præcipiente.

1 Quoad primum igitur † mandatum nil aliud eſt, quàm contractus verbis initus,quo cõmittitur volēti aliquid agendū gratuito,vt colligitur ex Gloſſ.Rubr.ff.mand.iunct.§.pen.& fin.in Inſtit.eod.

2 Quoad ſecūdum autem † mādatum à iuſſu differt, quoniam mandatum,vt diximus,liberum eſt quoad ipſum ſuſcipiētem in initio,iuſſus autem,quoniam ꝓpriè fit à parente liberis,& a domino ſeruis,ob eam rem neceſſitatem quandam habet, vt dixit Glo.in l.1. in verb.Quemadmodū.ff.quod iuſſu,& in §.ſed hoc iure,in verb.Iuſſu,in Inſtit.de attil.tut.

3 Præceptum vero fit † à Iudice, & ab habente iuriſdictionem in eum,cui præceptum fit.arg.l.legis virtus.ff.de leg.ſenſit hoc Iaſo.in l.omne verbum.nu.2.C.cõmu de leg. quamuis alterum ꝓ altero vſurpatur.

Quoad rem noſtram autem nihil intereſt a quo mandatum, præce-

præceptum,iuſſuſve fiat;nam excepto Romano Pont.vel priuata,vel publica pſona ſit,vel mãdet,vel præcipiat,vel iubeat vnũ ex prædictis,in excõmunicationem hanc incidit ob eaſdem rationes, & ſic tertium propoſitũ habemus. His præmiſſis; iam regulam de more ponamus.

S V M M A.

1 *Mandâs alicui,vt Cardinalem interficiat,vel mutilet, vel vulneret,vel percutiat,vel capiat, in carcerem conijciat,vel vt hoſtiliter inſequatur, in excommunicationem incidit.*

I.

§. Præmiſſis explicatis, iam qui in hanc excommunica-
1 tionem incidant,videamus. † In excommunicationem hanc igitur incidunt etiam, qui mandãt aliquid ex prædictis in Cardinalẽ fieri,vt pote vel vt interficiatur, vel mutiletur, vel vulneretur,vel percutiatur,vel capiatur vel in carcerem coniiciatur, vel vt quis hoſtiliter eum inſequatur,vt dicitur in verſ. iunct.principio Cap. etenim & qui mandat,violentas manus in eccleſiaſtic.perſonam iniici, in excõmunicationem incidit, vt habetur in c.mulieres.§.fin.& ibi no.Abba.in principio. & Feli. & Mar. Socin.Sen.nu.10.verſi. Quintò not.de ſentent.excom. idem Socin.in cap.peruenit.nu.31. verſ. Octauò eod.idque merito nam & qui per alium facit, ipſe facere videtur. c.vt famę.§.vlt.eodẽ cum ſimil.cit.ibi à Gloſſ. in ver. auctoritate.& Panor.nume.10. verſi. Et facit hoc ad quæſtionem,& c.qui facit per alium.de regu.iur.lib.6.& c.cum quis.de ſent.excom.eod.lib.& l.ſi mandatu meo.§.non ſolum.ff.de iniu.Quare,qui aut interficiendũ, aut mutilandum, aut vulnerandum,aut percutiendum,aut perſequendum,aut in carcerem cõiiciendum,aut detinendũ Cardinalem mandauit, in excõmunicationem hanc incidet;nam eſto in pœnis ſimus, tamen ex quo per Bullam ſic cautum eſt, tolerari debet.argum.l.proſpexit.ff.quis,& à quib.manum.

Quæ excommunicatio afficit tam ipſum mandantem, quàm mandatarium,vt ſupra probauimus.

Item afficit,quodcunque mãdatum ſit,ſcilicet vel iuſſus, vel præceptum,quamuis non eandẽ naturam hæc habeant;nam mãdatum non ſemper neceſſitatẽ ſignificat,ſed reliqua duo ex ſua natura neceſſitatem habẽt. arg. l.1.& ibi Gloſſ.ff.quod iuſſu.&

l. 1. ff. quod cum eo, & le. ſi mandato. ff. mandat. vt dixit Mar. Socin. Sen. in c. ad audientiam. nu. 280. cum ſeq. verſi. Sexageſimo. de homicid. vel igitur pater, vel dominus, vel iudex id imperet, parendum non eſt.

Tertiò afficit excommunicatio hæc, eſto qui mandatum exequitur, timore mortis id faciat, vtpote minatus eſt princeps alicui mortem, niſi Cardinalem interficiat: nõ enim excuſabitur quandoquidem potiùs mortem obire, quàm mortiferè peccare debet, vt habetur in c. ſacris, de iis, quę vi, metulve cau. fiunt.

Poſtremò afficit excommunicatio hęc in omnibus caſibus, quos in antecedentibus regulis vidimus; ſicut etiã exceptiones omnes eas habet ob eaſdem rationes; quas in ipſis poſuimus. Verum, quò rem hanc cognitã omnino habeamus, quæſtiones nonullæ explicandę ac diſſoluẽdæ nobis ſunt. Primum quando hic mandans in excommunicationem incidat, an ſcilicet ſtatim atque mãdatum hoc dedit, an vero poſtquam mandatum effectum eſt. Deinde, quid iuris ſi mandãtem mãdati pœnituit. Tertiò, quid ſi moriatur mandans, antequã mandatarius mãdatum executus ſit. Quartò, an mandatarius mandatũ exequẽs & ipſe in excommunicationem hanc incidat. Quintò quid ſi mãdatarius alteri id mandet, an primus mandans in pœnam hanc incidat. Poſtremò, ſi mandatum quis dedit, vt verberaret, mutilaretve tantum, an in excommunicationem incidat mandans, ſi mandatarius eum interficiat. His enim explicatis quæſtionibus, abſolutam rem hanc habebimus: id quod in ſequent. præſtabimus.

S V M M A.

1 *Mandans offendi Cardinalẽ an in excommunicationem ſtatim incidat, an poſt mandati executionem.*

2 *Mandans Cardinalem offendi, ſi mandati eum pœniteat, an in excommunicationem incidat, ſi nihilominus mandatarius mandatum exequatur.*

3 *Mandans offendi Cardinalem, ſi interim moriatur, an in excommunicationem incidat, ſi poſt eius mortem mandatarius rẽ exequatur.*

4 *Mandatarius exequens mandatũ ipſi factum de offendendo Cardinalem, an in excommunicationem incidat.*

5 *Mandatarius mandatum de offendendo Cardinalem per ſe non exequens, ſed per alium, an in ex-*

communicationem incidat.

6 *Mandãs alicui,vt Cardinalẽ verberet,mutiletve,an in excommunicationem incidat,ſi mandatarius Cardinalem interfecit.*

7 *Mandans,vt Cardinalem aliquẽ offendat,an in excommunicationem incidit,ſi alium offendat.*

II.

Sex quæſtiones explicãdas nobis propoſuimus;iã primam agrediamur,ſcilicet quando mandans offendi Cardinalẽ in excommunicationẽ incidit.

1 Quoad hanc igitur† breuiter concludendum eſt, vbi mandatarius delictum commiſſit, tunc mandantem in excõmunicationem incidere,non autem antea; tum quod ex mandato mandãs non obligatur,niſi mandatũ mãdatarius executus ſit.arg.§.is, q exequitur, in Inſtit.de mandat. & l.3.cum ſimil.ff.eod. tum qđ, nec qui mandatum ſuſcepit, in excõmunicationem incidit,antequã rem perfecerit; ergo nec mandans,atque ſic ſenſit Ange. in verb.Excommunicatio.5. nume.31.verſi.Mandans etiam, & Syl.eod.6.§.5.n.5.verſi. Tertiò cum quis,& apertius Nauarr.in Man.cap.27.num.51.verſi. Adde,quòd refert:& de quæſtione hac ſatis.

Quoad alteram verò quęſtio2 nẽ,†ſcilicet quid iuris ſit, ſi mandantem mandati pœnituit.vt di lucidiorem quæſtionem hanc habeamus, nõnulla eius capita, quę ab omnibus recepta ſunt, & quæ dubitatione carent,præmittamus.

Primum igitur in excommunicationẽ hanc non incidit mãdans, quem mandati pœnituit, vbi re integra mandatum reuocauit, & mandatarium de hoc certiorem fecit; nam ex quo reuocauit legitimè mandatũ,nulla cauſa eſt, quamobrem in excommunicationem incidat;qppe quia mãdatum tollitur,vt dicitur in §.recte,in Inſtit. de mandat.& in l.ſi verò non remunerã di.§.ſi mandauero.ff.eod.quandoquidem ſi tunc delictum mãdatarius committit, non vi mandati, ſed ſponte id facit;etenim nec irregularis ſit,qui mandatũ de homicidio faciendo dedit,ſi mandatum ſic reuocauit:quamuis mandatarius homicidiũ deinceps cõmiſſerit,vt inquit Specul.quẽ refert,ac ſequitur Mar. Socin.Sen.in c.ad audientiam. nu.293.q.73.de homici.de quæſtione hac igitur nulla eſt apud DD.dubitatio.

Secundo loco pro certo etiã habetur,& omnes fatẽtur e cõtrario mandantem in excõmunicationem incidere,eſto ipſum mandati pœnituerit,ſi cum poſ-

ſet,

ſet,& id animaduerteret,mãdatum non reuocauit;nam hic dolo non caret,quo caſu in excommunicationem quis incidit, vt ſenſit Innocen.in c.mulieres.de ſent.excom.

Tertiò pro certo habetur hũc apud Deum excuſatũ eſſe,ſi delictum ſequatur, poſteaquam ipſum mandati pœnituit; modò quantum potuit, vt mandatariũ certiorem faceret,elaborarit,& hanc opinionem tenuit ſpeciatim Bart.Brix.in q.venerali.qu. 89.vbi eam diſputauit,& ſequitur Gloſſ.in c.cum quis.de ſent. excom.lib.6.

Quartò hũc, qui mandati pœnituit, ſed certiorem mandatarium non fecit,certioremve facere non potuit,irregularem tamen fieri,ſi ſequatur aliqua deformatio;nam quo quis irregularis fiat,ſat eſt, vt in culpa ſit. Hinc qui mandauit cuipiam, vt ſuum inimicum interficeret,mutilaretve, & ante executionẽ pacem cum inimico iniit, quo caſu tacito ſaltem mãdatum reuocatum cenſetur, irregularis tamen fit,modò directè,indirectè ve mãdatarius de hoc certior factus non ſit,vt dixit Specu. quẽ refert,ac ſequitur Mar.Soci.Se. in c.peruenit.nu.43.de ſent.exc.

Quintò pro certo etiam habetur hunc mandantem,quẽ mandati pœnituit, in excommunicationem non incidere,eſto mandatarium certiorem nõ fecerit, vbi mãdatarius ratione quapiã nouit ipſum mandantẽ mandati pœnituiſſe;nã ex quo ſcit mãdatũ ſublatũ eſſe, cur certior fiat, cã nulla eſt.c.qui certus.de reg. iur.lib.6.& l.1.in fine.ff. de contrahend.empt.

His igitur ſic pro certo habitis,de quibus DD.non dubitãt: reſtant duo caſus,qui dubitationem nonnullã habent. Primus quid ſi mandans non potuit mãdatarium certiorẽ facere de reuocatione , & mandatarius id ignorans mandatum executus eſt. Alter ſi id nõ animaduertit. In his igitur quæſtionib. variæ DD.ſententiæ ſunt.Gloſſ.in ca. mulieres.in verb. Auctoritate. verſi.Sed pone.de ſent. excom. hunc in excommunicationẽ incidere cenſuit, ſi mandatum nõ ſic reuocauit,vt reuocatio ad ipſum mandatarium peruenerit. Et hoc ob eam rationẽ, quoniã mandans ex mandato obligatur,quod executus eſt mandatarius,qui reuocationem ignorauit, vt habetur in l. ſi mãdaſſem, ff.mandat.& in ca.mandato. de procur.cũ ſimil.cita.ibi à Gloſſ. Hæc ratio mihi non probatur ; nã idcirco in illis iuribus actio ipſi mãdatario datur,qui de mã-

diti reuocatione certior factus non eſt, ne damnum iniuria patiatur ex mandato, quod ſuſcepit, atque executus eſt, vt dicitur in cit. l. ſi mandaſſem, & in ca. rectè, in Inſtit. eod. at hic non iniuria damnum patitur; quandoq; dem mādatum illud vt de re turpi non valebat, neque illud ſuſcipere, exequive debebat. arg. §. illud quoque, in Inſtit. eod. ratione igitur hac opinio hęc non nititur. Quare contrariam opinionē, vt hic in excommunicationem nō incidat, ſequitur Innoc. in eod. ca. mulieres. Et hoc ob eam rationem, quoniā vt qs in excommunicationem hāc incidat, dolus requiritur; at hic nō adeſt dolus, ex quo cum mandati pœnituit, & mandatarium certiorem facere non potuit. Tertiò fuit opinio diſtinguentium; & primo Hoſt. qui ait, ſi quo tēpore eum pœnituit, certiorem mandatarium facere nō potuit, opinionem Innoc. veram eſſe; aliàs non. Hæc diſtinctio locum non habet; nam ſimpliciter hic quæritur, vbi non dolo id fecit, vel quia non potuit; vel quia id non animaduertit, an in excommunicationem incidat. Altera fuit opinio Bart. Brix. in cit. qu. 89. qui ait quoad Deum hunc non peccare; ſed apud Eccleſiā in excommunicationem incidere. Hæc opinio quoad primam partem dubitationem non habet, vt ſupra diximus, & facit ca. à nobis. 2. de ſentē. excom. quo autem ad alteram partem falſa eſt; nam ex quo Eccleſia iuſtitiā fouet, argu. c. erit autem lex. di. 4. & hunc mandati huius pœnituit, excommunicatione nō obligabitur; quādoquidem pro regula habetur in excommunicationem aut per legē, aut per generales ſententias latam quē nō incidere; niſi vbi mortiferè peccauit, vt in Tractatu noſtro de Cenſuris de communi DD. ſententia concluſimus, & facit cap. nemo Epiſcoporū, & ca. nullus, 11. q. 3. Quid igitur concludendum? Ego ab opinione Inno. diſcedendum non cenſeo, vt ſcilicet hic in excommunicationē non incidat. Et hoc ob rationē proximè allatam; quoniam hic mortiferè nō peccat, & dolo caret, vt dixit Innoc. quo caſu ceſſat excommunicatio. Et de quæſtione hac ſatis, quæ diſputatur à DD. in cap. cum quis. de ſentē. excom. lib. 6. & in eod. ca. mulieres, & per Mar. Socin. Sen. in citat. c. peruenit. verſi. Nonò quęritur. nu. 40. de ſent. excom. iam ad tertiam quæſtionem veniamus.

3 Tertia quęſtio eſt, † quid iuris, ſi is, qui Cardinalem aliquē inter-

interficiendum mandauit, interim moriatur; & poſt eius mortem mandatarius rem exequatur, an in excommunicationem mandans incidat. Hanc quæſtionem abſoluimus in Tractatu noſtro de cenſuris, in Tab. 2. ca. 17. §. 2. nu. 5. ob eam rem, ne actum agamus, hac omiſſa, ad aliam veniamus.

4 Quarta quæſtio eſt, † an mandatarius ipſe, ex quo alieno nomine facit, mandatum exequēs, in excōmunicationem incidat. Hanc quæſtionem, vt paucis abſoluamus, cōcludimus & ipſum ſine dubitatione in excommunicationem incidere, nam ſic not. Abba. in c. mulieres, in initio. de ſent. excom. idque merito, mandatum enim hoc recipere nō debuit, vt rei turpis, & ob id receptum non obligauit. arg. §. illud quoque, in Inſtit. de mandat. & l. ſi remunerandi. §. rei turpis. ff. eod. etiam ſi iureiurando confirmatum ſit, ob c. nō eſt obligatorium, de regu. iur. lib. 6. cū ſimil. not. ibi à Gloſſ. Quare nec excuſantur filii, ſi in hoc obtemperēt parentibus, nec ſerui, ſi obediāt dominis, atque ſic ſenſit Glo. in eod. c. mulieres. in verb. Auctoritate, ibi. Sed videtur, quòd ille, & cum ea tranſeūt communiter DD. ac de quæſtione itidem ſatis.

5 Quinta quæſtio eſt, † quid iuris, ſi mandatarius ipſe mandatū per ſe non exequitur, ſed alteri exequendum mandat, an mādās prior in excommunicationē incidat; nam qui mandatum exequitur, quicunque ſit, in excommunicationem ipſum incidere conſtat; ſicut etiam qui ſecundo id mandauit. Videbatur igitur dicendum primum mandantem in excommunicationem non incidere, & hoc ob eam rationem, quoniam delictum non is commiſſit, cui committendum mandauit, ſed alius. arg. l. diligēter, ff. mandat. Quod autem incidat, ſuadere videtur, quoniā ipſe huius delicti cauſa fuit: ſi enim ipſe id non mandaſſet, mādatarius ille per alium id faciendum non curaſſet; etenim & qui eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati. arg. l. manumiſſiones. ff. de manumiſſ. Quid igitur concludendum? Ego cēſeo hūc in excommunicationem incidere, cum ob rationem proximè allatam, tū quod ſi ſocios ad id agendum mandatarius adhibuiſſet, quia per ſe id facere non auderet, ſine dubitatione mandans in excommunicationem incidiſſet; ergo idem, ſi per alium totum id fecit. Nec obſtat citat. l. diligenter, quaſi fines mandati exceſſerit, nam immò egreſſus ipſos non eſt; quan-

Digitized by Google

doquidē interfecit, & ſi p aliū, quod ipſi mandatum fuit. Excipio tamen, vbi id expreſſe commiſiſſet, ne p alium id faceret, tunc enim mea ſentētia in excōmunicationem non incidet, ex quo id nec tacitò, nec expreſſe mandauit, immò expreſſe prohibuit.

6 Poſtrema quæſtio eſt † quid iuris, ſi quis mandauit, vt tantū verberaret, mutilaretve; mandatarius vero interfecit; an, ex quo mandatarius aliud fecit, in excommunicationem mandās incidat. Ego cenſeo ipſum in excōmunicationem incidere; nā, etſi homicidium factum eſt, qđ mādans non mandauit; tamen qđ illud factū plures partes habet; & quòd fieri poſſe cogitare debebat, ac potuit, ob eam rem in excommunicationem incidit. Id quod locum habere cenſeo, etiam ſi veneno interfecit. argu. c. fin. de homicid lib. 6. & vt aſſeruit Mar. Socin. Sen. in capit. ad audientiam. nu. 288. de homici. At quid è contrario, ſi quis mandauit, vt interficeret; mandatarius vero ſolū mutilauit, aut vulnerauit, an in excommunicationem mandans incidet? Ego cenſeo & in hoc caſu ipſum mandātem in excommunicationē incidere; tum quòd qui vult conſequens, & antecedens ſine dubio vult. arg. l. illud. ff. de acquir. hæred. at hic voluit interfici, ergo & vulnerari, & verberari, vt per ſe patet; ſunt enim hæc media, p quę homicidium ſæpius fit: tum quod vulnera, & percuſſiones ſunt partes quodammodo homicidii; ex quo igitur voluit homicidiū, & ſic totum, ergo & partes; in toto enim pars eſt. argu. c. plus. de reg. iur. lib. 6. & l. in toto. ff. de reg. iur.

7 Verum quid † ſi Titius Seio mandet, vt ex tribus Cardinalibus ſimul ambulantibus vnum certum percutiat; Seius autē alium, an in excommunicationē mandans incidet? Concludēdū breuiter eſt mandantem in excommunicationem non incidere; nam de ſuo mandato percuſſus ille non eſt, ex quo alium p percutiendum mandauit, ergo de mandato non tenetur. arg. l. diligenter. ff. mandat. & §. is, qui. in Inſtit. eod. atque ſic tenuit Ioā. de Deo, quem refert, ac ſequtur Mar. Socin. Sen. in c. peruenit. n. 44. verſ. Sed pone circa prædicta. de ſent. excom. ac de materia hac ſatis, ad alia tranſeamus.

Verſ. Vel rata habentes.

S V M M A.

1 *Ratihabitio quid ſit.*

2 *Ratiha-*

2 *Ratihabitio duobus modis fit.*

3 *Ratum babentes delictum commiſſum in Cardinalem in excommunicationem incidunt: quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur.*

4 *Ratum babens animo tantum delictum aliquod in Cardinalẽ cõmiſſum in excommunicationem non incidit.*

5 *Ratum habens delictum haud nomine ſuo in Cardinalem commiſſum in excommunicationem non incidit.*

6 *Ratum habens delictum in Cardinalem cõmiſſum, vbi prius illud improbauit, in excommunicationem non incidit.*

IN hac parte refertur alia cauſa, quamobrem offendentes in prędictis Cardinalem, in excommunicationem incidunt; quæ eſt, vbi prædicta nomine ſuo geſta rata habent; nam ſi quis aut interfecit, aut mutilauit, aut vulnerauit, aut percuſſit, aut cæpit, aut in carcerem coniecit, aut detinuit, hoſtiliterve inſecutus eſt nomine tuo Cardinalem; & tu deinceps ratũ id habuiſti, in excommunicationem hanc incides. Verum quo hanc rem diluci diorem habeamus, præmittẽda duo ſunt. Primum ratihabitio quid ſit. Deinde quot modis ratihabitio habeatur, id eſt quot modis ratum quid quem habere appareat.

1 Quoad primum igitur† Ratihabitio nil aliud eſt, quam comprobatio alicuius facti nomine meo geſti me non mandante, vt probatur in c. ratum, & in c. ratihabitionem. de reg. iur. lib. 6. & tot. tit. ff. rem rat. hab.

2 Quoad ſecundum autem† ratum habetur quid duobus modis, verbis, & factis. Verbis exp̃ſſe probando factũ nomine ſuo, exempli gratia dicẽdo, rem gratam mihi feciſti, vel nihil mihi optatius contingere potuit. Factis autem, ſi deinceps qui delictum tale commiſſit, cariorem quis habuit, amiciorque ei factus eſt, eique aliquid donauit, ad ſummam quocumque ſigno id ſignificet; nam & factis anim⁹ declaratur. arg. §. pauonum, ver. In iis, in Inſtit. de rer. diuiſ. His p̃miſſis, iam regulam ponamus,

3 In excommunicationẽ hanc igitur incidit, † qui delictum aliquod ex prædictis in Cardinalem ab aliquo nomine ſuo factũ comprobauit, & ratum habuit, vt habetur in propoſito verſicu. Idem quoque habetur de eo, q̃ ratum habuit iniectionem manuum violentam in Eccleſiaſticam perſonam factam, in c. cum

quis

quis,de ſent.excom.libr.6.nã &
hic in excommunicationem in-
cidit,vt ibi habetur;& not.com
muniter DD.& Abba.in ca.mu
lieres.nu.8.verſi.Et in fine,Glo.
& Felin.num.6.verſi.Not.quod
ratificato.de ſent.excom. in an-
tiq.& Syl.in verb.Excommuni-
catio.6.§.5.verſic.Tertiò propè
finem,& Angel.in verb.Excom
municatio.5.nu.37.verſ.Ratum
habens,& Nauar.in Man. capit.
27.nu.70.verſi.Ratum habens.
Ratum igitur habens delictum
tale in excommunicationẽ inci
dit,idque merito;nam ratihabi
tio mandato comparatur, vt ha
betur in c.ratihabitio.de regul.
iur.lib.6.at mandans in excõmu
nicationem incidit, vt ſupra vi-
dimus; ergo & ratum habens.
Quare ſi aut filius aut ſeruus hic
nomine domini,ille patris,quid
tale in Cardinalem committit,
& deinceps dominus,paterve ra
tum habuerit,in excommunica
tionem hanc incidet.

Quæ excommunicatio afficit
in omnibus caſibus,quos in an-
tecedentibus regulis poſuimus.

Secundò afficit etiam,ſi poſt
multum temporis,poſteaquã de
lictum commiſſum eſt, quis ra-
tum habeat: nam Bulla tempus
non præſcribit,ergo nec nos præ
ſcribere debemus.arg.l. de præ-
tio.ff.de publ.in rem act.

Poſtremò afficit, quacunque
ratione quis ratum habeat,nihil
enim intereſt de modo,dummo
do habeamus effectum.argu.ca.
cum quid.de regu.iur.lib.6.Hæc
tamen regula exceptiones non-
nullas patitur,præter alias in ſu
perioribus regulis allatas.

4 Nam primo † in excommuni
cationem quis non incidit, vbi
animo tantum rem ratã habuit,
5 & ſic ſigno exteriori aliquo,ac
propterea neque verbis, neque
factis id ſignificauit; nam eſto
quis id animo probet; non idcir
co tamen in excommunicatio-
nem incidit;quandoquidem Ec
cleſia non iudicat de occultis.c.
erubeſcant.d.32.& c.ex tuæ. de
ſimon.not.Mar.Socin.Sen.in c.
porro.nu.3.de ſent.excom.atq.
ſic dixit Hoſti.quem refert,ac ſe
quitur Gloſſ.in eod.c.cum quis
in verb.tuo nomine; nam hunc
quoad Deum ligatum eſſe ait,
quia ſcilicet mortiferè peccat,
approbando delictum, non aũt
quoad Eccleſiam militantẽ, q̃
non iudicat de occultis;idem di
xit Ioann.Tab.in verb. Excom-
municatio.5.caſ.1.nu.43. verſi.
Sed quid dicendum,& Mar.So-
cin.Sen.in c.peruenit.nu.55.cũ
ſeq.verſi.Sed pono,de ſentẽ. ex-
com.& generatim de Cenſuris
nos id probauimus in Tractatu
noſtro de Cenſuris, ca.9.§.fin.

Tab.

Digitized by Google

Tab.1.facit quoque dictum Gl. fin.in fine,in c.quod ſemel.de re gu.iur.lib.6.

5 Secũdò † in excommunicationem hanc non incidit, vbi nomine tuo delictum factum non eſt;nam eſto illud ratum habueris,tamen in excommunicationem non incides, vt habetur in cita.c.cum quis.Si verò (dicitur enim de iniectione violenta manuum in clericũ facta) iniectio eadem tuo nomine nõ ſit facta, tunc licet pecces ratum habendo eandem, non tamen propter hoc excommunicationis illius vinculo enodaris,cum quis ratũ habere nequeat, quod eius nomine nõ eſt geſtum.Hæc ibi, ex quibus propoſita ſententia aptiſſime probatur. Facit quoque c.ratum.de reg.iur.lib.6.& not. id Felin.in c.mulieres.nu.6.verſi.Not.quod ratificatio.

Tertiò in excõmunicationẽ hanc non incidit;vbi etſi nomine ſuo factum id eſt,tamen quis ratum non habet,ſed improbat. argu.cit.c.cum quis à cõtrario ſenſu:idque meritò, alioquin in alterius manu eſſet coniicere quem in excommunicationem, etiã ſine peccato,quod iniquum eſt.argu c.non debet. de regul. iur.lib.6.

6 Verũ quid † ſi quis ab initio factum improbauit,deinceps vero illud probauit,an in excõmunicationem hanc incidet? Hanc quæſtionem poſuit Feder. de Senis.in conſ.238. incip. Scribatis, & ibi ſenſit hunc in excommunicationem non incidere,eundem ſequuntur Ancharan.in cit.c.cũ quis.nu.5.verſi.Quæro,& Gem. nu.7.eod.verſi. & Maria.Socin. Sen.in c.ſicut tuis.nu. 17. de Simo. Hanc opinionem ego etiã ſequor,tum quòd factum intelligitur de prima vice. argu.l. boues.§.hoc ſermone.ff. de verb.ſigni. tũ quòd ſicut ſtatim approbando in excommunicationem incidit,eſto deinceps illud improbet;ita & in initio improbando excommunicationem euitabit, eſto deinceps illud probet, vt quod operatur propoſitum in propoſito,operetur oppoſitum in oppoſito.argu.l.fin.§.fin.ff.de lega.3. modò tamen non dolo malo improbauerit.

Poſtremò in excommunicationem non incidit ratũ habens, niſi poſt ratihabitionem,non autem ex quo delictum factũ eſt, vt dixit Gloſſ.in cit.c.cum quis, in verb.Incurris, & ſequũtur ibi DD.Ancharan.nu.3. verſi. Tertiò not.regulam,& Philip.Franc. verſic.In Gloſſ.in verb.incurris, & Gemin.nu.6. & Tabi.in verb. Excommunicatio.5.caſ.1.num. 43.verſi.Sed quando erit iſte ex

communicatus? Idque meritò, nam in excommunicationẽ q̃s non incidit, niſi vbi mortiferè peccat. argu. c. nemo Epiſcoporum, & cap. nullus. 11. q. 3. & hic antequam ratum habuit, in hoc non peccauit, ergo nec in excõmunicationem incidet. Nec obſtat, ſi dicatur per ratihabitionẽ ad tempus delicti retrotrahi; nã excommunicatio non retrotrahitur, vt in Tractatu noſtro de cenſuris probauimus. Poſt ratihabitionem igitur tantum in excommunicationem incidet; ſi tamen ante delictum conſiliũ huiuſmodi ſibi communicatum ꝓbauit; tũc ſtatim incidet, ſed nõ tanquam ratum habens, ſed velut conſulens, vel vt mandans; ſed de hoc ſatis; ad alia veniamus.

Verſ. Seu præſtantes eis auxilium.

SVMMA.

1 *Auxilium quodnam ſit.*
2 *Auxilium multis modis præſtari poteſt.*
3 *Auxilium ferentes ijs, qui in Cardinalem delictũ aliquod ex dictis committere volunt, in excommunicationem incidunt: quæ excõmunicatio, quouſque pateat, declaratur,*
4 *Auxilium præſtantes ijs, qui delictum aliquod in Cardinales committere volunt, quando in excommunicationem non incidant.*

IN hac parte refertur alia cauſa, quamobrem in excommunicationem hanc quis incidat; quæ eſt, vbi quis auxilium fert iis, qui prædicta, vel aliquid prædictorum in Cardinales committunt, ſcilicet qui auxilium fert, aut ad ipſos interficiendos, aut mutilandos, aut percutiendos, aut capiẽdos, vel ad aliquid aliud ſupradictorum. Quam rem vt dilucidiorem habeamus, præmittendum prius eſt, auxilium ferre in quibus conſiſtat, quatenus ad rẽ noſtram pertinet.

1 Auxilium igitur† eſt adiumẽtum ope, ac re alicui præſtitum. Dixi autem ope, ac re, quo oſtẽdatur, qui verbis iuuant, non cõtineri ſub hac clauſula de auxilio, ſed ſub alia de conſilio, & fauore, vt probatur in l. in furti actione. §. ope. ff. de furt. & ſæpe in fine. ff. de verb. ſign.

2 Item ope ac rebus† multis modis auxilium præſtari poſſe ſciẽdum eſt, vt pote ſi ſciens arma dedit ad Cardinalem offendendum, ſi ſciens dedit venenum ei

qui

qui Cardinalem interficere veneno volebat.arg.l.3.ff. de ſica. Item ſi ſciens pecuniam ſubminiſtrauit,quo arma emeret, vel aggreſſoribus daret.arg.l.ſi ſciẽti.ff. de paricid. atque ſic ſenſit Gloſſ.in capi.mulieres. §.fin.de ſent.excom. & ſequitur Socin. ibid.nu.50.q.11. ſenſit hoc etiã Nauar.in Man.capit.27. nu. 78. verſi.Sexta declaratio.Qui itidẽ homines,& ſatellites ad id accomodauit.Qui funes, manicaſq. ferreas ad ipſum conſtringendũ dedit,& ad eum cuſtodiendum carcerem conceſſit. Ad ſummã, vel ſubminiſtret quis inſtrumenta ad prędicta delicta in Cardinales committenda, vel homines,qui ipſi opem ad id ferant, vel pecuniam , quibus omnia hæc parẽtur,opem ferre hic dicetur.

At quid ſi ſocius eius fuit,an auxilium hic ferre dicetur? Nauar.in Man.cap.27.nu.67.verſi. Septima,in fine,id ſenſiſſe videtur. Ego autẽ ſic diſtinguẽdum cenſeo.Aut hic iuit cum eo,qui tale delictum committere voluit,& etiam adiuuit,vel vulnerando,vel capiendo,vel aliquid huiuſmodi agendo,& in hoc caſu tanquam principalem hunc in excommunicationem incidere cenſeo. Aut iuit quidem , ſed ſolum ſuã pręſentiam præſtitit, nihil autem prætcrea fecit, ſed erat illi paratus ad opem ferendũ,ſi res id poſtulaſſet,& in hoc caſu auxilium hunc ferre cẽſeo. arg.eorum, quæ dixit Bart. in l. qui ſeruo.§.ſi duo.ff.de furt. & nos alibi in hoc opere.His pręmiſſis,iam regulam ponamus.

3 In excommunicationẽ hanc igitur incidunt,† qui auxiliũ iis ferũt, qui in Cardinalẽ aliquid ex prædictis committere volũt, vt habetur in verſi.

Hæc autem regula,& excommunicatio locum habet,quacũque ratione auxiliũ feratur;multis enim modis ferri poteſt,vt pmiſſimus,& Bulla de modo ferẽdi non diſtinguit, ergo nec nos diſtinguere debemus. argu.l.de prætio.ff de publ.in rem act.

Poſtremò afficit excommunicatio hæc in omnibus caſibus , quos in prioribus regulis poſuimus.

Excipiuntur tamen quidam caſus,in quibus in excommunicationem hanc quis non incidit,&

4 Primò,†vbi quis huius rei inſcius hæc præſtitit, vt pote vel arma,vel ſocios, vel pecuniã;nã in excommunicationem hãc nõ incidet.argu.ca.Apoſtolicæ. de cler.excom.min.& c.fin. de conſtit.lib. 6.

Secũdò excipitur etiam , vbi

Rr 2 ad

ad delictum ſciens prædicta accommodauit, ſed ignorãs tamẽ contra Cardinalem tale delictũ parari; nam & qui percuſſit clericum, quem laicum eſſe exiſtimabat, in excommunicationem non incidit, vt habetur in ca. ſi vero quis. de ſentẽ. excom. ergo idem & hic ob eandem rationẽ. arg. c. cum dilecti. de confir. vti. vel inutil. & le. illud. ff. ad leg. Aquil.

Tertiò excipitur, vbi etſi auxilium præſtitit, nihil tamen deinceps actum eſt, nam nec ii, qui delictum illud committere volebant, incidunt, ergo multo minus qui auxilium eis tulerunt; etenim nec furti tenetur, qui opẽ tulit niſi furtum ſecutum ſit, vt habetur in l. ſi quis vxori. §. neq. verbo. ff. de furt. & in l. qui ſeruo. ff. eod. & habetur in l. ſæpe in fine. de verb. ſign. atque ſic dixit in re noſtra Martinus Alfonſus de Viuald. in Candelabro. pa. 2. in explanatione Bullæ Cœnę Domini. caſ. 11. nu. 89. & Iacob. de Graff. ibid. libr. 4. deciſ. caſ. conſ. nu. 103.

Poſtremo excipitur, vbi poſt delictum factum quis ipſis opẽ tulit; Bulla enim loquitur de ijs, qui opem ferunt ad delictum cõmittendum; ergo non de ijs, qui poſt delictum cõmiſſum; incluſio enim vnius alterius excluſio eſt arg. c. non ne. de præſum. & l. cùm prętor. ff. de iud. Sed iam ad alia tranſeamus.

Verſ. Conſilium.

SVMMA.

1 *Conſilium præſtare quid ſit.*

2 *Conſilium dare quot modis contingat.*

3 *Conſilium dans, vt quis Cardinalem interficiat, in excommunicationem incidit: qua excommunicatio quouſque pateat, declaratur.*

4 *Conſilium reuocans, quod dederat, vt Cardinalis offenderetur, quando proſit, ac liberet à pœna.*

IN hac parte refertur alia cauſa, quamobrem in excommunicationem hanc quis incidit: quę eſt, vbi conſulit, vt quis Cardinalẽ aut interficiat, aut mutilet, aut aliud quid agat ex prædictis antea. Quam rem, vt faciliorẽ habeamus, pręmittendum eſt, quid ſit conſilium præſtare, & quot modis in hoc contingat conſilium præſtari.

1 Quoad primum igitur conſilũ præſtare nil aliud eſt (quod ad rem noſtrã pertinet) quã ſuadere, monere, inſtigare, ſuggere-

re,vt aliquid ex prædictis cõtra Cardinalem quis moliatur, vel qua ratione,& modo fiat; ſic.n. de conſulente vt furtũ qs faciat inquit Iureconſultus in l.in furti §.conſilium autem.ff.de furt.ſic de conſulente,vt quis in clericũ manus iniiciat,dixit Mar.Socin. Sen.in c.peruenit.nu.51. verſic. Duodecimò.de ſentẽ.excom.& Syl. in verb. Excommunicatio. 6.nu 5.verſic.Quartum,ibi.Sed tamen verba talia fuerũt,& Nauar.in Man.cap.27.nu.78.verſi. Sexta declaratio.Hoc igitur eſt conſilium dare.

2 Quoad ſecundum † duob. modis contingit conſiliũ dari. Primum,vt delictum aliquod ex dictis committatur.Deinde docẽdo modum, quo poſſit illud cõmitti vel facilè, vel ſine periculo. In his igitur duobus modis conſilium præſtari poteſt.His p̃miſſis,iam regulam ponamus.

In excommunicationnm hãc
3 igitur incidit † & qui conſiliũ p̃ſtat, vt Cardinalis interficiatur, mutileturve, aut aliquid aliud ex prædictis in ipſum fiat,vt habetur in verſi. propoſito,iuncto initio Capitis.

Quæ excõmunicatio afficit, cuiuſcunque rei gratia conſiliũ pręſtet,vel vt delictum committatur,vel de modo,quo cõmittatur;nam Bulla ſimpliciter loquitur,nec diſtinguit; ergo nec nos diſtinguere debemus.arg.l.de p̃tio.ff.de publ.in rem act.

Item afficit excommunicatio hæc,vel indirectè quis conſuluerit aliquid contra Cardinalẽ,vt pote ſciebat in quadam turri eſſe Cardinalem,& ob eam rẽ vt interficeretur,ſuaſit, vt bombarda admoueretur,& turris vaſtaretur, quo facto Cardinalis interfectus eſt. Idem ſi dixit aliq̃bus ex ſuis,quos ſciebat delictũ tale commiſſuros, vel credere debebat,vellem, ſi poſſem vindictã ſumere de tali Cardinali ob iniuriam ab ipſo in me illatam; nã ſi amici eius quid cõtra Cardinalem fecerint, in excommunicationem incidet.

Tertiò afficit excommunicatio hæc,vel poſt multum temporis ii, quibus conſilium hoc dedit,conſilium exequantur. arg. eorum,quę dixit Inn.in c. ad audientiam.nu.2.verſi.Itẽ non intereſt.de homicid & Mar. Soci. Sen.nu.316.q.78.& Abba.in fine.eod.de homicid.In his igitur caſibus in excommunicationẽ quis incidit; iam vbi ex conſilio in excommunicationẽ quis nõ incidit,explicemus.

Primum igitur in excommunicationem hanc non incidit,q̃ conſilium dedit;vbi quod cõſuluit,nec factum eſt,nec facere il

lud

lud conati ſunt; verba enim cũ effectu intelligenda ſunt. argu. l. 1.§.hæc verba. ff. quod quiſq. jur.Præterea in his caſibus neq. ji,quibus conſilium eſt datũ, in excommunicationem incidunt; ergo nec qui conſilium dedit; nam nec furti tenetur,qui conſilium ad id dedit, niſi furtum factum ſit.l. ſi quis vxori.§. neque verbo.ff.de fur.& l.ſępe. in fine, ff. de verb.ſig.atque ſic dixit Alfonſ.de Viuald.in Candelabro. p.2.in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini.caſ.11.nu.89.& Iacob. de Graff.libr.4.deciſ.caſ.conſc. in expoſitione Bullæ Cœnę Domini.nu.103.

4 Secundo loco† in excommunicationem non incidit, vbi ante factum conſilium reuocauit, etenim nec irregularis efficitur, qui homicidium conſuluit, ſi ſequatur homicidium,poſteaquã legitimè conſilium reuocauit, vt dixit Innoc.in cit.c. ad audiẽtiam.nu.2.verſi.Item non intereſt,& ſequitur Abba. ibi in fine, & Mar.Socin.Sen. nu. 316. qu. 78.ergo multo minus in excommunicationem incidet, ex quo facilius quis irregularis fit, quã in excõmunicationem incidat, vt antea diximus. In reuocando autem conſilio non ſat eſt ſimpliciter reuocare conſiliũ,& certiorem facere eum, cui conſiliũ datum eſt,ſed rationibus cõtrarium ſuadere oportet;nam ſicut rationibus cõſilium dedit,& cõtrariis illud tolli debet;vnum quodque tollitur enim eo modo, quo inductum eſt,vt habetur in l.nihil tam naturale.ff.de regu. iur. & c.1.eod.in antiqu. Nec repugnat,ſi dicatur,ſat eſſe mandatũ reuocare;ergo idem & de conſilio;nã nihil hoc eſt; etenim quod mandatum noſtra cauſa datur, ob eam rem ſat eſt ſimpliciter illud reuocare,nulla reuocationis cauſa reddita, ex quo mandatarii nihil intereſt;at cõſilio ſua detur id, quod intereſt eius cui datur:atque idcirco, vt contrariũ rationibus ſuadeat, neceſſe eſt; non enim facilè conſiliũ datum relinquet, cum ſua intereſſe ſibi iam perſuaſum ſit, niſi contrarium rationibus ſuadeatur,atque ſic dixit Inno. in eod. c.ad audientiam.nu.3.verſic. In eo autem, qui mandaſſet,& ſequitur Socin.ibid.nu.317.qui & rationem hanc communiter receptam eſſe teſtatur,idẽ dixit Bartol.in l.non ſolum.§.ſi mandato meo.nu.21.verſi.Quæro,quare. ff.de iniur.Immò ſi neceſſe ſit,vt certiorem eum faciat,quem interficiendum conſuluerat,id facere debet,modo eum non pateфaciat,qui interficere ipsũ vult, vt dixit Inn.ibid.

Poſt

Poſtremò in excommunicationem non incidit, vbi ex ſuo conſilio delictum ſecutum non eſt, ſed ob aliud, vt pote iã conſtituerant eum interficere. Hoc tamen mihi non ſatisfacit; nam eſto ob ſuum conſilium id nõ ſequatur, incidet tamen in excommunicationem, quoniam illis fauet, quod etiam per hanc Bullã prohibitum eſt, vt modo videbimus.

Verſ. Vel fauorem.

SVMMA.

1 *Fauere quot modis contingat.*
2 *Fauorem præſtans ad offendendũ Cardinalem in excommunicationem incidit, quæ regula, quouſq. pateat, declaratur.*
3 *Prohibere potens, ne Cardinalis offendatur, an in excommunicationem incidat.*
4 *Clamando, ſi quis opem ferre potuit Cardinali, an in excommunicationem incidat, ſi non clamauit.*
5 *Pecuniam an dare teneat ei, q vult Cardinalem interficere, niſi pecuniam ei tribuam.*
6 *Sciens quem in mortem Cardinalis inſpiraſſe, an in excommunicationem incidat, ſi id non patefecerit.*
7 *Bulla Pij V. excommunicantur, q̃ non patefaciunt conſpirationem factam in Cardinalem.*

IN hac parte alia cauſa refertur, quamobrẽ inexcõmunicationem hanc quis incidit, vbi ſcilicet iis fauet, qui contra Cardinales aliquid ex dictis moliuntur, & ſic ipſis fauet, aut ad interficiendũ, aut ad mutilãdum, aut ad aliqd agendum: quam rem vt dilucidiorem habeamus, præmittẽdũ eſt quid ſit fauere, etſi de ipſo egimus in cap. 1. in verſic. Fautores.

1 Quoad rem noſtram igitur † ſciendum eſt, fauere duob. modis ſummi generatim, & ſpeciatim. Generatim fauere ſignificat, quacunque ratione, re, aut conſilio, rationeve alia quis aliquem iuuet; & ſic omnis, q aut auxilium, aut conſilium pręſtat, de quibus iam antea actum eſt, fauere dicitur. Speciatim verò fauere is dicitur, qui præter auxilium, & cõſilium ratione alia fauet, vt pote eos commendando, laudandoque, retinendo eos domi, quouſque delictum committatur, auctoritate fauendo; ſic enim & is, cuius auctoritate quis in ſimplicem clericum manus violentas iniecit, in excommunicationem incidit; vt habetur

Digitized by Google

tur in cap.mulieres §.1.de ſent. excom.ibi.Sed eorum auctor,& vt dixit Gloſſ.in cap. quantæ. in verb.conſentientes.eod.ſic & irregularis efficitur Epiſcopus excommunicatus, qui auctor eſt, vt coram ſe diuina fiant.vt habetur in c.illud,& ibi not. Abb.de cler.excom.min. & facit Clem. grauis.de ſentē.excom. Fauere quoque is dicitur,qui conſultus de hoc delicto faciēdo,illud nō diſuaſit;etenim & delicto commiſſo,ſi mors,mutilatiove intercedat,irregularis efficitur, vt inquit Inn.& non nulli alii, quos refert,ac ſequitur Mar.Soc. Se. in c.ad audientiam.nu.352. qu. 96.de homicid.Item,qui aſſiſtit dum delictum committitur, ne quis impedimento ſit,arg. cit.c. quantæ.de ſent.excom. Et qui aſſiſtit,vt poſt delictum eos recipiat, & qui pararos equos hēt, quibus ſtatim cum delictum cō miſerint,aufugiant, vel ad portas ciuitatis,domuſve aſtat, ne aggreſſi impediantur,hi omnes enim fauere dicuntur.Hoc præmiſſo,iam regulam ponamus.

In excommunicationem hāc
2 igitur incidit,†qui fauorem ſuū præſtat ad delicta prædicta cō mittenda contra Cardinales,vt habetur in verſicu.iuncto initio Capituli.

Quæ regula eiſdem modis,q bus antecedentes amplificatur, & coarctatur. Quare neque fauens in excommunicationē incidit, eſto fauorem præſtiterit, ſi nullum delictum ex prædictis commiſſum ſit;nam nec is, qui delictum committere volebat, in excommunicationem incidit, vbi delictum non commiſſit.

3 Verum quid † de non prohibente cum poſſet,ne quid prędictorum in Cardinalem committatur,an hic in excōmunicationem hanc incidet? Ego cenſeo & hunc in excommunicationē hanc incidere;nam & hic fauere dicitur,vt habetur in c.quantę.de ſent.excom. Quantæ præſumptionis; & temeritatis exiſtat,dicitur enim ibi,in rectores Eccleſiæ manus iniicere violentas,& infra. Ne autem ſolos violentię huiuſmodi auctores aliquorum præſumptio exſtimet, punientes,fauentes, & conſentientes pari pœna plectēdos catholica condemnat auctoritas, eos delinquētibus fauere interpretamur;qui,cum poſſint,manifeſto facinori deſinunt obuiare.Hæc ibi:ſi ergo fauere illi dicuntur,qui cum poſſunt,manifeſto facinori non obuiant, ergo & qui prohibere poteſt,ne quid prędictorum contra Cardinalē committatur,fauere illud committentibus dicetur, & ob id in

ex-

excommunicationem hanc incidet. Atqui, quòd canonem eũ, cap. quantę. DD. varie interpræ tantur, ob eam remprimò inter prętationes communiter receptas, & minus dubias ponamus.

Primum igitur in excommunicationem hanc incident eccleſiarum Præſides, aliique laici iudices, qui poteſtatem, ac iuriſdictionem habent in eos, q in Cardinalem aliquid committere volunt, ſi cum poſſunt non reprimant, ne quid tale in ipſum committatur; nam iidem non prohibentes, ne in Eccleſiaſticam perſonam manus violentæ iniiciantur, in excommunicationem incidunt, ca. ſi quis ſuadente diabolo. 17. q. 4. ob cita. c. quantæ; quę interpratatio in ſe vera eſt, nam ex officio ad ipſos curare pertinet, ne cuiquam iniuria inferatur. arg. c. fortitudo. 23 q. 3. & c. duo iſta nomina. ead. qu. 4. & in hoc nemo diſſentit, atque ſic dixit quoque Nauar. in Man. capi. 27. nu. 78. ver. Sexta declaratio, ibi Item, qui ex officio: vbi de communi ſententia teſtatur, ergo idem & in caſu noſtro.

Item in excommunicationẽ hanc incidunt non ſolum, q iuriſdictionem hanc habent, vt diximus, verum etiam & quiuis alius; qui ipſos Cardinales defendere põt, ſed dolo malo defendere prætermittit; nam ſic de eo, qui non defendit, quo minus in Eccleſiaſticam perſonam qs manus iniiciat, dixit Innoc. in cita. c. quantę. quem DD. communiter ſequuntur, vt refert, ac ſequitur Mar. Socin. Sen. nu. 7. verſic. Extra Gloſſ. etenim illud cit. ca. quantæ. generaliter loquitur, ergo & generaliter intelligi dẽt. arg. l. de prætio. ff. de publi. in rẽ act. ergo idem & in caſu noſtro.

At quid de eo, qui potuit opem ferre, ne Cardinalis offenderetur, ſed id omiſſit non dolo, ſed aut negligentia, aut ne alieno negotio ſe miſceret, an in excommunicationẽ hic incidet? Hæc eſt quæſtio, quę dubia exiſtimatur in cit. c. quantæ. Innoc. tamen ibi, cuius opinionem cõmunem teſtatur Soci. in excommunicationem hunc non incidere cenſuit; tum quòd hic dolo caret, qui requiritur, vt in excõmunicationem quis incidat. cita. ca. ſi quis ſuadente diabolo. 17. q. 4. quod ſignificat verbum illud ſuadente diabolo; tũ quod, ex quo fauere hic dicitur; verbũ illud Fauere, ſignificat conſenſũ quendam doloſum, quem hic non habet, vt in facto proponitur; ergo idem & in caſu noſtro, ex quo & in ipſo requiritur, vt faueat, & vt dolus intercedat, & ob id mortiferum peccatum.

arg.c.nemo Epiſcoporum,& c. nullus.11.qu.3.In hoc caſu igitur in excommunicationē hanc non incidet, ſi non prohibuit, quo minus Cardinalis offenderetur.

Non itidem in excommunicationem incidet,qui re vera prohibere nō potuit, quò minus offenderetur;vt exempli gratia erat ægrotus; qui pedibus conſiſtere non poterat, quo caſu qs excuſatur,argu.l.ſi quis in graui ff.ad Sylla.Item timebat ſibi, ne offenderetur,argu.le.1.§.ſerui quoties.ff.eod.ibi Ex eo, quod dixit,argumento ſumpto à ſpeciali. Item erat mulier, quæ id aula non eſt.arg.cit.verſi.Ex eo. Item fecit quantum potuit, ſed tamen prohibere non potuit, q̄obrem quis excuſarur,vt in ſimili habetur in cit.l,1.§.tuliſſe aūt auxilium.ff.eod. Sicut etiā excuſatur, qui, cum multi plures Cardinales offendere vellent, vni tantum Cardinali opem tulit,quoniam aliis non potuit. argu. cit.l.ſi quis in graui. §. ſi cū omnes domini. Item pœnā hāc euadunt, qui ita occluſi fuerūt, vt vincula crūpere nō poſſent, atque opem ferre,argu.cita.l. ſi quis in graui §.ſubuenitur eis.

Poſtremò, & qui eſto opem ferret, nihil tamen profecturus erat ob eorum multitudinem, q Cardinalem aggreſſi erant,atq. ſic ſenſit Bart.in ſimili in cit. l. ſi quis in graui.ff.ad Syllan.In his igitur caſib,& huiuſmodi aliis, & ad ſummam, qui delictū hoc impedire non poteſt,in excommunicationem hanc non incidit.

4 Verum quid,ſi clamādo potuit opem ferre,an in excommunicationem incidet, ſi non clamauit?Ego cenſeo in excommunicationem hunc incidere,ſi ratione hac opē ferre ſe poſſe animaduertit,& non tulit; nam hic defendere poſſe dicitur, vt p ſe patet,& vt habetur in l.1.§ potuiſſe,& §.hoc reſcriptum iūct. l.cum dominus.ff.eod.ex omnibus igitur his concludo, ſi ſine ſuæ vitę periculo ſubuenire clamando quis poteſt,ad ſubueniēdum teneri,& non ſubueniēdo, in excommunicationem hāc ipſum incidere.Non tamen, q. potuit re ipſa opē ferre excuſatur, ſi ſolum clamaret.arg.cit.l.1.§. ſi tamen.ff.ad Syllan.

5 At quid ſi quis vult interficere Cardinalem,niſi ei aliquam pecuniarum quātitatem tribuā, an tenear præſtare, vt liberem eum à morte?Gloſſ.in c.1.d.83. ait teneri quem ad liberandum à morte ob id, quod dicitur in initio eius diſtinctionis,& facit c.nō ſatis eſt.d.86.hanc opinionem

nem ſequuntur nonnulli alii, vt ait Mar. Soci. Sen. in c. ad audiẽtiam. nu. 355. q. 98. de homicid. eamque opinionem potiorem dixit, ac ſequitur; eam quoq; ipſe amplector, vbi ratione alia id prohibere non poteſt. arg. ca. paſce. d. 86. quam tamẽ ab ipſo recuperabit; alioquin mea ſententia peccabit, ob cit. c. paſce, & in excommunicationem incidet ob cita. ca. quantæ. de ſenten. excom.

6 At q.d† ſi quis ſcit quẽ in mortem Cardinalis conſpiraſſe, an in excommunicationem incidet id non patefaciens? Ego cẽſeo, vbi dolo id tacuit, in excommunicationem hanc incidere, vbi id patefacere potuit, nã hic non defendit, cum ratione hac defendere poſſit. arg. l. 1. §. potuiſſe. ff. ad Syll. nam ſi clamare q.s debet, vt ſupra diximus, ergo & hoc facere; vel igitur impediat, ſi poteſt; vel conſpirationẽ hãc patefaciat, vide de hoc Soci. in c. ad audientiam. nu. 353. qu. 97. de homicid. ita ego de iure ob cit. ca. quantæ. ſenſi; quæ opinio non modo non dubia eſt, ſed veriſſima, quam poſtea probatam reperii per Pium V. in Bulla incip. Infelicis ſeculi pericula miſerati. lata anno 1569. Decimoquart. Calen. Ianuarii, Pont. ſui anno Quarto, vbi quacunque ratione quis id nouit, vel ante, vel poſt delictum commiſſum patefacere debet; alioquin præter alias pœnas in excommunicationem incidit. Et quoniam Bulla hæc nõ paſſim habetur, ob eam rem, quo dilucidior res fiat, huc eam inſerẽdam curauimus, quæ talis eſt.

Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INfelicis ſeculi pericula miſerati, dolorem cõprimere nõ valemus, quòd nefarii homines, iuſtorũ ſanguinẽ ſitientes, ad illorum quoq; perniciẽ infeſtiore animo incũbãt; quos Spiritus Sanctus membra conſtituit præcipua Eccleſiæ Dei, q̃ ſuo ſibi ſanguine acquiſiuit. Magna igitur ratione poſt alios felicis recordationis Bonifacius Papa Octauus de fratrum ſuorũ conſilio perpetua conſtitutione ſanciuit, vt ſi quis Sanctæ Romanę Eccleſiæ Cardinalem hoſtiliter fuerit inſecutus, aut percuſſerit, aut cœperit, aut mandauerit id fieri, ſociuſq. fuerit faciẽtis, factumque ratum habuerit, ſeu dederit conſilium, fauorem, aut receptauerit, aut defenderit ſcienter eundem tanquam le-

ſæ maieſtatis reus, perpetuò ſit infamis, & pręterea diffidatus, bannitus, & inteſtabilis. Omnia eius ædificia ruinæ ꝑpetuę ſubiaceant, nullus ei debita reddere, nullus ei in iudicio reſpondere teneatur, bonis omnib. fiſco, vel reipublicæ applicatis. Item etiã feudis, beneficiis, & officiis ſpiritualibus, & temporalib. ſit ipſo iure priuatus, ſed & ipſe inſectans excommunicationis ſententiam incurrat, quam ſol⁹ Romanus Pont. excepto mortis articulo valeat relaxare. Sed nec hæc quidem conſtitutio ꝓpter abdita conſceleratorum cõſilia, omnino ſatis eſſe noſcitur ad huiuſmodi ſacrilegia amplius prohibenda. Qui enim vim alicui inferre ſibi proponunt id ſecreto, in occulto vt maximè machinãtur, veluti impium illud facinus indicat in perſonam dilecti filii noſtri Caroli tituli Sanctæ Praxedis pſbyteri Cardinalis Borromæi, Eccleſiam Mediolanenſem ſãctiſſimis inſtitutis ſtudio ſe informantis proximè attentatum. Quæ res nos grauius commouet, vehementiuſque excitat omnia exquirere, vt nobiliſſimę corporis noſtri partes vndique protegantur. Quibus enim prę ſidio erimus, quibus ſuppetias afferemus, quos denique tutabimur, ſi templi Dei baſes, ſi clariſſima Eccleſiæ lumina, ſi ſpeciales filios, qui pro animab. populorum, pro fide, pro iuſtitia, pro vnitate peruigilant, inultos deſeramus? Itaque ſanctioni ꝑdictæ de ſimili fratrum noſtrorũ conſilio adiicientes, ſtatuimus, vt quiſquis, etiam à nudo conſilio, aut ſimplici fauore, aut omnino à cæteris prædictis alienus quempiam auctorum, adminiſtrorum, vel conſciorum coniurationis, ſiue conſpirationis, aut commiſſi, committendive criminis in perſonam Cardinalis, illorumve fautorum, receptorũ, vel occultatorum, ſiue ex renunciatione ſibi protinus, vel per interpoſitam perſonã, aut litteras facta, cognouerit, ſiue ex ſcripturis, cœtu, conatu, concurſu, inſidiis, aliiſve ſignis, & ĩdiciis qualemcunque ſcientiam habuerit, vel etiam coniecerit, quive horum quicquam intellexerit, quãtumcunque res aliàs occulta ſit, quamprimum id Rom. Ponti. ſi in Curia fuerit, ſin autem ordinario loci, vel ſi Cardinalis ipſe ordinarius extiterit, ꝓpinquiori Epiſcopo, & ſi crimen nondũ commiſſum fuerit, etiã ipſi Cardinali properet reuelare. Quicũque vero etiam non ſubditus, & omnino extraneus defecerit, cuiuſcunque dignitatis fuerit, prædicto ſic excommunicationis la-

queo

queo innodatus, pariterque maieſtatis reus infamiã, & omnes pœnas prædictas eo ipſo incurrat. Eadem nihilominus conſtitutione quo ad reliquas ei' partes, ac ceteris omnibus ſanctionibus canonicis, & ciuilibus, ad talium coercionẽ editis, in ſuo robore duraturis. Porro, ſi quis ad ſanitatem reuertens, rem adhuc incognitam retexerit, omni noxa penitus liberetur. Ceterum loci ordinarius ſecretò curet caſum ad ſe delatum, prædicto Pontifici primo quoque tẽpore nunciare, & interim rẽ omnem ab ſtirpe exquirere, & ſi neceſſitas tunc poſtulet, ſeculare quoque brachiũ adhibere. Sed ne quiſquam horum ignoratione valeat excuſare, iubemus pręſentes valuis Eccleſiæ Sancti Ioãnis Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorũ de vrbe, vbi publicabuntur appendi, eiſque detractis eorum exempla eo in loco relinqui, & ea pariter ab omnibus locorũ ordinariis in ſuis Eccleſiis, locisque inſignibus promulgari. Quia vero difficile nimis eſſet ipſas præſentes, quocunque illas opus erit pferre, Volumus earum exempla ẽt impreſſa, Notarii publici manu, & Prælati Eccleſiaſtici, eiuſve curiæ ſigillo obſignata, eandem illam prorſus fidem in iudicio, & extra illud vbique gentiũ facere, quam ipſæmet præſentes facerent, ſi eſſent exhibitę, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã noſtræ adiectionis, ſtatuti, iuſſionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorũ Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſum.

Dat. Romæ Apud Sanctum Petrũ, Anno Incarnationis Dominicæ milleſſimo quingenteſimo ſexageſimonono, Quartodecimo Calen. Ianuar. Ponti. Noſtro anno Quartò. † Hæc igitur eſt Bulla, cuius antea mentionẽ fecimus: Sed de Cardinalibus ſatis, ad alios Eccleſiæ Antiſtites, de quibus in hoc Capite agitur, veniamus; ſi quid enim de Cardinalib. reliqui fuerit, illud etiam explicabimus.

Verſ. Ac Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos.

S V M M A.

1 *Offendens vno ex prædictis modis aut Patriarchas, aut Archiepiſcopos, aut Epiſcopos in excommunicationem incidit: qua excõmuni-*

*municatio, quouſque pateat, decla-
ratur.*

2 *Epiſcopus renuncians Epiſcopatũ, Epiſcopalem dignitatem nihilominus retinet, & quid ſi renunciet dignitati, ſeu ordini.*

3 *Offendens electum in Epiſcopũ an in excommunicationem incidat.*

IN hoc capite excommunicari diximus eos, qui vno ex treſdecim modis offenderent vnam ex ſex perſonis hic expreſſis, videlicet aut Cardinales, aut Patriarchas, aut Archiepiſcopos, aut Epiſcopos, aut Sedis Apoſtolicę Legatos, aut Nũcios: & de offendentibus Cardinales egimus; iam de offendentibus Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopoſque agamus; & quoniam, quinam eſſent, in initio huius Capitis poſuimus; ideo regulam de ipſis quoque more noſtro ponamus.

In excommunicationem hãc
igitur incidit,† qui Patriarchas
1 Archiepiſcopos, Epiſcopoſve
aut ĩterfecerit; aut mutilauerit, aut vulnerauerit, aut pcuſſerit, aut cęperit, aut in carcerem coniecerit, aut detinuerit, aut hoſtiliter inſecutus ſit, aut hæc facienda mandauerit, aut facta rata habuerit, aut ad hęc facienda auxilium, fauoremve pręſtiterit, vt habetur in verſi. propoſito, iunctis antecedentibus, & conſequentibus huius Capitis.

Quæ excõmunicatio afficit offendentes prædictos in omnibus caſibus, quos antea in materia de Cardinalibus poſuimus.

2 Item afficit hos offendentes†
eſtò Epiſcopus renunciauerit Epiſcopatui, & Patriarcha patriarchatui, & Archiepiſcopus Archiepiſcopatui; nã nihilominus Epiſcopalẽ dignitatem retinẽt, ac propterea & priuilegiũ. arg. c. 1. de ord. ab Epiſc. qui renunc. epiſc. & vt ibi Abb. not. nu. 2.

Tertiò locum habet vel renũciauerit dignitati, ſeu ordini; nã hic renunciat executioni, & poteſtati ordinis Epiſcopalis exercendi, vt dixit Abba. in eod. c. 1. eod. nu. 8. verſic. Quid ſi renũciauerit ſimpliciter, retinet enim ordinem, & ob id ordines ab eo collati valent, vt ſenſit Abba. ibid. nu. 3. verſi. Not. quòd in ordine, & habetur in eod. c. 1. Sed iam caſus, in quibus in excõmunicationem quis non incidit, q hos offendit, explicemus.

Primum igitur in excommunicationem hanc non incidit p̃dictos offendens in caſibus, in q bus Cardinales offendens eam pœnam euadit.

Item† vbi quis offendit ele-
3 ctum in Epiſcopum, vel prouiſum de Epiſcopatu, ſed nõdum

con-

conſecratum ſit, quod tunc Epiſcopus non eſt.arg.eorum, quæ dixit Abba.in c.tranſmiſſam. de elect. ob eam rem nec priuilegiũ hoc habet,quod Epiſcopali dignitati tributum eſt. Quare, qui ſolum eſt electus, præſentatus,confirmatus, inſtitutus,prouiſusve,etiam ſi adeptus poſſeſſionem ſit,tamē priuilegiũ hoc non habebit, antequam priuilegium hoc conſecratione conſecutus ſit,vt dixit Nauar.in Man. cap.27.nu.67.verſic. Octaua,& Martinus Alfonſus de Viual.in Candelabro.pa.2.in explanatione Bullæ Cœnæ Domini. caſ. 1.nu.88.& vid.Felin.in c. eam te,de reſcrip. & Caie.in Summ. in verb. Excommunicatio. cap. 12.verſic.ſecundus, & Tolet.in Bulla Cœnę Domini,Excõmunicatio 8.nu.3.

Non itidem Archiepiſcopus antequam conſecratus ſit, & pallium acceperit: nam ante eius traditionē non conſequitur plenitudinem Pontificalis officii, nec nomē Archiepiſcopi, vt habetur in cap. niſi ſpecialis,& ibi not.Abba num.1.& nu.3.de auctor.& vſu pal. Sed iam ad alia veniamus.

Verſ. Sediſque Apoſtolicæ legatos, vel Nuncios.

SVMMA.

1 *Offendentes Apoſtolicæ ſedis legatos, & Nuncios vno ex dictis modis in excommunicationem incidunt.*

IN hac parte referūtur duo genera perſonarum, ſcilicet Apoſtolicę Sedis Legati, &
1 Nuncii, †quos q. offendit vno ex prædictis modis, in excommunicationem hāc incidit: ſed quoniam quinā hi ſint, in initio huius capitis id expoſuimus; & quæ de aliis prædictis Eccleſiæ præſidibus dicta ſunt, & in his locum habent, ob eā rē quæ huc pertinent, illinc ſumemus, noſque ad alia interim trāſibimus.

Verſ. Aut eos à ſuis diœceſibus, territorijs, terris, ſeu dominijs eijcientes.

SVMMA.

1 *Diœceſis quid ſit.*
2 *Territorium quid ſit.*
3 *Terra in quam ſententiam hic accipiatur.*
4 *Dominium quid ſignificet.*
5 *Suum quot modis accipiatur, & in quam ſententiam quoad rem noſtram.*

In

IN hac poſtrema parte huius Capitis excommunicãtur, q eiiciunt Cardinales,Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos,ſediſque Apoſtolicæ Legatos,vel Nuncios à ſuis diœceſibus,territoriis,terris, ſeu dominiis. Verum, quo excommunicatio hæc,quouſq; pateat, dignoſcamus, præmittenda hæc ſunt. Primum,quid ſint diœceſes,q̃d territoriũ,quid terra, ſeu dominium. Deinde,ex quo excommunicantur eiicientes prædictos à territoriis ſuis, illud Suum,in quam partem accipiatur.

1 Quoad primum igitur † diœceſis apud ius Pontificium pro vniuerſitate locorum plurium, quæ ad vnũ Ep̃m ptinẽt. & ſub vno Epiſcopatu collocata ſunt, propriè ſumitur.arg.c.1.ibi. In diœceſi ſuffraganeorum,& in aliis locis ibid.de off.ord.lib.6.& in c.ſi Epiſcopus,& in c.ſequẽt. eod.ſiue loca illa eius diœceſis vnius domini temporalis, ſiue plurium ſint. Diœceſis quoq. dicitur tota prouincia,quæ ſubiecta eſt vni Archiepiſcopo, ſicut etiam prouinciæ omnes,quibus præeſt Patriarcha;etenim & totus terrarum orbis diœceſis Romani Pont.dicitur. Hic autem ſumitur pro diœceſi tã Epiſcopi tam Cardinalis, quã Archiepiſcopi,& Patriarchæ.

2 Territorium autem † eſt vniuerſitas agrorum intra fines cuiuſcunque ciuitatis: quod ab eo dictum quidam aiunt,quod magiſtrat⁹ eius loci intra eos fines terrendi,ideſt ſummouendi ius habent,vt dicitur in l. Pupillus. §.territorium.ff.de verb.ſignif. ex quib.patet latius patere diœceſim,quàm territorium; nam diœceſis plura territoria aliquãdo continet,cum territorium loci tantum loca contineat.

3 Terra verò † accipitur hic ꝓ Vrbe aliqua,vel caſtro,vel oppido,vel Villa,cum ſuo territorio.

4 Dominium denique † ſumitur pro eodem,quatenus ad rem nõſtram pertinet, & ob id dicitur in Bulla Seu dominiis, quæ dictio Seu,declarationis nota eſt; & de primo ſatis.

5 Quoad ſecundum autem † pnomen illud Suum,æquiuocum nomen eſt,vt ſenſit Bart.in l.cũ in teſtamento.ff.de aur.& argẽ. leg.& in le.Quintus.§.argento. ff.eod.& Iaſ.in le.pecunia.nu.2. ff.ſi cert.pet. Significat autẽ aliquando dominium, & proprietatem,vt habetur in l.2.ff.de relig.& ſumpt.fun. Significat etiã id,quod de facto teneo,vt dixit Bart.in Rubr.nu.5.C.de verb.ſign. Significat quoque ea, quorum quis adminiſtrationem habet,& curam,vt Epiſcopus in rebus

bus Eccleſię,vt probatur per ca 2.iunct.Gloſſ.in verb. reb. ſuis de iureiur.& ibi Felin. hoc ſenſit,& not.Abba.inc. pro illorũ, nu.2.de præben. Significat demum ea, in quibus quis iuriſdictionem habet, vt not. Abba.in cit.c.pro illorum.num. 2. verſi. Not.1.& Feder.de Sen.conſilio. 279.incip.Quædam in ſuo teſtamento,quoad rem noſtram vero pronomen hoc ſuum, accipitur pro eo loco, ĩ quo antiſtites prędicti;Cardinales ſcilicet,Patriarchæ,Archiepiſcopi,Epiſcopi,Apoſtolicæ Sedis Legati, & Nuncii iuriſdictionem ratione ſuarum dignitatum,& qua tales ſunt,habent;ſiue iuriſdictio illa ſpiritualis,temporaliſve ſit,vt Epiſcopus Imolenſis Bagnariæ, ſiue ſpiritualis,vt Epiſcopi in ſuis diœceſibus,quas habent in loca aliorum Principum, & Legati Apoſtolicæ Sedis, ac Nuntii in ſuis locis,vbi ea munera obeũt, & Patriarchæ, Archiepiſcopiq. in ſuis diœceſibus, & Cardinales in ſuis Eccleſiis titularibus; nam priuilegium hoc ob eas dignitates ipſis conceſſum eſt, & ob eam rem in iis locis tantũ priuilegio hoc fruũtur,quæ ob eas dignitates habent. His ſic præmiſſis; iam regulam ponamus,quod in ſequenti pręſtabimus.

SVMMA.

1 *Eijcientes à ſuis diæceſibus, territorijs,terris,ſeu dominijs Cardinales,Patriarchas,Archiepiſcopos,Epiſcopos,Sediſque Apoſtolicæ Legatos,vel Nuntios, in excommunicationem incidũt: quæ excommunicatio, quouſque pateat,declaratur.*

2 *Legatos eijcientes è ſuis prouincijs in excommunicationem incidũt.*

3 *Mandantes eiectionem prædictorum fieri,vel factam ratam habentes,vel ad ipſam auxiliũ, conſilium,fauoremve præſtantes, in excommunicationem incidunt.*

4 *Eijcientes à ſuis locis Cardinales, & reliquos prædictos in excommunicationem non incidunt,vbi à non ſuis locis eos eijciunt.*

Item vbi à ſuis eijciunt quidẽ, ſed ab ijs,quæ ratione dignitatum illarum non habent.

Item,vbi legitimè eos eijciunt.

I.

§. Explicatis vocibus prædictis,iam regulã ponamus.
1 †In excommunicationem hanc igitur incidunt,qui prædictos à ſuis locis eiiciunt,ſcilicet Cardinales a ſuis Eccleſijs titularibus, vel a diœceſibus, ſi Epiſcopat' habent,Patriarchas a ſuis ꝓuin
2 cijs,& à ſua diœceſi.† Apoſtoli-

cę Sedis Legatos, ac Nunçios à locis ad quæ miſſi ſunt, vt habetur in verſ. propoſito. Quare Legati è latere, quòd Cardinales ſunt, priuilegium hoc habebũt, ſi è ſuis locis eiiciantur, ad quæ deſtinati ſunt, & ſic min⁹ habẽt, vbi Cardinales tantum ſunt, qđ ſenſit Nauar. in Man. cap. 27. nu. 67. verſi. Quarta.

Quę excommunicatio afficit, etiam ſi aliàs domini non ſint in temporalibus eorum locorum; nam ſat eſt iuriſdictionem ſpiritualem in his habere, & curam; cuiuſmodi Epiſcopi ſunt; tum ꝙ prædicti iuriſdictionem huiuſmodi habẽt. arg. tot. titu. de off. ordin. tum quod Bulla nõ diſtinguit; ergo nec nos diſtinguere debemus. arg. l. de prætio. ff. de publ. in rem act.

Item afficit excommunicatio hæc, eſtò iniuſtè illa loca poſſideant quibus eiiciuntur; anteq̃ enim per iudicem ſuum ſpolientur, eiici de facto non debent. argu. c. litteris. de reſtit. ſpol.

Tertiò afficit excommunicatio hæc vel à parte loci eiiciantur, tum quòd ſatis à ſua diœceſi eiicitur, qui à parte eiicitur; tum quòd valet argumẽtum de toto ad partem. arg. l. quæ de tota. ff. de rei vend.

Quartò afficit excommunicatio hæc, vbi eiicitur etiam Epiſcopus ſuffraganeus; nam ſatis hic dicitur à ſuo loco eiici, & à ſua diœceſi, cuius cura & ad ipſum pertinet: id quod multo magis locum habet in ſuffraganeo, qui de Romani Pont. auctoritate datus eſt cum ſpe futuræ ſucceſſionis.

Quintò afficit etiam vel eiiciantur à domino loci, vel ab alio priuato, & ſic vel banniãtur, vt ita dicam, vel ſimpliciter eiiciantur; nam eiicere includit et bannum; quandoquidem generalius eſt, quam ipſum bannire, vt dixit Nauar. in Man. capi. 27. nu. 67. verſi. Septimò; & Iacob. de Graff. li. 4. decil. caſ. conſc. in Expoſitione Bullæ. nu. 102.

3 Poſtremò † excommunicatio hęc afficit eos, qui hæc faciẽda mandant, vel rata habent, vel ad id auxilium, conſilium, fauorẽve prę́ſtant, vt habetur in Bulla. Quare iudices, qui, cum nõ poſſint Epiſcopos punire ſuis iuſſis non obtemperantes, iubent eos è ſuis regnis exire, in excommunicationem hanc incidunt. Immò & lictores iuſſa exequentes, & opem ad id ferentes in pœnã hanc incidunt; vt dixit etiã Nauar. in Man. cap. 27. nu. 67. verſi. Quinta. Et ad ſummam amplificatur, vt ſuperiores regulæ, aç declaratur: iam qui pœnã hanc euadunt explicemus.

Primum

4 Primum igitur in excommunicationem hanc non incidit, q excludit eos à diœceſibus, & locis, quę ſua non ſunt; nam ex quo Bulla loquitur de eiicientibus è ſuis diœceſibus, ergo ſecus ſi ab alienis; limitata enim cauſa limitatum producit effectum. argu. l. in agris. ff. de acquir. rer. dom. & incluſio vnius alteri⁹ excluſio eſt. arg. c. non ne. de præſu. & l. cum prætor. ff. de iud. atque ſic concluſit Nauar. in Man. ca. 27. nu. 67. verſi. Quinta; ibi Iubẽtes autem exire. Quare, qui iubent eos exire à diœceſi, quę olim ſua erat, non autem modo, quoniam ei renũciauit, vel à loco alterius, in hãc excommunicationem non incidunt, eſto malefaciant.

Item in excommunicationẽ hanc non incidit, qui ipſos eiicit à ſuis quidem locis; ſed ab illis, quę ratione illarum dignitatum non habent. Quare qui eiiceret Epiſcopum à ſuo fundo, quem ratione patrimonii hẽt; qui eũdem à ſua Ciuitate ratione originis, vel domicilii, vel rõne etiam iuriſdictionis, quã habet ratione patrimonii ſui, planè in excommunicationem hic non incidet, quandoquidem ratione dignitatum priuilegium hoc habent: id quod probatur, quod non erat neceſſe ipſorum mẽtionem facere, ſi generatim ob ſuas res priuilegium hoc cõceſſum eſſet.

Tertiò in excommunicationẽ hanc non incidit, vbi quis eos ad ea loca venientes non recipiet: nam Bulla loquitur de eiicientẽ; Eiicere autem ſignificat eum expellere, qui iam receptus eſt, vt habetur apud Cicer. libro Decimoquarto Epiſtol. fam. ad Teren. ibi Eiicere nos magnum fuit, excludere facile eſt. Ex quo igitur eiicientes excommunicãtur; ergo non ii, qui veniẽtes nõ recipiunt, præſertim quòd ſum⁹ in pœnis, ac propterea ſtrictior interpretatio facienda eſt. arg. cap. odia, & c. in pœnis. de regu. iur. lib. 6. & l. interpretatione. ff. de pę. etenim & grauius eſt quẽ eiici, quàm non recipi. argu. ca. quemadmodum. de iur. iur. etenim turpius eiicitur, quàm non recipitur hoſpes, vt inquit Glo. ibi.

Poſtremò excipitur, vbi quis legitimè ipſos eiicit, vel quòd de licentia Rom. Pontificis id facit, vel quod grauè ſcandalum, & periculum Reipublicę timet, niſi eiiciatur, & Romanus Pont. conſuli non poteſt. In his igitur caſibus; ſicut etiam in aliis propoſitis in ſuperioribus regulis pœnam hanc quis effugit. His ſic explicatis, reſtat, vt dub-

Digitized by Google

tiones tres diſſoluamus; quod in ſequenti præſtabimus.

S V M M A.

1 *Bullæ Caput hoc an ſuperuacaneũ ſit ob c.ſi quis ſuadente diabolo. 17.q.4.& c.felicis.de pœ.lib.6.& Clem.1.eod.*

2 *Offendens Bullam hanc quo ad hoc caput an in excommunicationes plures incidat.*

3 *Legati è latere an abſoluere poßint ab hac excommunicatione.*

II.

Dubitationes quaſdam nobis diſſoluendas propoſuimus; iam igitur rem aggrediamur. 1 †Prima igitur talis eſt, an Bulla hęc in hoc Capite ſuperuacanea ſit; id enim tria ſuadere videntur. Primum c. ſi quis ſuadente diabolo. 17.q.4. nam ibi excommunicantur, qui violentas manus in Eccleſiaſticam perſonam iniiciunt, & excommunicationis eius abſolutio Roman. Pont. reſeruata eſt; quę & hic efficiuntur; nam offendentes perſonas Eccleſiaſt. hic nominatas in excommunicationem incidũt, & abſolutio excommunicationis Romano Ponti. reſeruata eſt; ergo & ſuperuacanea. Atq; hoc nihil eſt; tum quòd vberius proſpicit caput hoc prędictis, q̃ cit.c.ſi quis ſuadente, tum quòd caput hoc excommunicat perſequentes prædictas perſonas Eccleſiaſticas, & ſic conantes, eſto manus non iniiciant, vt ſupra vidimus, illud verò c. ſi quis ſuadẽte diabolo. ſolum afficit iniicientes manus violentas, & ſic conatus non ſufficit; tum quòd ius illud generaliter prohibet, hoc vero ſpeciatim, quod magis operatur; nam plus timeri ſolet, quod ſpecialiter iniungitur, q̃ quod generaliter imperatur, vt dicitur in cap. ſi aduerſus, de hęret. & in c. vnic. in fine. de exceſſ. prælat. lib.6. Suadere itidem videtur ſecundo loco ſuperuacaneum caput hoc eſſe ca. felicis. de pœ. li.6. nam ibi excommunicãtur, qui Cardinales offendũt, ſicut hic. Verum neque hoc quicquam facit; tum quòd canon ille excommunicat ſolum eos, qui Cardinales offendunt; Bulla vero hæc, & qui Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Apoſtolicę Sedis Legatos, & Nuntios, vt vidimus; tum quòd Bulla hęc excõmunicat etiam eos eiicientes è ſuis locis, quod non facit cit. c. felicis. Poſtremò ſuadere id videtur Clemẽ. 1. de pœn. nam ibi excommunicantur, qui offendunt Pontifices, & Epiſcopos. At neque Canõ hic obſtat,

quan-

quandoquidem Bulla hæc generalior eſt, quoniam præter Epiſcopos, comprehendit etiã Cardinales, & alios, vt vidimus: ſed de dubitatione hac ſatis, ad alteram veniamus.

2 Altera dubitatio eſt, † an in caſibus, in quibus conuenit hæc Bulla cum tribus iuribus proximè citatis, offendẽs, ĩ plures excommunicationes, in vnamve incidat. Ego in hoc ſequor, qđ diſputaui in Tractatu meo de Cenſuris. cap. 16. §. 3. num. 9. ibi ergo dubitationis huius ſolutionem videas.

3 Tertia dubitatio eſt, † an Legati è latere poſſint abſoluere ab hac excommunicatione. Qđ enim id poſſint, ſuadere id videtur, quod abſoluunt ab excõmunicatione cap. ſi quis ſuadente diabolo, vt habetur in c. trãſlationem, & in cap. excommunicati. de off. leg. & vt nos abundè id probauimus in eod. Tractatu de Cenſuris. cap. 10. §. 3. nu. 4. Tab. 1. Atqui cõtrarium ſentio, vt in his caſibus abſoluere nõ poſſint, tum quòd vt in eo caſu Legatus abſoluat, conſuetudine receptũ eſt, vt in dictis locis probatum eſt, quæ conſuetudo in caſu noſtro non probatur. argu. c. quod non ratione. de le. tum quod generale illud eſt, hoc autem ſpeciale, & præcipuum, in toto aũt iure generi per ſpeciem derogatur, vt habetur in cap. in toto. de regu. iur. lib. 6. cum ſimil. Accedit quòd derogat omnibus priuilegiis, vt habetur ĩ tertia p. c. 2. cum ſeq. immò & conſuetudinibus. Quare tollitur illa dubitatio, an Cardinalis ſeu Legatus è latere poſſit ſe offendentem abſoluere; nam ex dictis patet abſoluere non poſſe, quicquid dixerit Ioan. And. in Addi. Specu. in tit. de legato. §. nũc dicimus. verſi. Sed quæritur vtrum legatus, quem refert, ac ſequitur Alfonſ. Aluarez. in ſuo Theſauro chriſtianæ religionis in titu. de diſpenſatione Sanctiſſimorum Epiſcoporum cap. 17. nu. 8. ver. Sed hic inſurgit dubium. quorũ opinio locũ habere poſſet, vbi non eſſet Bulla: Sed de hoc Capite ſatis, ad aliud tranſeamus.

De excommunicatione lata contra offendentes eos, qui pro ſuis cauſis, ac negocijs ad Romanã Curiam confugiunt. Ca. XII.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per ſe, vel ꝑ alios ꝑſonas Eccleſiaſticas quaſcũque vel ſeculares ad Romanam Curiam ſuper eorum

rum cauſis, & negocijs recurrentes, ac illa in eadem Curia proſequentes, aut ꝓcurantes, negotiorumque geſtores, aduocatos, procũratores, & agentes; ſeu etiã Auditores, vel Iudices ſuꝑ prædictis cauſis, vel negotijs deputatos occaſione cauſarum, vel negotiorum huiuſmodi occidunt, ſeu quoquomodo percutiunt, bonis ſpoliant. Seu, qui per ſe, vel per alios directè, vel indirectè delicta huiuſmodi committere exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem præſtare non verentur, cuiuſcunque præeminẽtiæ, & dignitatis fuerint.

SVMMA.

1 *Eccleſiaſtica perſona quænã ſit.*
2 *Secularis perſona quænam ſit.*
3 *Romana Curia qui locus ſit.*
4 *Cauſa quid ſit.*
5 *Negotium quid ſit,*
6 *Recurrere quid ſit.*
7 *Proſequi cauſam quid ſit.*
8 *Procurare cauſam quid ſit.*

IN hoc Capite excõmunicãtur, q offendunt triplex genus hominũ ob cauſas, ac negotia curię, ſcilicet aut Partes, quæ cauſas, & negotia illa habent; aut eos, qui illa alterius nomine agunt; aut qui ipſorum iudices ſunt, q offendunt, inquam, vno ex tribus modis, aut occidendo, aut percutiendo, aut bonis ſpoliando. Quare de tribus in hoc capite agemus. Primò de offendentibus Partes. Deinde de offendentib. eos, qui alterius nomine hæc agunt. Tertio de offendentib. eorum iudices. Quę vt facilius abſoluantur, præmittenda nonnulla ſunt. Primum quę ſit perſona Eccleſiaſtica, & quæ ſecularis. Deinde, quę Romana curia. Tertiò, quæ ſint cauſæ, & quæ negotia. Quartò quid ſit recurrere, & quid proſequi, & quid procurare.

1 Quoad primum igitur † ſciendum eſt Eccleſiaſticam perſonã eam eſſe, quæ aut per ordinis ſuſceptionẽ, aut per religionis ab Apoſtolica ſede probatæ ingreſſum ſe Deo dicauit, vt habetur in ca. duo ſunt genera hominũ. 12.q.1. & in ca. ſi quis ſuadente diabolo. 17.q.4. ſiue igitur clerici ſint, ſiue religioſi, Eccleſiaſticæ perſonæ dicuntur, ac ſunt.

Se-

2 Secularis autem perſona† eſt illa,quæ neutrum prædictorum fecit,vt habetur in cita.cap.duo ſunt genera; etenim cognito vno ex contrariis,cognoſcitur & aliud.arg. in Inſtit.de iis, q ſunt ſui,vel alien.iur.& §. furtorum. in fine,iunct.Gloſſ.in Inſtitu. de oblig.quæ ex delict.Quare quicunque ſint,comprehenduntur, vt infra videbimus.

3 Romana Curia verò,† vt alibi declarauimus,eſt locus, vbi Romanus Pont.cum ſuis audientiis,& iudicib.moratur,ſiue Romæ ſit,ſiue alibi.

4 Cauſa verò†eſt res,quæ proponitur agēda in iudicio, vt habetur in ca.forus.§.cauſa,iunct. Gloſſ.in verb.cauſa. de verb.ſign.& not.Iaſ.in l. poſtquam liti. nume.10.verſi.Veritas eſt.C.de pac.vbi & ante,& poſt litis conteſtationem cauſam dici ait: ad ſummam ego cenſeo, quatenus ad rem noſtram ptinet hic cauſam dici,de qua lis eſt.

5 Negotium autē † dicitur aliquādo iurgium litis, vt habetur in cit.cap.forus,& multa alia ſignificat.argu.tot. tit. ff.de neg. geſt. Quoad rem noſtram autē negotia hic accipi cenſeo pro cauſis quibuſcunque,quæ habētur coram iudicibus in curia ſine lite, vt procuratio beneficii, abſolutionis,diſpēſationis à voto,& ab irregularitate, & id generis;nam omnia, quæ habētur in Curia, duplicis generis ſunt, aut lites,quas intelligo,vbi quis aduerſarios habet, aut huiuſmodi negotia prædicta, in quib.aduerſarios quis non habet.

6 Recurrere autem†nil aliud ſignificat,quam cōfugere, & ire, quod verbum ob id vſurpatur celeritatem ſignificans, quo ſignificetur eorum celeritas, qui lites habent,quamprimū eas expediendi. Et hoc recurrere contingere poteſt vel appellando, vel cauſam inchoando.

7 Proſequi vero†ſignificat iam cauſam cæptā agere; dictū eſt enim verbū hoc à Pro,& Sequor, quaſi aliquem ante euntem ſeq.

8 Procurare demum†ſignificat rem parare,ad ſummā hiſce verbis ſignificatur aut litē inchoare,aut inchoatam proſequi.His ſic præmiſſis, iam regulam primam ponamus,quod in ſeq. præſtabimus.

SVMMA.

1 Occidentes eum,qui ad Romanam Curiam pro ſuis cauſis, & negotijs vadit,in excommunicationē incidunt: qua excommunicatio, quouſque pateat,declaratur.

2 Occidentes iudæos,& alios infideles pro ſuis cauſis,& negotijs ad Ro-

Romanam Curiam euntes, in excommunicationem incidunt.

8 *Occidentes ad Romanam Curiam euntes pro ſuis negotijs quando in excommunicationem non incidunt.*

1.

SVocibus dictis explicatis: iam regulam de more ponamus.

1 †In excommunicationē hanc igitur primò incidunt, qui aliquem ad Romanam Curiam pro ſuis cauſis, & negotiis occaſione dictarum cauſarum, & negotiorum occidunt, vt habetur in Bulla, & facit c. quoniam. de immunit. Eccl. lib. 6. quæ regula multis modis declaratur. Id qđ fit ob defenſionem Sedis Apoſtolicę & libertatis Eccl. ita Tolet. in Bulla Cœnæ Domini excommunicatio. 9. nu. 1.

Nam primò locum habet, quicunque ſint, qui occidant ob dictionem illam omnes, quæ nemi nem excludit. arg. l. Iulianus. ff. de leg. 3. & c. ſi Romanorum. d. 19. Siue igitur iuriſdictionē habeant, ſiue non habeant, ſiue viri ſint, ſiue mulieres, ſiue laici, ſiue clerici; ſiue liberi, ſiue ſerui, in excommunicationem hãc incidunt. Item ſiue in dignitate conſtituti, vt Imperatores, Reges, Duces, Marchiones, & alii inferiores iudices, cũ ob dictionem illam propoſitam, tum ob verba illa in fine huius Capitis propoſita Cuiuſcũque præeminentiæ, & dignitatis. Et quoniã clauſula illa in fine poſita eſt, ob eam rem ad antecedētia omnia refertur. arg. c. ſecundo reqris. & ibi DD. not. de appell. & l. talis ſcriptum, in fine. ff. de lega. 1. Ad ſummam ergo, ſiue reus cōuentus actorem interficiat, ſiue actor reum, ſiue tertius alterum ipſorum, vel vtrunque, in excōmunicationem hanc incidet, atque ſic ſenſit etiam Rebuff. in Prax. benefi. in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini. art. 9. in ver. Recurrentes, ibi. Et ſic comprænenduntur.

Item locum habet, ſiue ꝑ ſe, ſiue per alios prædictos occidãt ob verba illa Per ſe, vel ꝑ alios. Siue ergo ipſemet qs eos interficiat; ſiue per alios, vt pote aut id alicui mandans, aut iubēs, aut præcipiens, pœnam hanc non euadet. At quid de ratum habente? Ego cenſeo hunc in excommunicationem hanc non incidere, tum quod vbi Bulla & ratum habentes cōprehendere voluit, id expreſſit, vt in antecedenti capite vidimus; tum quòd per rati habitionem mandatũ id fuiſſe fingitur; at, ex quo ſumus in pœnis, fictionē hanc admittere non debemus. arg. c. in pœnis. de regu.

gu.iur.lib.6.& l.interpretatione ff.de pœn. Quid autem iuris ſit, ſi mandans mandatum reuocauerit, in antecedenti capite id quoque tradidimus.

Tertiò locum habet, ſiue directè, ſiue indirectè eos interficiāt ob verba illa Directè, vel indirectè. Quid ſit autem directè interficere per ſe patet; nā eſt, vbi quis immediatè quem interficit. Indirectè verò, vbi qs illud operatur, quod deinde eſt cauſa, vt occidatur, exempli gratia dolo malo quis ſuaſit ad curiam recurrenti, vt tranſiret per viā, in qua ſciebat exules eſſe vel inimicos, qui eum eſſent interfecturi, vel equum, in quo infidebat, in flumē incitauit, quāmobrem obrutus eſt, & id generis.

Quartò locum habet, vbi Eccleſiaſticas perſonas occidunt, quæcunque ſint, ob verba illa Perſonas Eccleſiaſticas quaſcūque; dictio enim illa. Quaſcunq. neminem excludit. arg. c. ſolitæ. in fine. de maior. & obed. Siue clericus igitur ſit, ſiue religios⁹, ſiue in dignitate poſitus, ſiue priuatus nihil intereſt; nam ipſum occidēs in excommunicationē hanc incidet. Immò & in aliam, & ſic in duplicem, in alterā, qa quis interficit recurrentem ad Romanam Curiam per hoc caput; in alteram, quia Eccleſiaſtica perſona eſt, ob ca. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4.

Quintò locum habet, quæcūque ſecularis perſona ſit, quæ occiditur, ob verba illa Vel ſeculares iuncta dictione illa. Quaſcunque. Quare in excommuni- 2
cationem hanc incidet non ſolum, qui chriſtianum interficit, verū etiam, & qui non chriſtianum, ſiue iudæus, ſiue infidelis alius pro ſuis negotiis ad Curiā vadat, modo venire illo poſſit; tum quod neminem ſecularem excipit Bulla, tum quòd fauor hic Romanæ Curię eſt, non autem perſonarum. Quamobrem etiam ſit, vt in excommunicationem incidat, vel quis interficiat excommunicatos, ſuſpenſos, interdictos, vel etiam hæreticos (modo ad Curiam veniant, quo ſuas cauſas agant, & à delicto hæreſis ſe expurgent, abſolutionemve conſequantur.) Item & exules, modo illuc ire poſſint, vt pote publica fide habita, id eſt Saluo condotto.

Sextò locum habet, vbicunque Romana Curia ſit, vel Romæ, vel alibi, & apud quoſcunq. iudices res agatur, modo Curię iudices ſint.

Septimò locum habet, vel interficiāt eos, qui pro ſuis cauſis ad Romanam Curiam recurrūt, vel inchoādis, vel proſequēdis,

Vel pro ſuis negociis aliis quibuſcunque, ob verba illa Super eorum cauſis, & negotiis. Vel igitur ſpirituales cauſę ſint, vel non ſpirituales, vel criminales, vel ciuiles nihil intereſt; nã Bulla non diſtinguit, ergo nec nos diſtinguere debemus. arg. l. de ꝑtio. ff. de publ. in rem act.

Octauò locum habet, vel hos interficiant ſtatim atque iter ad Curiam ſuſceperũt, & ſic ſtatim atque domo pedem poſuerunt, ob verbum illud Recurrentes, quod ſignificat actum præſentẽ, & ſucceſſiuum; ſtatim enim atq. quis domo aggreſſus eſt, ad Curiam hic recurrere dicitur, non enim ii, qui in Curia iam ſunt, ꝑ illud verbum ſignificantur, quãdoquidem de ipſis ſpeciatim, & proximè ibi agitur. Ac illa in eadem Curia proſequentes, ergo de iis intelligitur, qui iam in itinere ſunt, alioquin verbũ illud Recurrẽtes, ſuperuacaneũ eſſet, contra ca. ſi Papa. de priuilegi. lib. 6.

Nonò locum habet, ad quemcumque iudicem confugiatur; nam Bulla non diſtinguit de iudice Curiæ, ſed ſat eſt, vt ad Curiam recurrat.

Decimò locum habet, vel occidãt nomine ſuo, vel alieno ob illa Committere, exequi; nam Committere per ſe nomine ſuo, exequi ab alio mandatum.

Vndecimò vel procurent, id eſt ordinent homicidium faciendum, ob verbum illud vel ꝓcurare, quod ſignificat antea curare.

Duodecimò locum habet etiam in eo, qui ad hęc facienda aut auxilium, aut conſilium, aut fauorem præſtat, ob verſic. Aut iiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem præſtare non verẽtur. Quid ſit autem auxilium ferre, conſilium, fauorẽve præſtare in antecedenti Capite diximus. In omnibus igitur his caſibus occidens in excommunicationem hanc incidet. Quacunque ratione autẽ occidat, vt pote vel ferro, vel veneno, vel laqueo, nihil intereſt.

Poſtremò locũ habet vel ad curiam confugiens de territorio Eccleſiaſtico ſit, vel de alieno; nam Bulla ſimpliciter loquitur; pręterea Romana Curia omnium refugium eſt.

Excipiuntur tamen nonnulli, qui pœnam hanc euadunt.

3 Primùm igitur † in excommunicationem hanc non incidũt; qui iure id faciunt, vt exempli gratia ſe defendendo; quandoq; dem quocunque iure defenſio licita eſt. l. vt vim. ff. de iuſtit. & iur. & c. dilecto. de ſent. excom. & Clem. 1. de homicid. Idem cẽ

ſeo

ſeo de interficiente bannitum, qui ad Curiam ire non poteſt, & de aliis huiuſmodi caſibus.

Secundo loco in excommunicationem hanc non incidunt, q̃ ad Curias aliorum Principũ ꝑ ſuis negotiis recurrentes interficiunt; nam priuilegium hoc hi tantum habent, qui ad Romanã Curiam recurrũt, vt habetur in verſi. Ad Romanam Curiam; ergo non alii, qui ad alias Curias recurrunt. arg. l. cum prætor. ff. de iud. & c. non ne. de præſump. & §. quod alicui, in Inſtit. de iur. nat. gent. & Ciuil.

Tertiò excipitur, vbi interficiunt eos, qui pro aliis rebus ad Curiam eunt, vt pote animi gratia; nam Bulla excommunicat ſolum eos, qui pro cauſis, & negotiis ſuis agendis ad Curiã recurrentes occidunt, cuiuſmodi tales non ſunt: ex quo igitur Bullę verba eis non conueniũt; nec diſpoſitio conuenire debet. arg. l. 4. §. toties. ff. de damn. in fect.

Quartò in excommuuicationem hanc non incidunt, q̃ eos recurrẽtes ad Romanam Curiã interficiunt non occaſione cauſarum, vel negotiorũ huiuſmodi, ſed ob alias cauſas, vt pote vel ob inimicitias aliũde ortas, aut quo illum ſpolient, & huiuſmodi; nam Bulla ſolum excommunicat eos, q̃ occaſione dictarum cauſarum, vel negotiorum huiuſmodi occidunt, ergo alias ſecus; etenim limitata cauſa limitatum producit effectum. argu. l. in agris. ff. de acqui. rer. domin. atque ſic dixit Martinus Alfonſus de Viuald. in Cãdelabro. pa. 2. in explanatione Bullæ Cœnæ Domini. caſ. 12. num. 92. & Iacob. de Graff. libro. 4. deciſ. caſ. conſc. in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini. nu. 104. & Tol. eod. Excommunicatio. 9. numero 9.

Quintò in excommunicationem hanc non incidũt, qui eos interficiunt, qui per litteras negotia ſua agunt, vt pote mittendo ſua conſilia, & id generis; nã hi ad Curiam non recurrunt, & ſic verba ipſis non conueniunt: ergo nec diſpoſitio.

Sextò, vbi interficiunt eum, qui in Curia Romana habitans cauſas, ac negotia ſua proſequitur; nam priuilegium hoc cõceſſum iis eſt, qui extra Curiam habitant, & ad ipſam confugiunt, vt probatur ex verbo illo Recurrentes.

Septimò, vbi recurreret in caſu, in quo non poſſet; nam vbi iure id non facit, eum offendentes in excommunicationem hanc non incidunt, vt ſenſit Rebuff. in Prax. benefi. in expoſitione Bullæ Cœnę Domini. arti. 9. in ver.

Recurrẽtes, ibi. In eadem Curia proſequentes, quod eſt not. dura tamen opinio hæc mihi videtur, & ideo non amplexanda.

Poſtremò excipiuntur hi, qui ad homicidium cõmittendũ auxilium, fauorem, conſiliumve p̃ſtiterunt, ſed deinceps homicidium ſecutum nõ eſt; nam ſicut non incidunt conantes ipſum interficere, ſi non interficiũt; quãdoquidem Bulla requirit in hoc caſu, vt homicidiũ interueniat, ita nec qui conſilium, fauorem, auxiliumve præſtiterunt: ſed de prima hac regula ſatis; ad aliam tranſeamus.

Verſ. Seu quoquomodo percutiunt.

S V M M A

1 Percutere quid ſit.

2 Percutere quot modis contingat.

3 Percutiens recurrentes ad Romanam Curiam pro ſuis cauſis, & negotijs in excommunicationem incidit; quæ excommunicatio quouſque pateat, declaratur.

4 Infamans verbis, ſcriptove confugientes ad Romanam Curiam in excommunicationẽ non incidit.

IN hac parte refertur alia cã, quamobrem in excommunicationem incidunt, qui ad Curiam Romanã pro ſuis negotiis recurrentes offendũt; quæ eſt, vbi prędictos percutiũt: quã excommunicationem, vt dilucidiorem habeamus, præmittẽdũ eſt, quid ſit percutere, & quot modis quem percutere contingat.

1 Quoad primum igitur † Percutere nil aliud ſignificat, quã aliquem valde ferire; dicitur enim à Per, quod valde ſignificat & quatio, q, in c. mutato, & abiecta, a, quod ſignificat ferio, vt habetur in Dictionario in verb. Percutio, & de hoc Primo ſatis.

2 Quoad ſecundum † quot modis ſcilicet contingat quem p̃cuti; breuiter ſciendum eſt duobus modis id cõtingere. Primò, vbi quis ſimpliciter quẽ verberat, vel pugnis, vel fuſte, vel calcibus, ratione ve alia id facit. Deinde, vbi quis etiam vulnerat; nam & hic ſine dubitatione percutit, vt per ſe patet. At quid ſi quis mutilet, an percutere hic dicetur? Ego cenſeo & hunc p̃cutere dici poſſe; nam percutere vti genus quoddã eſt quod cõprehendit percuſſionem ſimplicem, & percuſſionem, quę vulnus infert, & ob id etiam mutilationem. His ſic præmiſſis, iam regulam ponamus.

3 In excommunicationem hac igitur incidunt quoque, † q recurrentes

currẽtes ad Romanam Curiã ꝑ ſuis negotiis,& cauſis earum occaſione percutiunt, vt habetur in verſi.propoſito.

Quę excommunicatio amplificatur,& declaratur, vt ſuperiores regulę,ac propterea,ne actū agamus,quæ huc pertinent, illinc ſumamus.

Item amplificatur,vt locū habeat,quacunque ratione percutiãt vel fuſte,vel pugnis, vel calcibus,vel armis, rationeve alia ob eandem rationem.

Item vel vulnus inferant, vel mutilent,ob verbum illud quoquomodo,quod generale eſt,& ob id generaliter eſt intelligendum.argu.l.1.§.& generaliter.
4 ff.de leg.prę ſtan.†Non igitur q verbis, ſcriptove infamauerit, verè,falſove, in pœnam hanc incidet; nam hoc non dicit Bulla, ergo nec nos; atq. ſic dixit quoque Martinus Alfonſus de Viu. in Candelabro.p.2.in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini, caſ. 12.nu.91.Atqui de his hactenꝰ, ad alia veniamus.

Verſ. Bonis ſpoliant.

SVMMA.

1 *Spoliantes bonis confugiẽtes ad Romanam Curiam pro ſuis negotÿs, & cauſis, in excommunicationẽ incidunt, ſi earum cauſarũ, ac negotiorum cauſa id faciãt: quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Fures ſpoliantes eos, qui ad Romanam Curiam confugiunt pro ſuis cauſis in excommunicationem nõ incidunt, ſicut nec ii qui auferũt ipſis aliquid pro eo, quod ipſis debetur.*

HIC refertur alia cauſa, quãobrem in excommunicationem incidunt, qui offendunt recurrentes ad Romanam Curiam pro ſuis negotiis, & cauſis earum cauſarũ, ac negotiorum gratia, & occaſione: quæ eſt, vbi eos bonis ſpoliãt. Et quoniam quid ſit ſpoliare, & quot modis contingat quẽ ſpoliari, & quibus rebus ſpoliari quem poſſe diximus Capite Nono in verſi. Spoliant, ob eam rẽ his omiſſis, quoad rem noſtram dicimus, Spoliare hic intelligi, vbi quis iniuſtè ſuis rebus mobilibus, vel immobilib. ſpoliat. Hoc pręmiſſo, iam regulam ponamus.

In excommunicationem hãc
1 quoque igitur incidunt,†qui recurrẽtes ad Romanam Curiam pro ſuis cauſis, ac negotiis eorũ occaſione ſuis bonis ſpoliant, vt habetur

habetur in verſi.propoſito.

Quæ excommunicatio eiſdẽ modis amplificatur,& coarctatur,quibus ſuperiores iã dictæ.

Item afficit non ſolum eos, q̃ prædictis bonis ſpoliant,quę ſecum ferunt,verum etiam & quę domi relinquunt; nam Bulla nõ diſtinguit, ergo nec nos diſtinguere debemus.argu.l. de p̃tio. ff.de publi.in rem act. Præterea ob id hoc fit,ne auertantur,quo minus ad Curiam recurrant; q̃ ratio & in bonis, quæ domi relinquunt,locum habet, ergo & diſpoſitio.argu.l.illud.ff.ad leg. Aquil.& c.cum dilecta.de confirm.vtil.vel inutil.Facit poſtremò extrauag.diuina de priuile. vbi Ordinarii excommunicantur,ſi ſuorum ſubditorum, qui pro ſuis negotiis Romam eunt, 1 Eccleſiaſtica beneficia aliis cõferant. Quare ſi iudex à quo ad Romanam Curiam appellatum eſt,ſpoliat bonis, quæ domi relinquit, ipſum appellantem, in excommunicationem hanc incidet.

Excipiuntur tamẽ caſus oẽs, quos in antecedentibus regulis excepimus. Si ergo non occaſione dictarum cauſarum, negotiorumve quis prędictos ſpoliet,in excommnnicationem hanc nõ

2 incidet.†Quare fures, latroneſve ob id immunes ab hac pęna erunt,multo magis, qui furarentur eis,eo quod ab ipſis ſuũ conſequi nõ poteſt, vel quod nõ poteſt probare,vel quod nõ audet ob eorum potentiam in ius ipſũ vocare; modò tamen iure debitum ſit,& certum, & alias recuperare nequeat, & non accipiat vltra debitum, ita dixit Martin. Alfonſus de Viuald.in candelabro in explanatione Bullæ Cœnæ Domini caſ. 12.num. 93.Sed de his hactenus, ad alia veniamus.

Verſ. Ac illa in eadem Curia proſequentes, aut procurantes.

S V M M A.

1 *Offendens vno ex dictis modis eos, qui ad Romanam Curiã pro ſuis negotijs confugerunt,dum in Curia ea proſequuntur, aut procurant,ac demum,vbi à Curia diſcedunt,in excommunicationem incidunt.*

IN hac poſtrema parte huius primæ partis†excommunicantur, qui offendunt 1 aut occidẽdo, aut p̃cutiendo,aut ſuis bonis ſpoliando eos,qui ad Romanam Curiã pro eorum cauſis,ac negotiis recurrerunt

currerunt occaſione earum cau ſarum, & negotiorum, dum illa in eadem Curia proſequuntur, aut procurant, vt habetur in ver ſi. propoſito. Et quoniam quid ſit occidere, percutere, & ſpoliare antea vidimus; ob eam rem ꝗ quæ ſupra diximus, dum recurrunt ad Curiam, locum habent, & dum in Curia ſunt; ob eam rem ne actum agamus, quæ huc ꝑtinent, illinc ſumemus, ſiue occidantur, ſiue percutiantur, ſiue bonis ſpoliantur.

Illud vnũ quæri poteſt, an priuilegium hoc habeant, vbi à Curia recedunt, & ad domos ſuas redeunt; nam hoc prętermiſſum eſt in hoc capite. Ego tamen cẽſeo, & tunc priuilegium hoc ipſos habere; tum quòd in ſimili expreſſum id habemus in Capite 9. in verſic. Recedentes, ergo idem & hic; vna enim lex aliam declarat. argu. l. non eſt nouum, cum ſequen. ff. de leg. tum quòd ſecuritate publica de ueniendo ad aliquem locum alicui data, ꝙ vulgo dicitur Saluo condotto, & de recedendo data eſſe exiſtimatur, vt id pluribus probauit Felin. in cap. fin. nu. 1. cum multis ſeq. de tregu. & pac. tum qđ beneficium hoc Summi Principis eſt, & in fauorem Romanæ Curię tributum, ergo latiſſimè interpr ætandum. argu. l. beneficium. ff. de conſtit. princ. tum denique quòd auctor Bullę, ſi de hoc interrogatus fuiſſet, an vellet hos tale priuilegium habere quouſque domum perueniſſent, ſine dubitatione id conceſſurũ eſſe veriſſimile eſt. arg. eius, qđ dixit Gloſſ. communiter recept. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. tum quòd ſi contrarium diceremus, non ſatis prouiſum eſſet recurrentibus ad Romanam Curiam. Ex omnibus igitur his cõcludo, & in recedendo, ſicut etiã in ueniendo priuilegium hoc ipſos habere, vt quod operatur ꝓpoſitum in propoſito, operetur oppoſitum in oppoſito. arg. l. fi. §. fin. ff. de leg. 3. ita ego cenſeo ſaluo ſemper Sanctę Romanæ Eccleſiæ iudicio. Sed de primaria parte huius Capitis hactenꝰ, ad alteram veniamus.

Verſ. Negotiorumque geſtores, Aduocatos, Procuratores, & agentes.

SVMMA.

1 *Negotiorum geſtor quinam ſit.*
2 *Aduocati quinam ſint.*
3 *Procurator quiſnam ſit.*
4 *Offendentes negotiorum geſtores, aduocatos, procuratores, actores eorum, qui pro ſuis cauſis ad Curiam*

riam confugerunt earum cauſarũ gratia, in excommunicationẽ incidunt: quæ excõmunicatio, quouſque pateat, declaratur.

IN hac ſecunda parte excommunicantur, qui aut interficiunt, aut percutiunt, aut bonis ſpoliant negotiorũ geſtores, aduocatos, procuratores, & agentes, qui curam gerunt cauſarum, vel negociorum eorũ, q ad Curiam pro ſuis cauſis, & negotiis recurrerunt, vbi occaſione earum cauſarum, ac negotiorum eiſdem modis offendũt, vt habetur in verſi. & in ſequentibus verbis Bullę. Et quoniam, quando occidentes, percutientes, nec non bonis ſpoliantes in excommunicationem hanc incidunt, non inciduntve, in antecedenti parte poſuimus; & quæ ibi diximus, & hic locum habẽt, ob eam rem nomina hæc hic tantũ explicabimus.

1 Negotiorum geſtores igitur† ii proprie ſunt, qui ſine mãdato domini rem eius, ac negotiũ, ne pereat, agunt, & eius curam gerunt. arg. tot. tit. ff. de neg. geſt. quoad rem noſtram autem eos hic negociorum geſtores accipio, qui aliena negotia extra litem curant, vt pote curando vel vt quis penſionem, benefi ium-què conſequatur, vel diſpẽſationem, vel abſolutionem, & id generis; in quibus non neceſſariò requiritur mandatum, in quorum numero pragmaticum et accipio, ſeu ſolicitatorem negotiorum, vel litium.

2 Aduocati vero† ſunt ii, q apud eum, qui iuriſdictioni præeſt, qd in iure ſit, oſtendũt, vt habetur in l. 1. §. poſtulare. ff. de poſtulã. & facit l. 1. §. aduocatos. ff. de vari. & extraord. cogn.

3 Procurator autẽ † ad liteſ eſt is, qui mandatum habet ad litẽ mouendam, iudiciumque exercendum. arg. extra. de procur. & procuratoris nomine accipio et Syndicum, qui vniuerſitatis procurator eſt, vt habetur in titu. extra. de Syndico.

Actor autem & ipſe procuratoris perſonam ſuſtinet, ſed ab eo conſtituitur, qui adhuc more cauſæ dominus non eſt. Quare quod tutor, curator, ac Syndicus ante litem conteſtatam litis domini non ſunt, atque idcirco procuratorem conſtituere nequeunt ob l. 1. ff. de procura. hi actorem conſtituunt, vt habetur in l. neque tutores, & ibi Gloſſ. ac DD. C. de procur.

4 Has perſonas ergo, † qui vno ex tribus modis offenderit, vt pote, vel occiderit, vel percuſſerit, vel bonis ſpoliauerit occaſio-

ne negotiorum,ac cauſarũ,quas gerũt eorum, qui ad Romanam Curiam recurrerunt, in excommunicationẽ hanc incidet. Quare aduocati, qui reſident in Romana Curia, ſicut etiã procuratores,& ſolicitatores,& alii negotiorum huiuſmodi geſtores priuilegium hoc habebunt,quã diu horum cauſas agunt. Excipiuntur tamẽ caſus omnes,quos in antecedentibus regulis excepimus.

Item excipitur, vbi aliũde venirent prædictę perſonæ;nam in itinere priuilegium hoc non habebunt; quãdoquidem ipſis partibus tantum priuilegiũ hoc cõceſſum eſt,vt vidimus ſupra, ergo alii ipſo non fruentur; incluſio enim vnius alterius excluſio eſt. arg.l.cum prętor.ff.de iudi. & c.non ne.de pręſumpt. & limitata cauſa limitatum producit effectum.arg.l.in agris.ff.de acqui.rer.domin. Contraria tamẽ opinio verior videtur, vt & hi ſpeciatim venientes pro aliqua cauſa hoc priuilegio fruantur, ſecus ſi generatĩ,vt aduocati munere fungantur; nam in itinere priuilegio non fruentur, ſecus autem vbi in Curia erunt,& venientium cauſas ſuſceperint.

Poſtremò excipitur,vbi extra Curiã aduocati munus alterius obirent,vt conſilium dando ; nã hi hoc priuilegium non habebunt,ex quo his conceditur;qui in Curia hæc agunt;vt in antecedenti verſi.habetur. Et de hac itidem parte ſatis ; ad poſtremã veniamus.

Verſ. Seu etiam Auditores, vel iudices ſuper prædictis cauſis,vel negotijs deputatos.

S V M M A.

1 *Auditor quiſnam ſit.*

2 *Iudex quiſnam ſit.*

3 *Offendentes vno ex dictis modis Auditores,iudicesve eorum,qui pro ſuis cauſis ad Curiam confugerunt earum cauſarum gratia, in excommunicationem incidunt: qua excommunicatio,quouſque pateat,declaratur.*

In hac poſtrema parte excommunicantur ; qui vno ex trib. modis offendunt eos Auditores, vel Iudices,quibus cauſa cognoſcenda, definiendave,aut negotium cognoſcendum, definiendumve commiſſum eſt eorum , qui pro ipſis cauſis, ac negotiis ad Romanam Curiam recurrerunt occaſione earum cauſarũ. Et quo-

niam in eiſdem caſibus tales offendentes excommunicantur, in quibus excommunicari eoſdem in aliis ſuperioribus partibus huius capitis diximus, ob eã rem declarationem huius illinc ſumamus; hic vero breuiter q̃d Auditores, Iudicesve ſint, explicemus.

1 Auditor igitur † quatenus ad rem noſtram pertinet; primo ille dicitur, cui cauſa cognoſcẽda commiſſa eſt, ſed non definienda, vt ſenſit Ancharan. in Clem. Auditor. nu. 5. verſi. Quintò no. de reſcript. nam ibi ait; eum, cui eſt commiſſa audientiæ cauſa, poſſe ferre ſententiam, vbi ſpeciatim hoc ei conceſſum eſt, ergo alias ſecus, vbi non eſt cõceſſum. Et Auditor hic datur & à Principe ſeculari, & à Romano Pontifice, de quo auditore hic agitur, cuius officium ex forma ipſi tradita cognoſcitur vt dixit Zabar. in ead. Clem. num. 6. q. 2. verſi. Sed officium parti, vbi & quot genera auditorũ Romanæ Curię ſint, declarat. Auditor etiam Cameræ quoque eſt, qui hodie magnam poteſtatem habet.

2 Iudex vero eſt is, † qui cauſam aut iure ordinario, aut delegato cognoſcit, ac definit. arg. tot. titu. ff. de off. ordin. & de off. delegat.

3 His ſic pręmiſſis † pro regula habebimus in excommunicatiõnem eos incidere, qui hos auditores, aut iudices vel interfecerint, vel percuſſerint, vel ſuis bonis ob prædictas cauſas ſpoliauerint.

Quæ excommunicatio eos etiam afficere ſentio, q̃ extra Curiam prædictos datos dictis modis offenderint; nam Bulla non diſtinguit, vbi ſint, ergo nec nos diſtinguere debemus, & Romanus Pontifex extra Curiam huiuſmodi cauſas committere ſæpè ſolet. Sed de hoc capite ſatis, ad aliud veniamus.

De excommunicatione lata contra appellantes à decretis Iudicum Romanæ Curiæ ad Curias ſeculares, ac iudices, & contra impedientes decreta eorundem iudicum Romanæ Curiæ. Cap. XIII.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes tam Eccleſiaſticos, quàm ſeculares cuiuſcunque dignitatis, qui prætexentes friuolam quandam appellationem, a grauamine, vel futura executione litterarũ apoſto

ſtolicarum etiam in forma Breuis tam gratiam, quàm iuſtitiam concernentium. Nec non citationum, inhibitionum, ſequeſtrorũ, monitoriorũ, proceſſuũ, executorialium, & aliorum decretorum à nobis, & à Sede p̃dicta, ſeu Legatis, Nuncijs, Præſidentibus Palatij noſtri, & Cameræ Apoſtolicæ, Auditoribus, Commiſſarijs, alijſque Iudicibus, & delegatis Apoſtolicis emanatorum: & quæ pro tẽpore emanauerint, aut aliàs, ad curias ſeculares, & laicã poteſtatem recurrunt. Et ab ea (inſtante etiam Fiſci procuratore, vel aduocato) appellationes huiuſmodi admitti, ac litteras, citationes, inhibitiones, ſequeſtra monitoria, & alia prædicta capi, & retineri faciunt. Quive illa ſimpliciter, vel ſine eorum beneplacito, & conſenſu, vel examine executioni demandari, Aut ne tabelliones, & notarij ſup huiuſmodi litterarum, & p̃ceſſuum executione inſtrumenta, vel acta conficere; aut confecta parti, cuius intereſt, tradere debeant, impediunt, vel prohibent. Ac etiam partes, ſeu eorũ agentes, notarios, executores, & ſubexecutores litterarũ, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerãt, carcerant, detinent, ex ciuitatibus, locis, & regnis eijciunt, bonis ſpoliant, perterrefaciunt, concutiunt, comminantur per ſe, vel alium, ſeu alios publicè, vel occultè. Qui ve aliàs quibuſcunque perſonis in genere, vel in ſpecie, ne pro quibuſuis eorum negotijs proſequendis, ſeu gratijs, vel litteris impetrandis ad Romanam Curiam accedãt, aut recurſum habeant, Seu gratias ipſas, vel litteras à dicta ſede impetrẽt; ſeu impetratis vtantur directè, vel indirectè prohibere, ſtatuere, ſeu

mandare, vel eas apud ſe, aut notarios, ſeu tabelliones, vel aliàs quomodolibet retinere præſumunt.

SVMMA.

1 *Citatio quid ſit, & quotuplex.*
2 *Inhibitio quid ſit.*
3 *Sequeſter, et Sequeſtrum quid ſint.*
4 *Monitorium quid ſit.*
5 *Decretum quid ſit.*

CAput hoc diuiditur in tres primarias partes: quarum ſecunda incipit ibi. Quive illa ſimpliciter. Tertia ibi. Quive alias; de quibus ſingulis agendum nobis eſt, & prius de prima; in qua excommunicantur, qui per appellationem, rationemve aliam ob ea, quæ emanant ab apoſtolica ſede, eiuſve iudicibus, ad curias ſeculares, laicamque poteſtatem confugiunt. Et prædicta recipi à laica poteſtate, prohiberique faciunt: quam rem vt dilucidiorem habeamus, præmittenda hæc ſunt. Primum, quid ſit Citatio. Deinde, quid inhibitio. Tertiò, quid Sequeſtrum. Quartò, quid Monitorium. Quintò, quid Proceſſus executorialis. Sextò quid Decretum.

1 Quoad primum igitur † Citatio nil aliud eſt, quā vocatio alicuius ad iudicem experiundi iuris cauſa facta, vt probatur per l.1.& ibi not.ff.de in ius voc.& hæc Citatio verbalis citatio dicitur, quæ duobus modis fit; primò per nuntium; item & per epiſtolam, ſeu præceptum, quod paſſim ſeruatur; item fit per dicta poſita in loco publico, quæ quidem citatio neque ſemper, neque à quocūque fieri poteſt, vt habetur in Clem.1.& ibi no. Zaba.de iud.& de iure ciuili habetur in §.omnem in auth.de litigioſis, & Iaſ.in l.2.ff.de iuriſd. omn.iud. Alia verò eſt citatio, quæ dicitur Realis, quæ eſt quā do iudex perſonam aliquam capiēdam curat, & citatio hæc nil aliud eſt, quàm curare, vt perſonæ capiantur, vt tradidit Iaſ. in cit.l.2.in principio. Quoad rem noſtram autem vtranque citationem comprehendi cenſeo; tū quòd Bulla non diſtinguit; tum quòd plurium numero vtitur; dum inquit Citationum; tum quòd eadem ratio in vtraque eſt.

2 Inhibitio autem † eſt prohibitio, ſeu interdictio facta ab habēte maiorem poteſtatem iudici, vel parti, ſeu alicui, ne quid faciat, cęptumve proſequatur ad iuriſdictionem, & iura, & ad pacem præſertim conſeruandam.

Et fit aut ab homine, aut à lege, vt declarauit id Quint. Mandoſ. in Tractatu ſuo de Inhibit. q. 1 & 2. Quoad rem noſtram verò hic ſolùm agitur de inhibitionibus factis ab homine, & ſic à Iudice, ſcilicet vel à Romano Pontifice, vel à ſuis Iudicibus, qui habentur, ac nominantur in hoc Capite.

3 Sequeſter verò dicitur iſta pud quem plures eandem rē, de qua controuerſia eſt, depoſuerunt, vt habetur in le. ſequeſter. ff. de verb. ſign. & l. licet. ff. depoſit. & inquit hoc Gloſſ. in c. examinata. de iudi. Quoad rem noſtram accipitur pro re depoſita, ac ſequeſtrata. Et quoniam ſequeſtratio duplex eſt, alia voluntaria, alia neceſſaria; & voluntaria ſequeſtratio illa dicitur, quæ de partium conſenſu fit; neceſſaria verò illa, quę à iudice etiam nō conſentientibus partibus, quamobrē neceſſaria etiam dicta eſt, & quatuor modis fit, vt declarauit optimè Abba. in ca. dilectus. nū. 1 r. cum multis ſeq. de ſequeſtr. poſſ. hic accipitur pro ſequeſtratione neceſſaria, & idcirco pro ea, quæ fit iudicis auctoritate, & non cum ſuis iudicis, ſed eorum tantum, qui in hoc capite numerantur.

4 Monitorium autem eſt præceptum factū ſine cauſæ cognitione à iudice, ideſt de eius auctoritate alicui, vt aliquid faciat ſub pœna cum clauſula, ſi ſenſeris te grauatum, vt tradidit Quint. Mandoſ. in Tractatu ſuo de Monitor. q. 2.

5 Decretum autem vario modo accipitur, vt inquiunt Bart. Iaſo. ac DD. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de off. Proconſu. & legat. ſignificat enim aliquādo ſententiam definitiuam, aliquādo interlocutoriam, aliquando quicquid ordinatur à ſuperiore, & quicquid fit à iudice cū cauſæ cognitione; propriè tamē ſignificat deliberatā commiſſionem iudicis factam cum cauſæ cognitione cōtra ordinationē, & abſolutionem, vt dixit Iaſ. ibidem nu. 1. verſi. Propriè tamen, & ſtrictè. Quoad rem noſtrā verò, & propriè, & impropriè ſumi cenſeo, & ſic pro quacunque re ordinata à dictis iudicibus, præter prædicta ſpeciatim nominata; nam poſteaquam ſpeciatim citationum, inhibitionū, ſequeſtrorum, monitoriorum, proceſſuum executorialium mentionē fecit, quo & alia, ſi qua eſſent à prędictis, comprehenderet verba ea, Et aliorum decretorum, a licet, quo ipſis reliqua omnia à prædictis ſpeciatim nominatis comprehenderet, quod fieri ſolet.

Pro-

Proceſſus autem executoriales ſunt proceſſus, vbi de exequẽdo aliquid mandatur. His ſic pręmiſſis, iam rem aggrediamur. Et quoniam de tribus agitur in hac parte, ob eam rem tres regulas ponamus: id quod in ſequenti p̄ſtabimus.

SVMMA.

1 *Recurrentes appellantesve à decretis iudicum Romanæ Curiæ ad laicos iudices, & curias, in excommunicationem incidunt: quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Recurrentes, appellãteſve à decretis iudicum Romanæ Curiæ quãdo in excommunicationem non incidant.*

1.

§. Tres regulas de materia p̄miſſa ponendas nobis propoſuimus, iam igitur primã ponamus, † In excommunicationẽ
1 hanc igitur incidunt primò, qui ab onere, vel futura executione litterarum apoſtolicarum etiã in forma Breuis tam gratiã, quã iuſtitiam cõcernentium, necnõ citationum, & aliorum pręd
ictorum à Romano Pontifice, & à Sede Apoſtolica, ſeu Legatis, Nũtiis, Pręſidentibus Palatii Romani Pontificis, & Cameræ Apoſtolicę Auditoribus, Commiſſariis, aliiſq; Iudicibus, & de legatis Apoſtolicis emanatorum ad curias ſeculares, & laicam poteſtatem recurrunt, vt habetur in initio Capitis. Quę excommuni-
2 catio multos afficit.

Nam primò, afficit ipſos recurrẽtes quoſcunque, ob dictionem illam Omnes, quæ dictio neminem excludit. argu. l. Iulianus. ff. de leg. 3. quamobrem cõprehenduntur tam Eccleſiaſtici, quàm Seculares, quod & expreſſum habetur in Bulla in eo verſi. Tam Eccleſiaſticos, quàm ſeculares. Item, cuiuſcunque dignitatis ſint, compræhendit; ſiue igitur Patriarchę, ſiue Cardinales, ſiue Archiepiſcopi, ſiue alii iferiores clerici ſint, ſiue Rex, ſiue Dux, ſiue Marchio, ſimplex ve laicus, pœnam hanc non euadent ob verba illa Cuiuſcũque dignitatis; dictio enim illa Cuiuſcunque, omnes cõprehendit, vt habetur in ca. ſolitę. in fin. de maior. & obed. & not. Iaſ. in le. ſi mihi, & Titio. §. ſtipulatus. nu. 2. de verb. oblig. & in l. quodcũque. ff. eod. Item comprehendũtur tam ii, qui ſunt de territorio Eccleſiæ, quàm alii, qui ſunt de alterius territorio; nã Bulla ſimpliciter, & indiſtinctè loquitur; ergo ſimpliciter, & indiſtinctè intelligi debet, arg. l. de prætio. ff. de

ff.de publ.in rem act.Nec ergo Galli,Hiſpani, alteriuſve generis homines in hoc Bullam hãc offendentes pœnam hanc euadunt.

Secundo loco reſpectu modi excommunicatio hæc afficit; nã ſiue per appellationem, ſiue p ſupplicationem, rationemve aliam ad ſeculares prædictos cõfugiãt, in excommunicationem hanc incident, ob verſi. Qui prætendentes quandam friuolam appellationem.iunct. verſi. Aut aliàs ad curias ſeculares; nã aduerbium illud. Aliàs, ideſt alio modo ſignificat ab appellatione,vt pote aut ſupplicando, aut iudicis officium implorando.

Tertiò amplificatur habito reſpectu ad id,vnde onus ſe ſentire inquiunt, vel igitur confugiant ob executionem futuram litterarum apoſtolicarum quarumcunque, vel ob citationes, vel inhibitiones, vel ſequeſtra, vel monitoria,vel ob proceſſus executoriales,vel ob alia decreta,ſemper in excommunicationem incident,ob verſi.A grauamine.&c.

Quartò amplificatur reſpectu habito ad eum, à quo prædicta emanarunt;vel igitur à Roman. Pontifice,vel à Collegio Cardinalium ſede vacante, vel à ſucceſſore huius Romani Põtificis prædictæ litterę,citationes, & reliqua alia emanauerint,cõfugiẽtes in excommunicationem incident,ob verba illa A Nobis, quod ſignificat auctorem huius Bullæ.Et à Sede Apoſtolica, q ſignificat ſucceſſorem, vel Collegium Cardinalium. Item ſi à Legatis emanauerint.Item ſi à Nuntiis.Item ſi vel à Præſidentibus Palatii Romani Pontificis. Item à Cameræ Apoſtolicæ Auditoribus,Commiſſariis, aliiſq; Iudicibus,& delegatis Apoſtolicis,vt habetur in verſic.Seu Legatis,& cæt.Ex quibus patet nõ ſolum comprehendi iudices Apoſtolicos, qui in Romana Curia morantur, verum etiam & q extra Curiam,vt Legati, & Nũcii.arg.titu.de off.leg.Item Comiſſarii,Iudiceſque alii Apoſtolici delegati:idque iure merito; nam derogatur auctoritati Sedis Apoſtolicæ, quę ſuprema eſt.argu.c. cuncta per mundum. q.93. ex quo ab inferioribus ſua decreta impediri volunt, quod iniquum eſt.

Quintò loc͡ habet reſpectu cauſę,de qua agitur.Siue igitur cauſæ Eccleſiaſticæ ſint,ſiue pfanę,ad iudices laicos,ſeculareſque curias confugere non poſſunt; nam Bulla non diſtinguit, ergo nec nos.arg.l.de prætio.ff. de publ.in rem act.

Sextò

Sextò locum habet reſpectu habito ad eum, ad quem confugitur; vel igitur ad Curiã Principum, vel ad alium iudicem laicum confugiant, nihil intereſt; nam in excommunicationẽ nihilominus incident, ob verba illa: Ad curias ſeculares, & laicã poteſtatem recurrunt.

Septimò locum habet, eſto prædicta impediri faciant inſtãte procuratore, vel aduocato fiſci. & appellationem etiã admitti, vt habetur in verſic. Et ab ea, inſtante etiam fiſci procuratore appellationes huiuſmodi admitti, ac litteras, citationes, inhibitiones, ſequeſtra, monitoria, & alia prædicta capi, & retineri faciunt.

Poſtremò locum habet, etiã ſi iudices, ad quos confugiunt, alias Eccleſiæ iudices ſint, cuiuſmodi ſunt Gubernatores Ciuitatum; nam ipſi habẽt poteſtatem laicam, & ob id ad ipſam confugere ob prædicta nequeunt. Hi omnes ergo in excõmunicationem incident; iam, qui pœnam hanc euadant, explicemus.

Primum igitur in excommunicationem hanc non incidit,† qui probabili inſcitia ductus id faceret, vt pote ſi eſſet ruſticus. arg. c. apoſtolicæ. de cle. excom. min. & c. fin. de conſtit. lib. 6.

Secũdò, vbi quis appellat ab aliis iudicibus Eccleſiaſticis à ꝑ dictis; qui ergo ab Epiſcopis, ab eorumve Vicariis ad iudices laicos appellat, in excõmunicationem hanc non incidet; ex quo enim de iudicibus iam dictis agit Bulla, ergo ſecus de aliis; nam incluſio vnius, alterius excluſio eſt. arg. c. non ne, de præſump. & l. cum pretor. ff. de iudic. multo minus ergo qui à laicis iudicib. ad laicos iudices alios appellat.

Tertiò in excommunicationem hanc non incidit, vbi quis appellaret, ſeu confugeret ad iudicem Eccleſiaſticũ; nã ex quo excommunicantur pro prædictis cauſis appellantes ad iudicẽ ſecularem, ergo ſecus ſi ad iudicem Eccleſiaſticum; limitata. n. cauſa limitatum producit effectum. arg. l. in agris. ff. de acqui. rer. domin. Quæ diximus de cõfugientibus, eadem ſentim' de iis, qui faciũt eas appellationes admitti; & prædicta impediri, & hæc erunt pro aliis duabus regulis, quas hic ponẽdas antea nobis ꝑ opoſuimus. Sed de prima huius capitis parte ſatis; iã alteram aggrediamur.

Verſ. Quive illa ſimpliciter, vel ſine eorum beneplacito & conſenſu, vel examine executioni demãdari. Aut ne

ne tabelliones, & notarij ſuper huiuſmodi litterarum, & proceſſuum executione inſtrumenta, vel acta conficere; aut confecta parti, cuius intereſt, tradere debeãt, impediunt, vel prohibent. Ac etiam partes, ſeu eorum agentes, notarios, executores, & ſubexecutores litterarum, citationum, monitoriorũ, vel aliorum prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent; ex ciuitatibus, locis, & regnis eijciũt, bonis ſpoliant, perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur p ſe, vel alium, ſeu alios publicè, vel occultè.

S V M M A.

1 *Impedientes, ne executioni mandentur decreta à iudicibus Romanæ Curiæ in excommunicationẽ incidunt: quæ excommunicatio declaratur, quouſque pateat.*

2 *Principes, qui nolũt in ſuis Regnis clericos beneficiorum, quæ ab Apoſtolica Sede habuerunt, poſſeſſionem recipere, in excommunicationem incidunt.*

3 *Impedientes, ne decreta iudicum Romanæ Curiæ executioni mandentur, quando in excommunicationem non incidant,*

IN hac parte de trib. agitur, & tria hominum genera excommunicantur. Quare ob id tres regulas ponamus.

In excommunicationem hãc
1 igitur incidunt, †qui, ne prædicta executioni mãdentur, impediunt, vt habetur in verſic. Quiue illa. Quare, ſi quis, ne citatio fiat, monitoriave, & alia prædicta impediat, in excommunicationem hanc incidet.

Quæ excommunicatio declaratur, vt locum habeat, quicunque ſit, q hæc impedit, & ſic vel iudex ſecularis, vel Eccleſiaſticus, vel propria auctoritate, vel prædictorum, & ſic vel priuata, vel publica auctoritate, vt aſſeruit Nauar. in Man. cap. 27. num. 68. verſi. Quinta, & ſequitur Viuald. in Candelabro, in expoſitione Bullę Cœnæ Domini. ca. 13. num. 95. & quodcunque ſit, quod impeditur, vt ex eo verſic. patet.

Item excommunicatio hæc afficit eos, qui ſimpliciter impediunt, id eſt, qui nulla ratione volunt prædicta executioni mãdari, ſed omnino impediunt, aduer

Digitized by Google

bium enim illud ſimpliciter(qđ idem ſignificat,quod ſine plica, vt dixit Gloſſ.in Clemẽ.ſæpe in verb.ſimpliciter.de verb.ſign.& indiſtinctè,vt id pluribus tradidit Iaſo.in l.1.§.ſi quis ſimpliciter.num.8.ff.de verb.obliga.)oſtendit,atque ſignificat hos omnino impedire.

Tertiò afficit excommunicatio hęc eos,qui non ſimpliciter, ſed ſecundum quid impediũt,vt pote ſi permittere nolunt, vt pdicta executioni mandentur, niſi aut eorum beneplacitum, & conſenſus intercedat, aut examen,ideſt niſi ipſi ſuum conſenſum prius tribuerint, & beneplacitum, vel prædicta examinauerint,ſcilicet litteras illas,citationes,& reliqua,vt habetur in verſic.Vel ſine eorum beneplacito,
2 & conſenſu,vel examine.† Quare Principes, qui nolunt in ſuis locis clericos, qui beneficium à Sede Apoſtolica obtinuerunt, poſſeſſionem eius accipere,& ingredi, niſi ſuum beneplacitum habeant,& conſenſum, in excõmunicationem hanc incidunt, quod eſt not. ſicut & notauit id Felin.pluribus,in c.Eccleſia Sanctæ Marię.nu.123.verſic.Vndecimò quęro.de conſti.

Quartò excõmunicatio hæc afficit vel ſimpliciter, & apertè prædicta impediant,vt pote p-hibẽdo expreſſe, ne citationes, monitoria,ſequeſtrave fiant, aliave prędicta executioni mandentur, vel ratione alia impediant, vt exempli gratia non pmittendo executores in ſua territoria ingredi, vel à quoquam recipi.arg.c.fin.de immunit.Eccl.lib.6.vt habetur in verſic.Impediunt,vel prohibent; nã verbum prohibere ſignificat aperte reſiſtere,&vetare, verbum aũt Impedire,ſignificat ratione alia quacunque morari.

Quintò excõmunicatio hæc afficit etiam eos,qui de mãdato alterius id faciunt, vt pote Dux mandat ſuis magiſtratibus, ne admittant clericos ad poſſeſſionem beneficiorum accipiẽdam in ſuis locis, ſi enim ipſis in hoc paruerint, in excommunicationem hanc incident;non enim in hoc parere ei tenẽtur; & mãdás igitur,& mandatarius in excommunicationem incident. Immò quod ratihabitio mandato comparatur,vt dicitur in c.ratihabitionem.de regu.iur.lib.6.ſi quis ratam habuerit impeditionem hanc factam nomine ſuo ab aliquo,in excommunicationẽ hãc incidet.arg.c.cum quis.de ſent.excom.eod.lib.atque ſic reſpondit conſultus Nauarr.in conſili.37.de ſent.excom.lib.5.vbi & in vtroq.foro locũ id habere ait.

Póſtre

Poſtremò afficit excommunicatio etiã eos, qui priuati homines ſunt,& ſic de facto impediunt,vt pote quis beneficiũ habuit à Romano Põtifice, & litteris expeditis vult poſſeſſionem accipere; homines verò eius loci id prohibent,& nolunt; nam in excommunicationem hãc & ipſi incident; ſi enim non excuſantur,qui iuriſdictionem in locis illis habent, multo minus q̃ priuati ſunt.arg.auth.multo magis.C.de ſacroſanct.Eccl.atque ſic ſenſit Nauar.& Viuald.in citatis locis,etenim & Bulla ſimpliciter loquitur,& hoc notandum eſt; quoniam ſæpius parochiani in huiuſmodi caſibus repugnare ſolẽt. Sed iam eos,qui pœnam hanc euadunt, explicemus.

Primum igitur in excommunicationem hanc quis non incidit in illis caſib⁹, quos in antecedenti regula poſuimus.

Item excommunicationem hanc euadit,qui de licentia Romani Pontificis id facit, vel eorum,qui hoc cõcedendi facultatem habent.arg.ca. qui peccat. 23.q.4.qua ratione fortaſſe excuſari Principes poſſunt id facientes. Sed de regula hac ſatis, ad aliam veniamus.

In excommunicationẽ hanc quoque incidunt,qui impediũt, prohibentve,ne tabelliones, & notarii de his inſtrumẽta faciãt, vel acta,vt habetur in verſi.Aut ne tabelliones. Quę regula declarat vt ſuperior. Tabelliones autem, & notarii ſunt publici ſcribę.

Item in excommunicationẽ hanc incidunt;qui cõfecta de ipſis,aut inſtrumenta,aut acta ꝓhibent,impediuntve, ne parti tradantur,cuius interſunt,vt habetur in verſi.Aut confecta parti,cuius intereſt, tradere; quę regula,vt ſuperiores, declarat. Sed iam tertiam partem aggrediamur.

In excommunicationem hãc etiã incidunt,qui offendunt partes(vel actor,vel reus ſit)qui ꝓdicta ſcilicet monitoria,citationes,decreta, & alia prędicta facienda curarunt, vt habetur in verſi.Ac etiam partes. Quę excommunicatio afficit, quacunque ratione ex decem illis propoſitis offendunt,ſcilicet Vel capiant,vel percutiant, vel vulnerent,vel in carcerem coniiciãt, vel detineant, vel ex ciuitatib. locis,& regnis eiiciãt,vel bonis ſpolient(quæcunque bona ſint, vel mobilia,vel immobilia)vel perterrefaciant; quod ego intelligo,modo terror grauis ſit, vel concutiant,id eſt nomine magiſtratus metum inferant,quò pe-

cuniam ab illis extorqueant, vt pote afferēdo ſe iudices eſſe, vel mandatum à iudice habere eos capiendi, quo pecuniam extorqueant; hoc eſt enim concutere, vt habetur in l. 1. & 2. ff. de concuſ. Vel eis minentur ſcilicet verbis grauibus; nam minæ verbis fiunt, perterrefactio autē factis. Quacunque ratione igitur hos offendant, in excommunicationem hanc incidunt, vt habetur in verſi. Capiunt.

Quæ excommunicatio afficit quicunque ſint, qui hęc agunt, ſicut in antecedentibus vidim⁹.

Item vel per ſe, vel per alios. Tertiò publicè, vel occultè, vt habetur in verſicu. Per ſe, vel alium.

Quartò vel in ſuis terris, vel in alienis hoc agant; ſimpliciter enim Bulla loquitur, ergo ſimpliciter intelligi debet. arg. l. de pretio. ff. de publ. in rem act.

Poſtremò vel auctoritate priuata, vel publica laica, vel Eccleſiaſtica hęc faciant, vt aſſeruit Nauar. in Man. c. 2. nu. 68. verſi. Quinta, & ſequitur Viuald. in Candelabro, in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini. capit. 13. nu. 95. quamuis de perſonis publicis, & aliàs iuriſdictionem habētibus in primis hic agatur mea ſententia.

Excipitur tamen, vbi ob aliā cauſam dictis modis prædictos offenderent, vt pote ob inimicitias ipſos interficiendo, vel ob auaritias ipſos ſpoliando, vel ob metum peſtilentiæ eos à locis ſuis eiiciendo; nam Bulla ipſos excōmunicat, vbi eos offendūt, ob prædicta ſcilicet, vel citationes, vel monitoria, & alia prædicta; ergo aliàs ſecus; actus enim agentis non operatur contra intentionem. arg. l. non omnis ff. ſi cert pet. & incluſio vnius alteri⁹ excluſio eſt. argu. l. cum prætor. ff. de iud. & c non ne. de ꝑſump. atque ſic dixit Tolet. in Bulla Cœnæ Domini, excommunicatio. 9. num. 4. verſic. Et intelligitur ratione dictarum.

Hæc autem; quæ diximus de offendentibus partes, reum, ſcilicet, & actorem, locum habent in offendentibus eadem ratione ob eaſdem cauſas dictarum partium procuratores, item notarios, vel executores, vel ſubexecutores litterarum Apoſtolicarum, & aliorum, quę dicta ſunt, vt habetur in verſic. Seu eorum agentes. Sed iam poſtremā partem huius Capitis aggrediamur.

Verſ. Quive aliàs quibuſcunque perſonis in genere, vel in ſpecie, ne pro quibuſuis

eorum

eorum negotijs proſequendis, ſeu gratijs, vel litteris, impetrandis ad Romanam Curiam accedãt, aut recurſum habeãt. Seu gratias ipſas, vel litteras à dicta Sede impetrent. Seu impetratis vtantur; directè, vel indirectè prohibere, ſtatuere, ſeu mandare. Vel eas apud ſe, aut notarios, ſeu tabelliones, vel alias quomodolibet retinere præſumunt.

S V M M A.

1 *Prohibentes, ne quis ad Romanam Curiã accedat pro ſuis negotijs, in excommunicationem incidũt: quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Impediẽtes, ne quis gratias, vel litteras à Sede Apoſtolica impetret, in excommunicationem incidũt: quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur.*

3 *Impediẽtes, ne quis impetratis gratijs, litteriſve à Sede Apoſtolica vtatur, in excommunicationem incidunt.*

4 *Retinentes prædictas gratias, litteraſve impetratas à Sede Apoſtolica in excommunicationem incidunt.*

IN hac parte, q̃ quatuor partes habet, quatuor regulæ cõformandæ ſunt; quarum prima hæc eſt.

1 In excommunicationẽ hanc quoque incidunt,† qui audent prohibere, ne quis ad Romanam Curiam accedat, vel recurſum habeat, vt aliàs habetur in verſ. Quive aliàs.

Quę excommunicatio declaratur, vt locum habeat, quicunque ſit, qui hoc præſumit, vt habetur ex initio huius Capitis, & ob relatiuum illud Quive; nam generaliter intelligi debet, ex quo indeterminatè Bulla loquitur. arg. le. 1. §. & generaliter. ff. de leg. pręſtan. quare perſonæ Eccleſiaſticę, laicęve ſint, iuriſdictionem aliàs habentes, Bullam in hoc offendẽtes, in excommunicationem hanc incident, nam de perſonis publicis offendentibus Bullam in hoc capite in primis agitur: atque ſic aſſeruit Nauar. in Man. cap. 27. nu. 68. verſi. Quinta.

Item afficit excommunicatio hæc, vel generatim, vel ſpeciatĩ hoc prohibendo. Generatim ſi iudex eſt, vel proclama faciẽdo, ſeu per edictum generale vetando, ne quis ad Romanam Curiã pro re vlla accedat, vel ſtatutũ faciendo eadem ratione; his enim modis in genere quis prohibetur.

betur.arg.c.à nobis.1.de ſentē. excom.in antiq.& c.fin.de conſtit.lib.6.vel generatim prohibendo,ne quis alios iudices adeat pro quacunque cauſa. Speciatim verò mandando huic,vel illi, ne ad curiam accedat , vel ſimpliciter; declarant hæc verba illa In genere,vel in ſpecie; ſũctis verbis illis Prohibere , ſtatuere,ſeu mandare præſumunt; nam primum ad edictum pertinet,alterum ad ſtatutum, quib. generatim quis prohibetur. argu.c.1.& c.fin.de conſtit.& l.leges,iuncta.l.legis virtus.ff. de l. tertium verò,vbi ſpeciatim mandatur.

Tertiò afficit excommunicatio hæc , pro quibuſcunque negotiis proſequendis, ſeu gratiis litteriſve impetrandis ad Romanam Curiā quem accedere q̃s prohibeat,ob verſic. Nec pro qui buſuis eorum negotiis proſequendis,ſeu gratiis, vel litteris impetrandis. Quare qui,vel vt beneficiũ,penſionem,magiſtratumve aliquem conſequatur; q̃ vt abſolutionem à cēſuris;diſpēſationem aut à voto,aut ab irregularitate, aut ad matrimoniũ cōtrahendum à cognatione habeat,ob aliãve cauſam, vt pote vt penſiones ſibi remittātur, vel vt ad litem iudex ſibi detur , pro aliiſve huiuſmodi negotiis, & cauſis ad Romanam Curiam accedere vult,hunc impediens in excommunicationem hanc incidet:qui ergo opus aliquod, vt pote librum Romano Pontifici dicatum dono dare vult,& idcirco ad Curiam accedere, eadem ratione impediri non poteſt.

Quartò excōmunicatio hæc afficit impedientem; vel ſponte, & nullo cogente ad Romanam Curiam euntem,ratione ve qua piam coactum impediat; ſpōte, vt ſi eat,quò gratiam aliquā cōſequatur,vt beneficium, vel penſionem; contra voluntatem verò, vbi exempli gratia à iudice iniuria ipſi illata eſt; declarant hoc verba illa Accedant,aut recurſum habeant;nam verbum illud Accedant, ſignificat ſponte euntes;Recurſum habeant,ſignificat vbi moleſtia aliqua,& iniuria affecti ſunt,& ob id ad Curiā confugiant.

Quintò excōmunicatio hæc afficit directè,vel indirectè impedientes.Directè, prohibēdo, & mandando ſimpliciter, ne ad Romanam Curiam accedant.In directè,vt pote vel curando ,vt in loco lis ei moueatur aliqua, vel iubendo,vt aliquid agat, q̃obrem ad Curiam accedere nō poſſit.arg.c.fin.de immunit.Eccl.lib.6.& hoc ob verba illa Directè,vel indirectè.

Po-

Poſtremò excommunicatio hæc afficit hos impedientes, qui cunque ſint, qui impediũtur ob verba illa Quibuſcunque perſonis. Quare vel ſint ſui ſubditi, vel nõ ſubditi, in excommunicationem hanc incidet ipſos impediens.

Excipitur tamen, vt in excõmunicationem hanc non incidat, qui ob iuſtam cauſam id faceret, & non dolo malo, vt exẽpli gratia Princeps edictum facit, ne quis ad Curiam Romanã accedat, quoniam ibi peſtilentiam adeſſe ſcitur, ac dicitur; ſi ergo ob id, ne rediens Ciuitatẽ ſuam eo morbo inficiat, prohibet, ne illuc eat, quòd dolo malo id non facit; quem dolũ Bulla requirit ob illud verbum Pręſumunt, in excommunicationẽ hanc non incidet. Si itẽ retineatur, quoniam Princeps eius opera plurimum eget ob periculũ graue, quod ciuitati imminet, ob eandem rationem & hic pęnam euadit.

Poſtremò excommunicationem hanc quis euadit, qui ob alias cauſas à prædictis ad Curiam euntem impediret: limitata enim cauſa limitatum producit effectum. arg. l. in agris. ff. de acquir. rer. domin. vt pote ſi iret eius Curiæ viſendi gratia; nam ad Curiam accedere, quod ad rem noſtram pertinet, ille dicitur, qui eo ꝓficiſcitur, vt aliqd, quod ordinis, aut iuriſdictionis ſit, conſequatur, ſicut ſupra alibi diximus. Et de hac prima regula ſatis.

2 Altera regula hæc eſt. † In excommunicationem hanc quoque incidunt, qui eadem ratione præſumunt impedire, ne quis gratias ipſas, vel litteras à dicta Sede ĩpetret, vt habetur in ver. Seu gratias ipſas.

Quæ excommunicatio eiſdẽ modis, quibus proxima declaratur. Quare qui aut odio, aut inuidia, ne quid tale impetretur, ꝓhibet, in excommunicationem hanc incidet, eſto priuata perſona ſit: iam ad tertiam regulam veniamus.

3 In excommunicationem hãc quoque incidunt, † qui eiſdẽ modis impediũt, ne impetratis gratiis, litteriſve vtantur, vt habetur in verſi. Seu impetratis vtantur. Quare ſi Epiſcopus admittere ad ordines Spurium nollet, ꝗ diſpenſationem à Sede Apoſtotica impetrauit, in excommunicationem hanc incidet; modo aliud non adſit, quod ipſum inhabilem reddat. In eandem pœnã incidet, ſi beneficium primũ vacans in ſua diœceſi ab aliquo impetratum ei non conferat: vel certum à Romano Põtifice collatum

latum vbi eſt, in poſſeſſionē eius mittere nolit, vel gratiam alicui factam admittere renuat. Epiſcopi ergo, & alij iudices cauti in his ſint: & de hac regula ſatis; iam poſtremam aggrediamur.

In excommunicationem hāc
4 demum incidūt, † qui præſumūt retinere prędictas gratias, litteraſve īpetratas aut apud ſe, aut apud publicos ſcribas ſeu tabelliones, ſeu alios, vt habetur in verſic. Vel eas apud ſe, vel notarios. Sed de hoc capite ſatis, ad aliud tranſeamus.

De excommunicatione lata contra auocātes cauſas ſpirituales, eiſque annexas à Iudicibus Romanæ Curiæ, & impedientes quacunque ratione earum curſum, necnon litterarum Apoſtolicarum executionem. Cap. XIV.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos, qui per ſe, vel alios auctoritate propria, ac de facto, quarumcunque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & litterarum Apoſtolicarum prætextu, beneficiales, ac decimarū, ac alias cauſas ſpirituales, & ſpiritualib. annexas ab Auditoribus, & Comiſſariis noſtris, alijſque Iudicibus Eccleſiaſticis auocant; illarumve curſum, & audientiam, ac perſonas, capitula, conuentus, collegia, cauſas ipſas proſequi volentes impediunt; ac ſe ad illarum cognitionem tanquam iudices interponunt. Quive partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt, ad reuocandum, & reuocari faciēdum citationes, vel inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas; & ad faciendum, vel conſentiendū eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à cenſuris, & pœnis in illis contētis abſolui per ſtatutum, vel aliàs compellunt. Vel executionem litterarum Apoſtolicarum, ſeu executorialium proceſſuum, decretorum prædictorum quomodolibet impediunt; vel ſuū

ad

ad id fauorem, conſiliũ, aut aſſenſum præſtant, etiam p̄ textu violentiæ prohibẽdę, vel aliarum prætẽſionum, ſeu etiam donec ipſi ad nos informandos, vt dicũt, ſupplicauerint, aut ſupplicari fecerint, niſi ſupplicationes huiuſmodi coram nobis, & Sede Apoſtolica legitimè proſequãtur, etiam ſi talia committentes fuerint Præſidentes Cancellariarum, Conſiliorum, Parlamentorum, Cancellarij, Vicecancellarij, Conſiliarij, Ordinarij, vel extraordinarij quorumcunque principum ſecularium, etiam ſi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacunque præfulgeant dignitate; aut Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Commendatarij, ſeu Vicarij fuerint.

SVMMA.

1 *Spirituales cauſæ quænam ſint.*
2 *Spirituales cauſæ annexæ quænam ſint.*

CAput hoc in tres partes diuiditur quarum ſecunda incipit ibi, qui ve partes. Tertia ibi; Vel executionem. Et quoniam in hoc capite agitur de cauſis ſpiritualibus, eiſve annexis, ob eam rem cauſæ ſpirituales quę nam ſint, necnon ipſis annexę explicemus.

1 Cauſę ſpirituales igitur † ſunt cauſę, quæ coram Iudice Eccleſiaſtico tractari debent. Hæc autem ſunt primò cauſæ ſacramẽtorum omnium; nam ipſæ à iudicibus Eccleſiaſticis tractari debent, vt de matrimonio aſſerit Trid. Synod. cano. 12. ſeſſ. 24. & Viu. in ſua Sylua, opin. 1057. numer. 3. Item cauſæ decimarum, necnon beneficiorum, vt habetur in Bulla, & ob id ius conferendi ea, & ad ipſa eligendi, p̄ſentandi, inſtituendique, vt declarauit Nauar. in Rubr. de iudi. num. 29. & num. 30. & facit Clemen. diſpẽdioſam. de iudi. Item cenſuræ Eccleſiaſticæ; nam cauſę ſpirituales ſunt earum rerum, quæ aut diuinitus, & ſupernaturaliter à Chriſto Domino inſtituta ſunt, vt ſacramenta, aut ab Eccleſia poteſtate ipſi diuinitus tradita, vel ordinis, vel iuriſdictionis ſint. Quare, ſiue cauſæ ſint, quę ad ordines ſpectent, ſiue, quæ ad iuriſdictionem Eccle

ſiaſticam,ſpirituales cauſæ dicũtur,vt ſenſit Nauar.ibid.& Abba.in c.ac ſi clerici. de iud. nume.20.

2 Annexa verò † ſpiritualibus ſunt cauſę iur. patronatus, vt aſſeruit Abba. in Rubi. de iud.nu. 4.verſi. An autem ſit dare iudicium mixtum, & in c.quantum, not.1.eod. & ſequitur eum ibi Felin.vbi hoc diſputauit. Hoc p̃miſſo iam rem ipſam aggrediamur. Et quoniam prima pars huius Capitis tria dicta primaria continet,ob eam rem tres regulas ponemus: id quod in ſeq. prę ſtabimus.

SVMMA.

1 Auocantes cauſas ſpirituales,eiſve annexas à Iudicibus Romanæ Curiæ in excommunicationem incidunt: quæ excommunicatio, quouſque pateat,declaratur.

I.

§. Tres regulas de materia ꝓpoſita ponendas nobis ꝓpoſuimus;iam ergo primam ponamus. In excommunicationẽ

1 hanc igitur incidunt primò,† q̃ auocant cauſas ſpirituales eisve annexas ab Auditoribus, & Iudicibus Eccleſiaſticis Romanæ Curiæ, vt habetur in initio huius Capitis.

Quæ excõmunicatio quoſcũque afficit,qui eas cauſas auocãt ob dictiones illas Omnes,& ſingulos, quæ dictiones neminem excludunt.argu.l. Iulianus.ff.de leg.3.Quare vel ſint perſonę Eccleſiaſticæ,vt Archiepiſcopi,Epiſcopi,Abbates,Commendatarii,ſeu Vicarij, vel ſeculares, vt Præſidentes Cancellariorum, Conſiliorum, Parlamentorum; vel Cancellarii, Vicecãcellarii, Cõſiliarii,Ordinarii;uel Extraordinarii quorumcunque Principum ſecularium, vel Imperator,Rex,Dux ſit,aliave dignitate prę fulgeat,& ad ſummam, q̃ auctoritatem quaſi habeant id faciunt,& publicę perſonę ſunt; nam de his agi potiſſimum hic videtur, in excommunicationẽ hanc incident,ſi huiuſmodi cauſas,vt diximus,auocauerint, vt habetur in fine huius Capitis. ver.Etiã ſi talia cõmittentes; nã clauſula in fine poſita refertur ad omnia antecedentia.argu.c. ſecundo.de appell.& ibi not.

Item afficit excommunicatio hæc, vel per ſe, vel per alios eas cauſas auocent, vt habetur in verſic.Qui per ſe,vel alios,vt pote mandando alicui, vt has cauſas auocet.

Tertiò afficit excommunicatio hæc, etiam ſi prætextu exemptionum vel aliarum gratiarũ, &

& litterarum Apoſtolicarum ſe id facere dicant.ob verſic.Quarumcunque exemptionum.

Quartò afficit excommunicatio hæc,quaſcunque ſpirituales cauſas, ſpiritualibuſve annexas auocent, vt pote vel ſint cauſæ beneficiorum,vel decimarum, vel ſacramentorum,vel iuriſpatronatus,& huiuſmodi,ob verſ. Beneficiales,& cæt.

Quintò afficit excommunicatio hæc,à quibuſuis iudicib.Eccleſiaſticis Romanæ Curiæ eas cauſas auocent; vt pote vel ab Auditoribus,vel à Comiſſariis, & aliis huiuſmodi iudicibus, ob verſi.Ab Auditoribus.

Sextò afficit excommunicatio hæc,quacunque ratione eas auocẽt,vt pote vel dolo,vel metu:exempli gratia metum iniiciendo,vel mortis,vel carceris: vel priuationis bonorum, vel ꝑ ſtatutum,vel per mandatum; nã Bulla ſimpliciter excõmunicat auocantes;nec modum præſcribit;ergo nec nos pręſcribere debemus.arg.l.de prætio.ff.de publi.in rem act.

Septimò afficit excommunicatio hæc;vel auocẽt cauſas antequam ad dictos iudices delatæ ſint,quod ſenſit Nauar.in Rubr.de iud.nu.68.verſicu. Qua ratione,& nu.69. ergo multo magis,vbi iam delatę ſunt. Hi omnes ergo cauſas huiuſmodi auocando in pœnam hanc incidũt; iam qui pœnam hanc euadunt, explicemus.

Primum igitur in excommunicationem hanc non incidit, q̃ de iure ipſos auocat, vt pote de licentia Romani Pontificis, vel legitima alia ratione;nam Bulla excomunicat ſolum eos,q̃ auocant auctoritate propria, ac de facto,vt dicitur in Bulla in verſi.Auctoritate propria,ac de facto.

Item pœnam hãc effugit,vbi cauſas non ſpirituales auocat; nam Bulla excommunicat ſolũ auocantes cauſas ſpirituales, vt vidimus;ergo ſecus ſi alias.arg. c.non ne.de præſumpt. & l.cum prætor.ff. de iudic. contra hunc tamen facit excommunicatio ſuperioris capitis.

Tertiò in excommunicationem hanc non incidit,qui auocat eas à iudicibus, qui nõ ſunt Romanæ Curiæ;nam Bulla loq̃tur de iis,qui ſunt Romanæ Curiæ,ob verſi.Ab Auditoribus,& Comiſſariis noſtris. Nec repugnant verba illa. Aliiſque Iudicibus Eccleſiaſticis;quaſi comprehendat auocantes etiam pręditas cauſas à iudicibus alterius Curiæ à Romana;nam hoc verũ nõ eſt;dictio enim illa Aliis, eſt relatiua ſimilium; at iudices an-

tecedentes nominati Apoſtolicæ Sedis iudices ſunt, ergo verba illa eos ſignificare debẽt; nã Apoſtolica ſedes præter Auditores, & Comiſſarios, iudices alios habet, vt per ſe conſtat.

Poſtremò pœnam hanc effugit, q eas auocare conatus eſt, ſed non auocauit; nam Bulla excommunicat eos, qui auocãt, ergo verba cum effectu intelligẽda ſunt. argu. l. 1. §. hæc verba. ff. quod quiſqu. iur. non igitur ſat eſt, vt auocare conentur, niſi re ipſa auocent: Sed de regula hac ſatis, ad alterã veniamus, quod in ſeq. faciemus.

S V M M A.

1 *Impedientes, ne ſpirituales cauſæ coram Iudicibus Romanæ Curiæ agantur, in excommunicationẽ incidunt: quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Interponentes ſe in cauſis, quæ agũtur coram Iudicibus Romanæ Curiæ, tanquam iudices, in excommunicationem incidunt.*

II.

§ Secunda regula proponẽda hæc eſt. In excommunicationẽ hanc quoque incidunt, 1 † qui impediunt, ne dictæ cauſæ ſpirituales peragantur, exempli gratia aut iudices; aut ipſas partes, aut procuratores, Aduocatoſve impediẽdo, vt habetur in verſi. Illarumve curſum.

Quæ excommunicatio afficit quicunque ſint, qui impediuntur, ſiue perſonæ, ſiue Capitula, ſiue conuentus, collegiave, vt habetur in verſ. Ac perſonas, id eſt ſiue impediantur ſingulares perſonæ, ſiue Vniuerſitates.

Poſtremò afficit excommunicatio hęc in omnib. caſib. quos in antecedẽti regula poſuimus, etenim & eiſdẽ modis coarctatur, atque ob id de regula hac ſatis; iam tertiam aggrediamur.

Tertia regula igitur hæc eſt. In excommunicationẽ hãc quo-
2 que incidunt † qui in prædictarum cauſarum cognitionibus ſe interponunt tanquam iudices, vt habetur in verſi. Ac ſe ad illarum cognitionem: quæ regula eiſdem modis, quibus ſuperior declaratur. Quare ſi à Romano Pontifice id ipſis mandaretur, in excommunicationem hanc nõ inciderent; ſicut nec etiam ſi tãquam procurator, aduocatuſve intercederet: ſed de priori hac parte ſatis; ad alterã veniamus.

Verſ. Quive partes actrices, quæ illas cõmitti fecerunt, & faciunt, ad reuocãdum, & reuocari faciendum citationes,

tiones, vel inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas & ad faciendum, vel cõſentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à cenſuris, & pœnis in illis contentis abſolui ꝑ ſtatutum, vel aliàs compellũt.

S V M M A.

1 *Compellentes actorem, reumve, q coram iudicibus Romanæ Curiæ ſpirituales cauſas commiſerunt, vt reuocent acta facta, in excommunicationem, incidunt: quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Compellentes actorem, reumve, vt conſentiant, faciantve, vt à cenſuris, pœniſve abſoluantur ij, contra quos emanarunt à iudicibus Romanæ Curiæ, in excommunicationem incidunt: quæ excommunicatio, quouſq. pateat declaratur.*

IN hac parte duę cauſę referuntur, quam obrem quis in excõmunicationẽ hanc incidit. Quare duas regulas ponamus.

In excommunicationẽ hanc igitur quoque incidunt prædicti antea, & ſic publicæ perſonę, & q iudices aliàs ſunt, & iuriſdictionẽ habent (de his enim potiſſimum hic agitur) 1 †qui compellunt partes actrices, ſcilicet, vel actorem, vel reum, vel vtrunque (quæ ſpirituales cauſas committi in Romana Curia fecerunt, & faciunt) vt reuocent aut citationes, aut inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, vt habetur in initio Verſi. Quive partes.

Quæ excommunicatio amplificaẽ, ac declaratur, vt ſuperior. Quare qui vel per ſtatutum cõpellit, vel per decretum, vel per mandatum, in excommunicationem hanc incidet, ob verſic. Per ſtatutum, vel alias compellunt. Et ſic vel per metum.

Item, uel tanquam iudices id faciant, uel tanquam priuatæ ꝑſonæ, cum ob cit. uerſi. Vel aliàs compellunt; tum ob uerba illa Auctoritate propria, ac de facto poſita in initio huiꝰ Capitis: ſed de regula hac ſatis; iam alterã ponamus.

In excommunicationem hãc 2 quoque incidunt, †qui eadẽ ratione compellunt eoſdem ſcilicet actorem, reumue, uel utrunque, ut faciant, uel conſentiant, ut ii à cenſuris, & pœnis in illis inhibitionibus contentis abſoluantur, cõtra quos tales inhibitiones emanarunt, ut habetur in

uerſi.

uerſi. Et ad faciendum perſimilis quoque excommunicatio habetur in cap. unic. de iis, quę ui metuſue cauſa fiunt; nam & ibi in excommunicationē incidūt, qui compellunt Iudicem abſoluere quem à ſe excommunicatum ab excommunicatione.

Hæc autē excommunicatio declaratur, ut ſuperior.

Item afficit excommunicatio hæc, uel iniuſtè fuerint excommunicati. argu. cit. c. unic. iunc. Gloſſ. etenim nec Bulla diſtinguit an iuſtè, iniuſteue cenſuris irretiti ſint, ergo nec nos diſtinguere debemus. arg. l. de prętio. ff. de publ. in rem act.

Tertiò afficit excommunicatio hæc, uel compellant eas cenſuras reuocare, uel conſentire, ut reuocentur, ob cit. c. unic. ob eaſdem rationes; aliud eſt enim reuocare, ut declarauimus in Tractatu noſtro De Cenſuris c. 4. nu. 5. Tab. 1.

Excipitur tamen, vbi non actrices partes compellūt, ſed ipſos iudices, qui illas tulerunt; nam Bulla ſolum de compellentibus actrices partes agit, ergo ſecus ſi iudices, incluſio enim unius alterius excluſio eſt. arg. c. non ne. de præſumpt. & l. cùm prætor. ff. de iud. incident tamē in excommunicationem eius cita. c. unic. de iis, quæ ui metuſue cauſa fiunt.

Item excipitur, ut in excōmunicationem hanc non incidant, ubi per uiam iuris id faciunt; nō enim compellere, & uim facere is dicitur, qui iudice auctore aliquid facit. argu. l. iuſte poſſidet. ff. de acqui. poſſ. & l. 3. §. 1. ff. de e o, quod met. cauſ.

Poſtremò excipitur, ubi præcibus, pecuniaue actrices partes compellunt, ut abſoluantur prędicti, nam neque in hoc caſu compellere propriè quis dicitur, aut uim facere. argu. l. fin. ff. de iis, qui facere teſtam. prohiben. Sed iam ad poſtremā partem huius Capitis tranſeamus.

Verſ. Vel executionem litterarum Apoſtolicarum, ſeu executorialium proceſſuū, decretorum prædictorum, quomodolibet impediunt; vel ſuum ad id fauorem, cōſilium, aut aſſenſum præſtant, etiam prætextu violētiæ prohibendæ, vel aliarū prætenſionum; ſeu etiā donec ipſi ad nos informandos, vt dicunt, ſupplicauerint, aut ſupplicare fecerīt, niſi ſupplicationes huiuſmodi coram nobis, & Sede

Apo-

Apoſtolica legitimè proſequantur.

SVMMA.

1 *Executiones litterarum Apoſtolicarum, decretorumve impedientes in excommunicationem incidunt: quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Fauorem, conſiliumve præſtantes ijs, qui impediunt executionem prædictorum, in excommunicationem incidunt.*

IN hac parte duo hominum genera excommunicantur, ac propterea duas regulas ponamus.

In excommunicationem hãc igitur quoque incidunt prædicti in antecedentibus ſcilicet iuriſdictionem habentes alias, de his. n. in primis hic agit̃ ꝗ quomodocunque executionem litterarum Apoſtolicarũ, ſeu executorialium proceſſuum, decretorum prędictorum in dictis ſpiritualib. cauſis quomodolibet impediunt, vt habetur in initio verſ. quæ regula, vt ſuperior, declaratur.

Secundo afficit excommunicatio hęc, quocũque modo impediant ob verbum illud Quomodolibet. Quare vel publicari eas non permittant, vel referri, vel legi, vel executioni mandari, in excommunicationem hãc incident.

Tertiò afficit excommunicatio hæc vel executiones has impediant hoc nomine, aſſerendo ſe id facere, ne violentia aliqua fiat, ob verſi. Prętextu violentiæ prohibendę. Si ergo affirmarẽt ſe ob id prohibuiſſe, quoniam ſi executio illa facta eſſet, ad arma ventum eſſet, non idcirco pęnam hanc euadent.

Quartò in excõmunicationẽ hanc incidunt executiones has impedientes, eſto aſſerant prætenſiones alias, ob verſic. Vel aliarum prætenſionum, vt pote vel quia inquiunt ſe in ea re ius aliquod habere, vel alium, & ob id nolle ſibi, alterive præiudiciũ fieri; vel quia inquiunt per eas executiones ſibi, ſuoque regno damnum, iniuriamque inferri.

Quintò afficit excõmunicatio non ſolum vbi per ſe, verum etiam & vbi per alium quis impedit, ob verba in initio Capitis poſita, quę & per alium facientem comprehendũt; verba enim in principio poſita ad omnia ſequentia referuntur, ita Iaſo. in l. etſi perceperit. §. filius. nu. 20. ff. de lib. & poſthum. Id quod locũ habet, vel ſuo nomine geſtũ ratum habuerit, vt dixit Nauar. in

conſi.

conſi.37.de ſenten.excom.

Poſtremò excommunicatio hæc afficit vel aſſerant ſe velle prius ſupplicare, vel ſupplicari facere Romanum Pontificem, quo illum de hac re informent, & edoceant, ob verſi. Seu etiam donec ipſi.

Excipitur tamen primo, vbi de licentia Romani Pontificis expreſſa id facerent: Secus autē, vbi ſciret Principem aliquē has litteras morari, & taceret, tunc enim cum ipſo diſpenſare nō videtur, & conſentire, vt colligitur in tertia parte Bullæ ex cap. 4. verſ. Quin etiam per huiuſmodi abſolutionem; id quod notādum eſt ob dubitationes, & difficultates quaſdam, quas nōnulli mouebant.

Secundo excipitur, vbi ſupplicare ſe velle dicerent Roman. Pont. ad eum informandum, & ſupplicationem coram eodem legitimè proſequerentur, vt habetur in verſi. Quare Principes, vbi aut Epiſcopatus, aut aliæ dignitates Eccleſiaſticæ, beneficiave iis, quibus nollent in ſuis regnis, collata ſunt; non ipſos excludere, ſed coram Romano Pōtifice cauſas, quamobrē eos nō recipiant, exponere debent.

Tertiò excipitur, vbi ob Bullæ huius inſcitiam quis hoc faceret. argu. c. Apoſtolicę. de cle. excom. min. & c. fin. de conſtitu. lib. 6. & inſcitia eius Bullæ non apud paucos eſt; nam à paucis ſcitur, eſto iuris periti ſint, & idcirco ignorantia poteſt adeſſe. Animaduertant igitur in hoc Principes terrarum.

In excommunicationē hāc 2 quoque incidunt, † qui ad impediēdas huiuſmodi executiones ſuum fauorem, conſilium, aſſenſumve præſtant, ut habetur in uerſic. Vel ſuum ad id fauorem. Quare, ſi dum quis petit executiones huiuſmodi fieri, aliqūis impediat, quominus fiant, & iudex, qui poteſt hoc prohibere, non prohibet, in excommunicationem hanc incidet; nam hic fauere dicitur. arg. ca. quantæ. de ſentent. excom. Si itidem ſcit prohibentem ſuis militibus vti, tantundem, ubi aſſentitur. Qui demū hortatur, ſuadet, incitat, ut quis has executiones impediat, in excommunicationē hāc ob ſuum conſilium incidet. Hæ regulę omnes, ut ſuperiores, declarantur. Sed de hoc Capite ſatis; ad aliud ueniamus.

De excommunicatione lata contra vel trahentes quacunq. ratione perſonas Eccleſiaſticas ad laicorum tribunal, vel facientes ſtatuta contra libertatē Eccleſia-

cleſiaſticam, contrave iura Apoſtolicæ ſedis, et quarũcunque Eccleſiarum; vel ipſis vtentes. Cap. XV.

Qui ve ex eorum prætẽſo officio, vel ad inſtantiam partis, aut aliorum quorumcũque pſonas Eccleſiaſticas, Capitula, Conuentus, Collegia Eccleſiarum quarum cunque coram ſe, ad ſuũ tribunal, audientiam, Cancellarium, Concilium, vel Parlamentum, præter Iuris canonici diſpoſitionem, trahunt, vel trahi faciunt, vel procurãt directè, vel indirectè quouis quæſito colore. Necnon qui ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, p̃eminentias, ſeu quæuis alia decreta in genere, vel in ſpecie, ex quauis cauſa, & quouis quæſito colore, ac etiã prætextu cuiuſuis conſuetudinis, aut priuilegij, vel aliàs quomodolibet fecerint ordinauerint, publicauerint. Vel factis, & ordinatis vſi fuerint, vnde libertas Eccleſiaſtica tollitur, ſeu in aliquo lęditur, vel deprimitur, aut aliàs quouis modo reſtringitur. Seu noſtris, & dictæ ſedis, & quarumcunque Eccleſiarum iurib. quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè, vel expreſſe præiudicatur.

SVMMA.

1 *Perſona Eccleſiaſtica quænã ſint.*
2 *Capitula, Conuentus, & Collegia Eccleſiaſtica quid ſint.*

IN hoc capite, & in reliquis ſequentib. excommunicantur, q̃ libertatem Eccleſiaſticam offendunt, & ob id explicandum eſſet, quid libertas Eccleſiaſtica ſit, & multa alia ad rem hanc pertinentia; ſed quoniam commodius hæc agentur in ſecunda parte huius Capitis (diuiditur enim in duas partes, quarum ſecunda incipit ibi. Necnon qui ſtatuta) ob eam rem hic tantum quatuor p̃mittemus. Primum, in quo offendẽs quis libertatem Eccleſiaſticam in prima parte huius Capitis, in excommunicationem hanc incidat. Deinde, quęnam ſint per-

 ſonæ

ſonæ Eccleſiaſticæ. Tertiò, quid Capitula, Conuentus, & Collegia. Poſtremò contra quas perſonas excommunicatio hęc feratur.

Quoad primum igitur excõmunicatur hic, qui in hoc libertatẽ Eccleſiaſticam offendit vocando, & trahendo ad iudicem ſecularem perſonam Eccleſiaſticam, nam Eccleſiaſticę perſonæ priuilegium hoc habent, vt coram Eccleſiaſtico iudice conueniantur, vt habetur in c. ſi diligẽti. de for. compet. & vt id pluribus egit Diaz in ſua Pract. cri. capit. 62. De offendentibus igitur priuilegium hoc hic agitur.

1 Quoad ſecundum autem † pſonæ Eccleſiaſticæ ſunt eę, quæ aut per ordinis ſuſceptionẽ, aut per religionis alicuius approbatę ingreſſum præcipuo quodã modo ad ſeruiendum Deo ſe dicarunt. arg. ca. duo ſunt genera. 9. q. 3. hi autem ſunt clerici, nec non religioſi, vt diximus ſupra Cap. 11. Vel nouitii ſint. argu. c. religioſo. §. fin. de ſentẽ. excom. lib. 6. Nec non equites, qui militiam ſub regula aliqua profeſſi ſunt, cuiuſmodi ſunt equites Sa. Ioannis, qui Meliuetani dicuntur, & de Alcantara, & Calatraua; namque religioſi ſunt, & priuilegium fori habẽt, vt aſſeruit Nauarr. in Tractatu de Reditib. Eccl. q. 3. mon. 27. cum ſeq.

2 Quoad tertiũ † Capitula, Conuentus, & Collegia Eccleſiaſtica, quę nomine idem ſignificãt, nil aliud ſunt, quam corpora q̃dam ex pluribus ſingularib. conſtantia, vno nomine compreheſa. argu. l. rerum miſtura. §. tria. ff. de vſucap. quæ corpora ſecundum locorum conſuetudinẽ variè nòminantur; nam aliquando corpora huiuſmodi dicũtur Collegia, cuiuſmodi dicitur Collegium Ieſuitarum; quãdoque Capitula, cuiuſmodi ſunt Collegia canonicorum cathedralium Eccleſiarum, de quibus habetur in tit. de iis, quæ fiunt à maior. par. capit. quandoque dicuntur Cõuentus, quo nomine nominãtur Collegia fratrum, & monacorum: quocunque igitur nomine nominentur, quoad rem noſtrã pertinet, nihil intereſt, modò Eccleſiaſtica Collegia ſint, & tunc ſunt, vbi ex dictis perſonis conſtant.

Quoad quartum excõmunicantur tam perſonæ Eccleſiaſticę, quam laicæ, quæ offendunt priuilegium hoc, trahendo ad forum ſeculare perſonas Eccleſiaſticas. His p̃miſſis iam rem aggrediamur: ſed qm̃ de tribus agitur in hac prima parte, & tria dicta ponuntur, ob eam rem tres regulas ponamus: id quod in ſequent.

quent.præſtabimus.

S V M M A.

1 Iudices laici trahẽtes ad ſuum tribunal perſonas Eccleſiaſticas in excommunicationem incidunt.
2 Iudices laici moleſtia afficiẽtes colonos Eccleſiarum ob res Eccleſiæ, in excommunicationem incidunt.
3 Iudices laici trahentes ad ſuum tribunal perſonam Eccleſiaſticam, in excommunicationem non incidunt in his caſibus, Vbi.
4 De licentia Romani Pontificis id faciunt.
5 Clericum eſſe ignorant.
6 In caſibus à iure canonico permiſſis.
7 Clericus ſuccedit in cauſam iam cœptam coram Iudice laico.
8 Feudum habet à laico.
9 Ob delictum, quod ante ordinis ſuſceptionem commiſſit.
10 Ob reconuentionem.
11 Vbi priuatus eſt priuilegijs huiuſmodi.

1.

1 §. Ex tribus regulis propoſitis prima hæc eſt.†In excõmunicationem hanc igitur primò incidunt iudices laici, q̃ trahunt ad ſuum tribunal, ſeu Audientiam, Cancellariam, vel Parlamentum (hæc enim nomina idem ſignificãt, quod Tribunal) Eccleſiaſticas perſonas, vt habetur in initio huius Capitis.

Quę excommunicatio afficit, quicunque laici iudices ſint; nã Bulla ſimpliciter loquitur, dum inquit Quive; ergo ſimpliciter intelligi debet, item non diſtinguit, ergo nec nos diſtinguere debemus. arg. l. de prætio. ff. de publ. in rem act. Quare vel Imperatores, vel Reges, vel Duces, vel inferiores iudices laici id faciant, in excommunicationem hanc incidunt. Imò ſi eſſet Eccleſiaſtica perſona præſidens alicui foro laicorum, in excommunicationem hanc incidet; nõ enim vt perſona Eccleſiaſtica id facit, ſed vt laica, ex quo laici munere fungitur, & nomine laici, ita Caietan. in Sum. in verb. excommunicatio. cap. 29. verſi, Vbi nota.

Secundo afficit excommunitio hęc iudices ipſos laicos, vel ex officio ſuo id faciant, ſcilicet nemine petente, vel ad inſtantiã partis, ideſt aliquo petente, ob verſi. Ex eorum prætẽlo officio, vel ad inſtantiam partis; duobus enim modis iudex ad ſuum tribunal quem trahere poteſt, aut ex officio ſuo, quod dicitur officium nobile, vbi ſcilicet nemine id petente faciat; aut parte inſtante, quod dicitur officium

mercenarium, vt probatur in c. venerabilibus. §. porro. verſicu. Idem eſt etiam. de ſentẽ. excom. lib. 6. & tradunt Bart. ac DD. in l. imperium. ff. de iuriſdi. omni. iud. Canoniſtæ in c. quod ſedes. de off. ordin. Quacunque ratione igitur trahant, nihil intereſt. Quare iure in excommunicationem hanc incidiſſe quendam laicum iudicem reſpondit Nauar. in conſi. 32. de ſenten. excomm. qui ſubdiaconum quendam in carcerem coniecit, & eum vt teſtem, & principalem examinauit.

Tertiò afficit excommunicatio hæc quaſcũque perſonas Eccleſiaſticas trahant ob verba illa Perſonas Eccleſiaſticas, Capitula, Conuentus, Collegia Eccleſiarum quarumcunque; nam perſonæ Eccleſiaſticę duplicis generis ſunt, quędam veræ; quę ſingulares perſonæ ſunt Eccleſiaſticæ, quæ ſignificantur ꝑ verba illa Perſonas Eccleſiaſticas; quędam fictæ, quæ ſunt Collegia, & Capitula iam dicta ex ꝑſonis Eccleſiaſticis veris conſtãtia, quæ ſignificantur per verba illa Capitula, Conuentus, Collegia Eccleſiarum quarumcunque. Quare, vel trahant clericos non cõiugatos, vel coniugatos, iuxta formam tamen c. 1. de cleri. coniug. lib. 6. Item; vel religioſos monacos, qui communiter fratres dicuntur; vel milites, ſeu equites, qui religionem aliquã profeſſi ſunt, de quibus antea diximus; vel moniales, vel collegia, in excommunicationẽ hanc incident; nam indefinitè loquitur, ergo indefinitè, ac generaliter intelligi debet. Idem cẽſeo, ſi collegia partim ex Eccleſiaſticis perſonis partim ex laicis cõſtent; nam magis dignum trahit ad ſe minus dignum. arg. c. vnic. de conſecr. Eccl. vel altar. lib. 6. & faciunt tradita per Iaſ. in l. ſi emancipati. nu. 13. & num. 14. & num. 20. C. de coll. Item, vel ſint excommunicati, ſuſpenſi, interdicti, banniti, hæretici, & ſchiſmatici; nam Bulla generaliter loquitur, ergo & generaliter intelligi debet. arg. l. 1. §. & generaliter. ff. de le. præſtan. Item ob eandem rationem vel de ſuo territorio, vel nõ de ſuo territorio ſint.

Quartò afficit excommunicatio hæc, ob quamcũque cauſam trahant, vel ob ciuilem, vel ob criminalem; nam nullius cauſæ mentionem facit, ergo nullam excludit; vbi enim lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. arg. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. Præterea excõmunicantur, qui prædictos trahunt ad ſuum tribunal, ergo ob quamcunque

cùnque cauſam trahent; in excõmunicationem hanc incident; quoniam verum eſt ipſos ad ſuũ tribunal trahere, ſi ſic verba eis conueniunt, ergo & diſpoſitio. arg. le. 4. § toties, ff. de damn. infect. Poſtremò Bulla excommunicat trahentes prædictos pter Iuris Canonici diſpoſitionẽ; at ius canonicum prohibet, ne ad iudicium ſeculare trahantur tã in cauſis Ciuilibus, quàm in Criminalibus. arg. c. ſi diligenti. de for. compet. & c. at ſi clerici. de iud. non eſt igitur quod de hac re dubitemus, atque ſic dixit Iacob. de Graff. lib. 4. deciſ. caſ. cõſc. in Expoſitione Bullę Cœnæ Domini. nu. 113. in fine, ſpecia- 4 tim tamen infra de cauſis criminalibus agit vi l. cap. 19.

Poſtremò afficit excommunicatio hęc, vel indirectè ipſos trahant, vt pote moleſtia afficiẽdo ſuos, ſuaque, quò trahant ipſos ad ſuum iudicium. † Si ergo mo-
2 leſtia afficiunt colonos Eccleſiarum occaſione rerum Eccleſiæ, vt pote onerando ipſos contra ius, & impediendo ne agros colant, detinendo ipſos impeditos in aliis rebus, vel impediendo, ne ędes Eccleſię incolant, in excommunicationem hanc etiã incident. His igitur modis regula hæc amplificatur: iam, q pœnam hanc euadant, explicemus.

Primum igitur in excommunicationem hanc non incidunt,
3 † vbi ad id auctoritatem a Romano Pontifice habent; nam in hoc caſu eximere ab hac pœna ipſos cenſetur. arg. l. quidam conſulebãt. ff. de re iud. Si ergo cauſam clericorum cuipiam laico deleget; laicus ille ad ſuum tribunal clericum trahens in excommunicationem hãc non incidet; delegare enim horum cauſas laico Romanus Pontifex poteſt, vt dixit Gloſſ. in c. clericus nullũ. 11. q. 1. & facit c. 1. de elect. lib. 6. & quod dixit Abba. in fine. in cap. tua, de decim.

Secũdò excommunicationẽ hanc effugiunt, † qui trahũt clericum ad ſuum tribunal, quẽ clericum eſſe probabiliter ignorãt; nam Bulla requirit, vt ſciẽs hoc faciat, ob uerbum illud Prætenſo officio, ergo excuſantur, vbi id ignorant. arg. ca. apoſtolicæ. de cler. excom. min. & ca. fin. de conſtit. libr. 6. etenim nec in excommunicationem incidit, qui hunc talem clericum eſſe ignorans percutit, vt habetur in ca. ſi verò aliquis, & in c. cum nõ ab homine. §. in articulo. de ſenten. excomm. eſto aliàs clericum pcutiẽs in excommunicationem incidat, per cap. ſi quis ſuadente diabolo. 17. qu. 4. Quare ſi nũcii publici, qui auctoritatem citandi

di habent, iudice non requiſito, aliquo inſtante clericum citet, & ad tribunal laici trahat, iudex in excommunicationem hanc non incidet, modo citationē factam non probet, & clericum dimittat, ex quo ipſo ignorante ad ſuum tribunal tractus eſt.

5 Tertiò † in excommunicationem hanc non incidunt, qui eos trahunt ad ſuum tribunal in caſibus à Iure canonico permiſſis, nam Bulla excommunicat trahentes eas perſonas præter Iuris canonici diſpoſitionē, vt habetur in verſi. Prẹter iuris Canonici diſpoſitionē; incluſio enim vnius alterius excluſio eſt. arg. l. cum prætor. ff. de iud. & c. non ne. de prẹſumpt. Quare quòd hi multi caſus ſunt, in quibus ex iure Pontificio ad forum laicorū trahi clerici poſſunt, ob eam rē eos, vt cœpimus ordinatim explicemus.

6 Quartò † igitur in excommunicationem hanc non incidunt trahentes clericos laici ad ſeculare tribunal, vbi clerici ſuccedunt in cauſam iam ceptam coram iudice laico, nam tunc corā ipſo eam proſequi tenentur. argu. l. vbi cœptū. ff. de iud. & not. DD. quos refert Feli. in c. quia. vbi quẹſtionem hanc diſputat de iud. & Viu. qui ipſos ſequitur in ſua Sylu. opin. 108. vbi opinionem hanc magis communē eſſe teſtatur, & faciunt, quæ dixit Bald. & Iaſo. in l. teſtamenta. C. de teſtamen. ſecus ſi cœptum iudicium non ſit, vt DD. ibidem aiunt, eſto ſuccedat vna cum laico, vt aſſeruit Bart. in l. præcipimus. §. eodem ſeruando. C. de appell. quem ſequitur Iaſ. in l. emancipati. num. 13. C. de coll. & faciunt dicta ab eod. num. 14. & num. 20.

7 Quintò † in excommunicationem hanc non incidunt, vbi clericus feudū haberet à laico; nā tunc coram ipſo conueniri de illo feudo poteſt, vt not. Abb. per eum canonem in c. cæterum. nume. 6. de iud. & opinionem hāc communiter receptam eſſe teſtatur Felin. ibi. num. 3. verſ. Sed quod lex canonica hoc poterit, & ab ea nulla ratione recedendum ait, & Guid. Pap. deci. 139.

8 Sextò † in excommunicationē hanc non incidunt, vbi ob delictum trahunt, quod ante ordinis ſuſceptionem commiſerunt, nam ſic aſſerit, & id communiter receptum teſtatur Viu. ī ſua Sylu. opin. 112. vbi exceptiones quaſdam viden. refert.

9 Septimò † in excōmunicationem hanc non incidunt, vbi clericus per reconuinctionem trahitur in cauſa ciuili, vt dixit Gl. nu. 11. q. 1. & Boer. atque Affli.

quos

quos refert,ac ſequitur Iaco.de Graff.libr.4.decif. caſ. conſc.in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini.num.114.& Petrus Aduenas in Reg.102.vbi de communi teſtatur,ſed hoc habet locum in cauſa ciuili,vt ibidem ait, & Iul.Clar.in Pract.Crim.lib.5.§.fin.q.36.verſi.Et hæc quidẽ cõcluſio;nam ait nec reconueniri poſſe coram iudice laico,nõ modo vbi de crimine criminaliter agitur, verum etiam neque vbi ciuiliter, & ibi multa de hac re agit viden.quod tamen dubitatione non caret, vt inquit Abb. in c.at ſi clerici.nu.19.cum ſeq. de iud.

10 Octauò † in excommunicationem hanc non incidunt,qui trahũt Eccleſiaſticas ꝑſonas, quæ priuilegio huiuſmodi priuatæ ſunt,vt exẽpli gratia per degradationem,vt habetur in c.degradatio.de pœn.lib.6.atque ſic dixit Iacob. de Graff. ibid. vbi & alios duos caſus ponit huiuſmodi.

11 Nonò † in excommunicationem non incidit pars, quæ inſtat,vt trahatur;nam Bulla loquitur de iudicibus.Declarant hoc verba illa Ex eorum prætenſo officio,vel ad inſtantiam partis, quę oſtendunt de iudicibus Bullam loqui;non enim pars ex ſuo officio, neque ad inſtantiã partis trahit.Declarant quoq. verba illa Coram ſe ad ſuum tribunal;non enim pars coram ſe trahit,ſed coram iudice; non etiam ad ſuum tribunal,quoniam nullum habet.

Decimò in excommunicationem non incidit, qui has perſonas citat, ob rationes proximè allatas.

Poſtremò in excommunicationem hanc non incidit iudex Eccleſiaſticus,qui Eccleſiaſticã perſonam ad ſuum tribunal trahit,eſto non ſubditam trahat;nã de iudicibus ſolum loquitur, ꝗ auctoritate laica trahunt,vt ſentit quoque id Caietan. in Sum. in verb.Excommunicatio. capi. 29.verſi.Vbi nota.Hi omnes ergo pœnam hanc euadunt;& de regula hac ſatis, ad alteram veniamus.

SVMMA.

1 Trahi facientes perſonas Eccleſiaſticas ad ſuum tribunal in excommunicationem incidunt

2 Procurantes trahi ad ſuum tribunal perſonas Eccleſiaſticas in excommunicationem incidunt.

II.

1 §. Secunda regula hæc eſt.† In excommunicationẽ hãc quoque incidunt,qui eaſdem ꝑſonas

ſonas Eccleſiaſticas,& Capitula ad ſuum tribunal trahi faciũt, vt habetur in verſi.Vel trahi faciunt.Quæ excommunicatio,vt ſuperior, declarat̃. Quare nihil eſt,quod huc addamus. Iam igitur tertiam regulam aggrediamur.

In excommunicationem hãc
2 †quoque incidũt, qui procurãt, vt prædicti ad ſuum tribunal trahantur,vt habetur in verſic. Vel procurant. Quę regula itidem, vt ſuperiores,declaratur.

Item afficit directè, vel indirectè id procurent,& quouis q̃ſito colore,vt habetur in eodem verſ.Qui ergo ſuadet alicui,hortaturve,vt Eccleſiaſticam perſonam ad ſe trahat, in excommunicationem hanc incidet. Qui itidem moleſtia afficit colonos ipſarum perſonarum, quamobrem coguntur adire tribunal ipſius, in excommunicationẽ hãc incident;indirectè enim procurant,vt trahantur; ſed de priori hac parte hactenus; ad alteram veniamus.

Verſ. Nec non qui ſtatuta,ordinationes;conſtitutiones, præeminentias,ſeu quæuis alia decreta,in genere, vel in ſpecie,ex quauis cauſa, vel ex quouis quæſito colore,ac etiam prætextu cuiuſuis conſuetudinis,aut priuilegij, vel aliàs quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint. Vel factis & ordinatis vſi fuerint, vnde libertas Eccleſiaſtica tollitur,ſeu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut aliàs quouis modo reſtringitur. Seu noſtris,& dictæ Sedis, ac quarumcũque Eccleſiarum iuribus quomodolibet directe, vel indirectè, tacitè,vel expreſſe præiudicatur.

SVMMA.

1 *Statutum quid ſit. Item*
2 *Ordinationes,*
3 *Conſtitutiones,*
4 *Præeminentia,*
5 *Decreta.*
6 *Libertas Eccleſiaſtica quid ſit.*

IN hac parte, quæ in tres diuiditur, excõmunicantur, qui decernunt aliquid cõtra libertatem Eccleſiaſticam. Quam excommunicationem vt dilucidiorem habeamus,p̃mittẽ

da

da nonnulla ſunt. Primum, quid ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, præeminentię, decretave ſint. Deinde quid ſit libertas Eccleſiaſtica. Tertiò, in quibus verſetur. Quartò à quo tributa. Quintò, quando contra ipſam ſtatuta fieri dicantur.

1 Quoad primum igitur† ſciendum eſt ſtatutum nil aliud eſſe, quàm ius, quod vna quæq. Ciuitas ſibi ſtatuit, vt habetur in §. ius autem ciuile, in Inſtitu. de iur. natural. gent. & ciuil.

Ordinationes verò ſunt idē,
2 † quod ſtatutum, ſed appellātur à fine, quandoquidem per ipſas ordinantur mores in iis, pro q. bu ſfiunt.

3 Conſtitutiones autem † propriè ſunt leges generales, vt habetur in tot. tit. de conſtit. in antiq. & 6. hic verò ſumuntur pro ſtatutis, vel pro legibus communibus alicuius regni, & Ciuitatis.

4 Præeminentię vero ſunt† itidem conſtitutiones, & ordinationes, inde fortaſſe dictę, quod per illas decernatur, qua ratione quiſque in ſuis gradibus ſe contineat, & vt alius alii præmineat; vel quòd ab iis factæ ſunt, qui aliis præeminent, vel quod aliis legem ponant, atque idcirco aliis præemineant; atque prę ſint; no nen tamen hoc latinum non eſt, ſed aliquo in loco ex cōſuetudine receptum.

5 Decreta denique† quid propriè ſint, ſupra diximus. Hæc autem nomina, etſi propriè ſignificant, quæ diximus, quatenus tamen ad rē noſtrā ꝑtinet, pro eodem ſumuntur. Declarat hoc dictio illa ſeu, quæ antecedentia interpretatur, quaſi dicat Bulla, Qui leges aliquas facit contra libertatem Eccleſiaſticam, (uel ſtatutum, vel ordinationes, vel conſtitutiones, vel præminētiæ, vel decreta nominentur) in excōmunicationem incidet; etenim ex quo verba ad res ſignificādas inuenta ſunt, arg. l. ad recognoſcendos. C. de ingen. manumiſſ. c. intelligentia, extra, de verb. ſign. nihil intereſt, quibus verbis vtamur, modo res, de qua agitur intelligatur. argu. l. certum. ff. ſi cert pet. & de hoc primo ſatis.

6 Quoad ſecundum † libertas Eccleſiaſtica eſt ius quoddā inhærēs generatim Eccleſiis, Eccleſiaſticiſque perſonis vtendi priuilegiis ipſis à Deo, ab homine ve cōceſſis tam quoad ſe, quā quoad res ſuas, quatenus talia ſunt. Dixi Ius quoddam pro facultate, & poteſtate. Dixi inhęrens generatim, quoniam libertas Eccleſiaſtica conſiſtit in iis, quę generatim aut perſonis Eccleſiaſticis omnibus, eorūve bo-

Digitized by Google

nis,aut Eccleſiis,eorumve itidẽ bonis condonata ſunt;non autẽ in iis,quæ huic Eccleſiæ, illive conceſſa ſunt,ut ſentiunt Caietan.in Sum.in verb. Excommunicatio,ca.3 1.& Nauar.in Man. cap.27.nu.119.& Iac.de Graff. lib.4.deciſ.caſ.conſc.in Expoſitione Bullæ Cœnæ Domini,nu. 120.& Innocen.in c.nouerit.de ſent.excom.Dixi Eccleſiis, Eccleſiaſticiſque perſonis, quoniã libertatem Eccleſiaſticam ſolũ habent Eccleſiaſticæ perſonę tã quo ad ſe,quam ſua bona; itẽ & Eccleſiæ,& huiuſmodi loca pia tam quoad ſe, quam quoad ſua bona itidem. Reliqua vero deſcriptionis verba ex ſequentib. declarabuntur.Sed iam tertium aggrediamur.

S V M M A.

1 *Libertas Eccleſiaſtica à quo ſit cõceſſa.*

2 *Priuilegia à Deo quæ Eccleſia habeat.*

3 *Priuilegia à Romano Pontifice quæ Eccleſia habeat.*

4 *Priuilegia ab Imperatore quæ Eccleſia habeat.*

I.

Tertium,quod præmittendum nobis propoſuimus
1 eſt,à quo† libertas hæc Eccleſiaſtica conceſſa ſit,Inn.in c.nouerit.de ſent.excomm. à Deo,& à Romano Pontifice, & ab Imperatore conceſſam eſſe dixit,quẽ DD.ibi communiter ſequũtur, & Bald.in ſua Margarita,in uer. Eccleſia,vbi multa ad rem hãc dicit,& Caieta. in Sum. in verb. Excommunicatio,cap.31.verſi. Quintò not.& Nauar.in Man.c. 27.nu.119.verſic.Quinta, quod libertas Eccleſiaſtica.† Idque iu 2
re meritò; nam primum à Deo priuilegium hoc habet,vt clericis decimæ ſoluantur,vt dicitur in c.à nobis tua,& in c.ſequenti. de decim.junct.ca. reuertimini. 16.qu.1.atque ſic dixit quoque Innoc.in cit.ca.nouerit, & Mar. Socin.Sen.nume.4.verſi.Tertiũ priuilegium:id quod laicis conceſſum non eſt,& facit ca.tua.1. de decim.Item priuilegium habent de ſpiritualibus diſponendi,& iudicandi,vt habetur in ci tat.c.tua,& in c.denique,& in c. cum ad verum.d.96.atque ſic inquit Inn.in eod.c.nouerit.num. 2.& Socin.ibid.num.4. Item clerici poſſunt Eccleſiaſtica adminiſtrare,& non laici, ut habetur in cap.fin.vbi agitur de oppugnantibus libertatem Eccleſiaſticam de rebus Eccle.non alie. & inquiunt Inn.& Soci. ac DD. in ci.c.nouerit.Habent quoque à Chriſto Domino in noua lege

ge & poteſtatem ordinis,& poteſtatem iuriſdictionis Eccleſiaſticæ; nam ordinis poteſtatem Chriſtus Dominus in vltima cęna tribuit, quando diſcipulos per ea verba ſacerdotes inſtituit. Hęc quotiescunque feceritis,in mei memoriam facietis,vt diuinarum rerum ſcriptores communiter concludũt.Poteſtatem verò Iuriſdictionis fori pœnitentiæ per ea verba tribuit,Accipite ſpiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittẽtur eis;& quorum retinueritis,retenta ſunt,vt habetur apud San. Ioann.cap.20.& apud Trid. Synod.de pœnitentiæ ſacramẽto, 3 ca.1.ſeſſ.14.& cõmuniter DD. ſic ſentiunt,vt ait Nauar.in cap. nouit,not.3.num.85,verſi.Secũdò.Fori autem contentioſi poteſtatem ſupremam tradidit idem Chriſtus Dominus ſuper Eccleſiam ſuã Petro Apoſtolo, & ſucceſſoribus ſuis per ea verba Paſce oues meas; quam poteſtatis plenitudinẽ declarauit illis verbis idem Chriſtus Dominus;Cõſtitui te principem ſuper oues meas, & illis; Duc in altum vt habetur apud Lucam capitul. 5. quibus verbis ſignificabatur ad ipſum interpræetationem grauiſſimarum dubitationum pertinere,vt habetur in c.per uenerabilem.§.rationibus.qui fil. ſint legit.& eam poteſtatem pollicit⁹ ipſi eſt apud S.Matthæũ c. 16.illis verbis:Et tibi dabo claues regni cœlorum,atque ſic dixit Inno.in eod.c.nouit.nu.1.& ſequitur ibi Mar.Socin.Sen.nume.4. & communiter DD. Vniuerſis vero Apoſtolis, Epiſcopis, & Succeſſoribus fori contentioſi poteſtatem per ea verba tribuit: Quæcunque alligaueritis ſuper terram,erunt ligata & in cœlis; & quæcunque ſolueritis ſuper terram,erunt ſoluta & in cœlo, vt habetur apud S. Matthæum. cap.18. Quarum poteſtatũ nullam laici habent.

A Romano Pontifice itidẽ † multa priuilegia habent, & primum priuilegium c.ſi quis ſuadente diabolo.17.q.4.quod priuilegium pertinet ad perſonas Eccleſiaſticas,atque ſic quoque dixit Inno.in eod.c.nouerit.nu. 2.& Socin.num.4.verſi.A Papa. Item vt in Legatis Eccleſiarum duo teſtes ſat ſint,per c.relatum. de teſtamen. Tertiò priuilegiũ fori,vt ſcilicet coram Eccleſiaſtico iudice conueniantur,vt habetur in c.inolita,& ĩ c.placuit. 11.q.1.& in c.ſi diligenti,vbi & DD.not.de for. compet. Quartò immunitates tam quò ad perſonas,quam quò ad res,& loca, vt habetur in tit.de immunitat. Eccleſi.in antiq.lib.6.& in titu.

de cenſ.eod.lib.6.

4 Ab Imperatore demum † priuilegia conceſſa ſunt; nam & ipſe in iis concedere illa poteſt, in quibus iuriſdictionem habet, vt habetur in tot. tit. C. de ſacroſa. Eccl. & in tit. de Epiſc. & cleri. & C. de iis, qui ad Eccleſ. confugiunt; & tam generatim, quàm ſpeciatim, cōcedere priuilegia hic poteſt, vt dixit Inn. in cit. ca. nouerit. num. 2. cum ſequē. Sed quoniam his priuilegiis extant referti libri, & nouiſſimè Zanchius de eis egit, ob eam rem ſat eſt exemplis explicaſſe à quib. priuilegia hæc conceſſa ſint. Ex quibus etiam patet, in quib. verſetur libertas Eccleſiaſtica, qđ tertiò loco explicandum ꝓpoſueram; nam conſiſtit in prærogatiuis, & priuilegiis quibuſdā tam reſpectu habito ad ipſas perſonas Eccleſiaſticas, & Eccleſias, quàm ad ipſorum bona: ſed iam poſtremum aggrediamur.

SVMMA.

1 Libertas Eccleſiaſtica quando violetur, & quando contra libertatē Eccleſiaſticam quid fiat.

II.

§ Poſtremum, quod præmittēdum nobis propoſuimus,
1 eſt. † Cōtra libertatem Eccleſiaſticam quādo aliquid fiat, & qñ libertas Eccleſiaſtica violetur. In hoc igitur DD. varii ſunt. Barto. in auth. caſſa. num. 5. C. de ſacroſanct. Eccl. ait ea eſſe contra libertatem Eccleſiæ, & perſonarum Eccleſiaſticarum, per quæ ipſæ redduntur magis timidæ, & laici magis audaces. argu. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quar. rerum act. non detur, & hanc opinionem ſequitur Abba. in cit. c. nouerit. num. 2. verſi. Sed Barto. de ſent. excommun. exempli gratia ſtatuto cauetur, vt qui laicum vulnerat, grauiſſimè puniatur, qui verò clericum, leuiter. Hæc opinio Bartol. mihi non ſatisfacit, nam generalis non eſt, & capita omnia libertatis Eccleſiaſticæ non compræhendit; quid enim, ſi ſtatuto caueatur, vt clerici ꝓ ſuis rebus vectigal ſoluant? planè contra libertatem Eccleſiaſticam hoc eſt, & tamen non ob id clerici timidiores laicis fiunt, quoniam & ipſi vectigalia præſtant; opinio igitur hæc tenēda non eſt generatim, quamuis in illo caſu vera ſit. Quare Fel. fuit in alia ſententia in eod. c. nouerit in fine; nam inquit ibi ſtatutū illud eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, per quod prohibet̄ perſonis Eccleſiaſticis illud, qđ de iure diuino, & humano non erat illis prohibitum. Et hoc ob

eam

eam rationẽ, quoniam libertas eſt naturalis facultas faciendi, quod alicui libet, niſi iure prohibeatur, vt dicitur in l. libertas. ff. de ſtat. homin. Hæc opinio etiã mihi nõ probatur; nam libertas hæc non eſt Eccleſiaſtica, ita vt laicis non conueniat, ſed eſt cõmunis tam laicis, quàm Eccleſiaſticis perſonis, vt ꝑ ſe patet. Tertia fuit opinio Inn. in eod. ca. nouerit. num. 2. vbi ſenſit contra libertatem Eccleſiaſticam eũ facere, qui venit cõtra priuilegiũ Dei, vel Imperatoris ſuper temporalibus, vel Papæ ſuper ſpiritualibus, modò priuilegia illa cõceſſa Eccleſię vniuerſali ſint, & cum hac opinione tranſeunt DD. Canoniſtæ, vt ait Abba. ibi num. 2. verſi. Sed quæro; ſeqtur quoque eum Mar. Soci. Sen. in eod. c. nouerit. num. 5. verſi. Breuiter dic, & Bald. in authẽ. caſſa. nume. 2. verſi. Sed quęro de alia quęſtione.

Contra opinionem hanc tamen facere videtur c. fin. de immunit. Eccl. lib. 6. vbi contra libertatem Eccleſiaſticam facere dicitur, qui prohibet, ne clericis panem quis coquat, & alia huiuſmodi. Atqui ad hoc reſpõderi poteſt; nam non ibi dicitur fieri contra libertatem Eccleſiaſticam per eam prohibitionem, ſed pręſumi: idque meritò; nam per ſe non tangit Eccleſiam, quatenus Eccleſia eſt, ſed quatenus eſt congregatio hominum, atq. ſic dixit Caieta. in Sum. in verb. Excommunicatio. cap. 31. verſ. Quinto not. ibi. Et quòd ita canones intelligant, & eod. ca. 37. in ver. Et not. quod iſta nõ ſunt. Quid igitur concludendum? Ego ſententiam Inn. ſequor; quã tamen ſic interprętandam, ac reformandam cenſeo, ſcilicet contra libertatem Eccleſiaſticã fieri primò, ac per ſe, vbi Eccleſiaſticæ perſonæ impediuntur, & Eccleſiæ quò minus vtantur priuilegiis tam à Deo, quam ab homine generaliter ipſis condonatis; nam ſi libertas Eccleſiaſtica in illis priuilegiis continetur, vt ſupra vidimus; ergo, vbi contra ea priuilegia fit, contra libertatem Eccleſiaſticã fieri dicem⁹. Quare ſtatuta, quibus cauetur, vt vectigalia, portoria ve ſoluãt, contra libertatem Eccleſiaſticã ſunt, nam priuilegiũ conceſſum eſt, ne ad hæc præſtanda obligẽtur, vt habetur in c. 1. & in c. clericis. de immunit. Eccl. libr. 6. & in c. quanquam. de cenſ. eod. li. ſtatutum itidem, quo cauetur, vt clericus coram iudice laico conueniatur, contra eandem libertatem eſt, nam ex priuilegio coram Eccleſiaſtico iudice conueniri tantum poteſt, vt habetur

Digitized by Google

in c.ſi diligenti,de for.cõpe.ſtatutum itidem, quo permittitur, vt confugientes ad Eccleſiam inde extrahantur, contra eandem libertatem eſt,ob c.inter alia.de immunit.Eccl.ſicut etiam ſtatuta,quibus cauetur, vt ſecularia iudicia in Eccleſiis exerceantur, contra c.cum Eccleſia.de immunita.Eccl.in antiq.& in c.decet. eod.lib.6.cum multis aliis, quę refert Mar.Socin.Sen. in cit.ca. nouerit.nume.5.verſi. Breuiter. de ſenten.excommu. His igitur modis contra libertatem Eccleſiaſticam fit. Sed iam regulam de more ponamus.

S V M M A.

1 *Statuta contra libertatem Eccleſiaſticam facientes in excommunicationem incidunt:quæ excommunicatio,quouſque pateat,declaratur.*

III.

§. Præmiſſis iam dictis,regu-
1 lam de more ponamus.†In excommunicationem hanc igitur incidunt primò,qui faciunt, ac publicant ſtatuta cõtra libertatem Eccleſiaſticam,vt habetur in verſi.propoſito.

Quæ excommunicatio afficit ſtatuentes, quicunque ſint; tum ob dictionem illam omnes,quæ habetur in antecedentibus, ad quę refertur principium huius verſi.tum quòd Bulla non diſtinguit; ergo nec nos diſtinguere debemus.argu.l.de prætio.ff.de publ.in rem acti.Vel igitur Imperatores,vel Reges,vel Iudices alii inferiores aliquid huiuſmodi ſtatuant,in excommunicationem hanc incident.

Item excõmunicatio hęc afficit non ſolum laicos huiuſmodi hæc ſtatuentes,verum etiam & clericos ob eaſdem rationes; imò magis ipſi puniendi videntur,qui contra eccleſiã veniunt, quam omnium maximè fouere deberent.argu.c.fin.de poſtulã. Quare vel Cardinales ſint, vel Patriarchę, vel Archiepiſcopi, vel epiſcopi, inferioreſve alii eccleſię pręſides, pœnam hanc non euadent,vt & ſenſit Mariã. Socin.Sen.in eod.c.nouerit, nume.7.verſi. Sed circa hoc dubitatur.

Tertiò excommunicatio hęc afficit,vel per ſtatutum veniant contra libertatem eccleſiaſticã, vel per legem aliam generalem, quocũque nomine nominẽtur, ob verba illa Statuta,Ordinationes,Conſtitutiones,Præeminẽtias,ſeu quæuis alia decreta: ad ſummam vel ſit lex generalis, & communis alicuius Imperii, vel Regni; vel propria alicuius loci,

loci, pœnam hanc non effugiẽt legem talem ferentes.

Quartò afficit excommunicatio hæc, vel in genere, vel in ſpecie id ſtatuant, ob verba illa In genere, vel in ſpecie, quæ verba ĩ varias ſentẽtias trahi poſſunt. Primò in genere ſtatuendo exẽpli gratia, vt omnis pro rebus ſuis portorium ſoluat, cuiuſcunque conditionis, ordiniſve ſit. In ſpecie ſtatuendo, vt portoria eccleſiaſticæ perſonæ etiam ſoluant. Item alio modo ea verba interprætari poſſumus. In genere ſtatuendo, vt clerici vectigalia ſoluant; In ſpecie ſtatuendo, vt eccleſiaſticę perſonæ alicuiꝰ loci prædicta præſtent. Tertio modo interprætari poſſumus: in genere ſtatuendo contra omnia priuilegia eccleſiaſtica; In ſpecie ſtatuendo contra aliqua tãtum. Quartò, in genere, vt ſupra, in ſpecie contra aliquam ſingularem perſonam. Quare ſi iudex decernat, vt confugiens ad eccleſiam, inde extrahatur, in pœnam hanc incidet: nihil tamẽ intereſt, quàm interpræ tationem ex his accipiamus; nam ſtatuentes in excommunicationẽ ſemper incident, quandoquidẽ contra libertatem ſemper faciunt; primo caſu excepto, & ob id poteſt epiſcopus cogere ſtatuẽtes, quo declarent ecc. perſonas nõ comprehendi, vt dixit Iacob. de Graff. libr. 4. deciſ. caſ. conſc. in expoſitione Bullę Cœnę Domini. num. 119. ſecutus Lap. & Bal. ab eo citat. etſi nolint, ſed velint etiam perſonas eccleſiaſticas comprehendi, hac pœna afficiũtur.

Quintò afficit excommunicatio hęc ſtatuentes, quacunque ex cauſa id ſtatuant, ob verba illa ex quauis cauſa; vt pote vel ne ſuperbiores ſint laicis; vel quo aliis exemplo ſint, ſi ſtatuãt ipſi pœnas in clericos delinquẽtes. Item, ſi quò Ciuitas rebus abundet, & onera debita ſuſtineat, militibus ſtipendium præbeat, vel ob aduentum Principis ſumptus faciat, ſtatuant, vt pro reb. ſuis vectigalia præſtent; quacunque igitur ratione id ſtatuant, pœnam hanc non euadent, ob verba illa, & quouis quæſito colore.

Sextò afficit excommunicatio hæc, vel ſtatuentes allegent in hoc cõſuetudinem, aut priuilegium; nam, eſto afferant cõſuetudinem eſſe, vt clerici vectigalia ſoluant, vel priuilegiũ in hoc ſe habere, aliudve quid tale, in excommunicationem hanc incident tamen ob verba illa, Ac etiam prętextu cuiuſuis conſuetudinis, aut priuilegii: vel alias quomodolibet.

Septimò

Septimò afficit excommunicatio hæc non ſolum, vbi libertas Eccleſiaſtica omnino tollit, verumetiam,& vbi in aliquo læditur,vel deprimitur, aut aliàs quouis modo reſtringitur, ob verba illa. Vnde libertas Eccleſiaſtica tollitur,ſeu in aliquo læditur,vel deprimitur, aut aliàs quouis modo reſtringitur; tum quòd valet argumentum à toto ad partes.arg.l.quę de tota.ff.de rei ven.tum quòd,qui in aliquo ex dictis offendit,contra Eccleſiaſticam libertatem facit,vt per ſe patet. Quare,ſi ſtatutum fiat, vt Eccleſiaſticæ perſonæ ꝓ ſuis rebus vectigalia ſoluant,ſed nō tantum,quantum laici, tamē pęnam hanc non euadent;nam nihilominus Eccleſiaſtica libertas læditur,ac deprimitur,quandoquidem ad nihil tenentur. Si quoque ſtatuant,vt pro frumento tantum vectigalia ſoluant:nō autem pro vino,& aliis reb. Vel pro iis tantum,quæ ad ipſas Eccleſiaſticas perſonas pertinent, à vectigalibus immunes ſint,nō autem ab iis, quæ ad eorum familiam. Vel ſtatuant,vt immunes ſint à vectigalibus pro iis,q̄ ad diuina facienda pertinent,vt pote ne quid ſoluatur pro calice,miſſali,veſtibus ad diuina facienda pertinentibus,cum emūtur,vel per aliqua loca exportātur,vt exempli gratia.Bononiæ ſericum pannum pro indumentis ad diuina facienda pertinentibus Barbianum vehitur, & quia res talis eſt,Imolæ nihil petitur, ſed pro aliis pānis,quibus ſe clericus induere vult,vectigal petitur,quod mihi contigit; ſanè in excommunicationem hanc incident; quādoquidem libertas Eccleſiaſtica hic lęditur, deprimitur,ac reſtringitur;nam pro nulla re ad vectigalia pręſtanda Eccleſiaſticę perſonę tenentur, & ſic nec pro frumento,nec pro vino,& aliis rebus, quod priuilegium habent non ſolum pro rebus ad victum ſuum pertinentibus,verum etiam,& familię ſuę, & ob id non reſtringitur priuilegium ad ea,quæ pertinent ad diuina tantum facienda.

Octauò excōmunicatio hęc afficit vel indirectè contra libertatem Eccleſiaſticam faciāt ſtatuta,vel tacitè,ob verba illa Directè,vel indirectè,Tacitè, vel expreſſe.Quare,ſi ſtatutum fiat, vt coloni clericorum pro fructibus,quos ex rebus Eccleſiæ colligunt,ac percipiunt,vectigalia præſtent,ad onera ob eadē res Eccleſiæ tam perſonarum, quā rerum obligati ſint, in excōmunicationem hanc incident;nam per obliquum læduntur Eccleſiaſticæ perſonæ, quandoquidē dete-

deteriori conditione ob onera prædicta bona eccleſię locãtur, ad eave colenda difficilius partiarii coloni inueniuntur.

Poſtremò excommunicatio hæc afficit, eſto ſtatuta hęc fiãt contra Eccleſiaſticas perſonas, quæ excommunicatę, interdictæ, ſuſpenſæve ſint; nam nihilominus in excommunicationem hanc incidunt; tum quod reſtringitur libertas Eccleſiaſtica, vt per ſe patet, quod eſt cõtra Bullam hanc; tum quòd cenſuris irretiti ſua priuilegia non amittunt, vt probauimus in Tractatu noſtro de Cenſuris, capit. 13. §. 15. num. 7. cum multis ſeq. Tabula. 1. Hi omnes ergo in excõmunicationem hanc incident, eſto ſtatutum nondum vſu receptũ ſit, & ex eo nihil ſit iudicatum; iam eos explicemus, qui pęnam hanc euadunt; id quod in ſequẽti tractabimus. 1

SVMMA.

1 *Statutum faciens conta libertatẽ Eccleſiaſticam quando in excommunicationem non incidat.*

2 *Statutum faciens, vt in funeribus, in primis miſſis tot ſumptus non fiant, & tot religiones vocentur, & cruces adſint, an in excommunicationem incidat.*

IV.

§ Statuta facientes contra libertatẽ Eccleſiaſticã quãdo in excommunicationem inciderent, vidimus, modò videamus, qui in eam non incidant. † Primum igitur in excommunicationem hanc non incidit Romanus Pontifex, ſi quid contra libertatem Eccleſiaſticam ſtatuat; tum quod ipſum excommunicare nemo poteſt, vt dixit Inno. in c. qđ in dubiis. de ſenten. excomm. & Abba. in cap. vniuerſitatis. eod. in fine; tum quòd ſtatuto, quo excommunicatio fertur, ſtatuẽs non obligatur, vt hæc nos abundè probauimus in Tractatu noſtro de Cenſuris Cap. 2. §. 8. Ta 1. atque ſic dixit Mar. Soci. Sen. in c. nouerit. numer. 7. verſi. Sed circa hoc dubitatur. de ſentẽ. excom. Ac planè, vbi ſtatuit contra priuilegia à ſe, ab Imperatoreve conceſſa, dubitationem nullam res hæc habet: nam præeſt Imperatori, præeſt & ſuo iuri. arg. c. propoſuit. de conceſſ. præben. & qui legem tulit, etiam eam tollere poteſt, vt dixit Gloſſ. in c. maior, de maior. & obedien. cum ſimil. Quoad priuilegia verò à Deo conceſſa dubitat Soci. quãuis demum nec in hoc caſu in excommunicationem incidere cẽſeat; quæ opinio veriſſima eſt, quandoquidem excommunica-

tio hæc à iure poſitiuo lata eſt, cui ipſe non ſubiicitur.arg.cap. propoſuit.de conceſſ.præben.& l digna vox.C. de leg. quamuis ſi ſine cauſa id faciat, à peccato immunis non ſit, vt alibi diximus.

Secundo loco in excommunicationem hanc non incidunt ſtatuentes,vbi de licentia,& cōſenſu Romani Pontificis id faciunt ob rationes proximè allatas,nam à ſua pœna quem eximere Romanus Pōtifex poteſt. Atqui an Romanus Pontifex cōcedere poteſt,ne in excommunicationem incidat clericum percutiens? Abb.ſic diſtinguit. Aut Romanus Pontifex id ſine cauſa facit, & in hoc caſu id facere ipſum non poſſe ait, quandoquidem dehoneſtaretur vniuerſalis Eccleſiæ ſtatus, propterea quòd Eccleſiaſticæ perſonæ cōtemnerentur. Aut cum cauſa, & tunc id poſſe ſenſit, hancque opinionem communiter receptā eſſe teſtatur Mar. Socin. Sen.in cap.peruenit.num.395.verſi. & prædicta etiam faciunt ad deciſionem.de ſentē.excom.Hoſtiē. autem ſimpliciter Romanū Pōtificem id poſſe ait.Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum,& has opiniones inter ſe ſic conciliandas eſſe cenſeo. Aut quæritur,an Romanus Pōtifex tollere poſſit, ne qs violentas manus in Eccleſiaſticam perſonam iniiciens in excōmunicationem incidat,c.ſi quis ſuadente diabolo.17.q.4.& in hoc caſu opinionem Hoſtien.veriſſimam cenſeo; nam pœna illa à Cōcilio lata eſt,ſupra quod Romanus Pontifex eſt,vt antea vidimus in cap.1.ergo illā tollere poteſt. Aut quæritur, an peccet hoc faciendo, & in hoc caſu ſic diſtinguo. Aut ex iuſta cauſa id facit,& tunc non peccat,nam in multis caſibus id feciſſe legim⁹ in c.ex tenore,& in aliis iuribus. de ſentent.excom. ergo ſi cauſa adſit,omnino ipſam tollere poteſt;valet enim argumentum de toto ad partem; & è contrario. arg.l.quę de tota.ff.de rei vind. Aut ſine cauſa id facit, & tunc ſecus, & in hoc caſu ſententia communis locum habebit.Quę diximus autem de hoc priuilegio clericorum,de aliis priuilegiis hoc quoque ſentimus.

Verum quid de Imperatore, an priuilegia à ſe conceſſa adimens in excommunicationem hanc incidet? Ego ſentio,vbi à Romano Pontifice probata non ſunt,in excommunicationem ipſum non incidere: ſecus autem ſi ſint approbata,vt ſua;nam etſi ſuis legibus nemo obligatur, tamen,ex quo à Romano Pontifi-

ce probata ſunt, Eccleſiaſtica facta eſſe cenſentur.arg.l. unic. C.de veter.iur. enucl. Præterea pœna excommunicationis ab Imperatore lata non eſt,ita igitur ſentio,ſaluo,& cęt.

Tertiò in excommunicationem hanc non incidunt, vbi ſtatutum illud non promulgaſſent; nam ante promulgationem nec obligat, nec operatur, vt habetur,in cap.in iſtis.§. leges inſtituuntur.d. 4. Prętera in Bulla dicitur fecerint, ordinauerint, & publicauerint, ergo ob copulam illam Et,concurrere omnia illa debent.argu.l.ſi hæredi plures.ff.de cognit.inſti.Poſtremò ſumus in pœnis,ergo benignior interprętatio facienda eſt. arg. c.odia,& c.in pœnis.de reg.iur. lib.6.& l.interprætatione. ff. de pœn.multo minus ergo in pœnam hanc incident, qui ſtatuta huiuſmodi facere cęperunt, & deinceps deſierunt;prętertim ꝙ verbum illud,fecerint rem perfectam ſignificat per l.3.§. hæc verba.ff.de neg.geſt.not. Felin. in c.nouerint.num.4.verſi.Item adde,de ſenten. excomm.

Quartò in excommunicationem hanc non incidunt, vbi ex ignorantia probabili ſtatutum huiuſmodi faciunt, ignorantes ipſum eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam.argu.c. fin.de conſtit.lib.6.& c.Apoſtolicę.de clerici.excō.min. in antiq. atque ſic dixit Mar.Socin.Sen. in eod.ca. nouerit.numer.16. verſi. Circa quartum,iunct.num.15.& Iaco. de Graff.lib.4.Deciſ.Caſ.conſc. in expoſitione Bullę Cœnæ Domini.nu.122.Quare ſi in aliquo Oppido,& Villa, vbi de Conſilio ſunt tantum ruſtici,& litterarum imperiti aliquid tale nō dolo malo ſtatuatur,ſtatuentes in excommunicationem hanc nō incident;nam mortiferè nō peccant,& ob id in excommunicationem non incidunt. arg. c.nemo Epiſcoporum,& ca. nullus, 11.q.3.atque ſic dixit Inn.in cit. cap.nouerit,propè finem.Si itidem ſtatuentes peritos DD.cōſuluerunt,an id,quod ſtatuunt, contra libertatem Eccleſiaſticā ſit,nolētes eam offendere, & ipſis reſponderint,nihil in ſtatuto contra libertatem Eccleſiaſticā eſſe,ſtatuentes in excommunicationem hanc non incident, eſto aliquid ſit contra libertatem Eccleſiaſticam;nam ignorātia maximè probabili laborant;ex quo quantum ipſos decuit, fecerūt, & neque apud Deum,neq.apud Eccleſiam Eccleſiaſticam libertatem offendunt, atque ſic aſſeruit Caieta.in Sum. in verb Excommunicatio.capit.31.verſic. Quartò not.& Nauarr. in Man.

cap.27.num.119.verſi. Quarta. Quarè,vbi ignorant,an quidpiã ſit contra libertatem Eccleſiaſticam,cautione hac vti poterunt, quod dubitationem omnem tollant. Et ſi in ſtatutis per nos editis aliq̃d inſit,quod directè, vel indirectè,tacitò,vel expreſſe,in totum,vel in partem cõtra libertatem Eccleſiaſticam ſit, ex nũc ſtatuta talia caſſamus, tollimus, & pro caſſis,irritis, & nullis haberi volumus; nam quòd dolo carent, in excommunicationem hanc non incidunt. Quæ tamen cautio non proderit iis, qui ſcirent aliquid eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, nec etiam ad euitãdam excommunicationem eius c.nouerit.de ſentẽ.excom.vt tradunt DD. ibi & Mar. Socin.Sen.

Quintò in excommunicationem hanc non incidunt,qui Eccleſiaſticam libertatem offendunt de facto, nulla ordinatione,ſtatutove facto, vt exempli gratia q̃s de Eccleſia extrahit, qui ad ipſam confugit; planè in excommunicationem hic nõ incidet,ſi ſtatutum ibi non ſit,vt liceat ad Eccleſiam confugientẽ inde extrahere;Bulla enim loq̃tur ſolum de offendente ſtatutis faciendis,atque ſic ſenſit Gl. 1.in c.cum pro cauſa.de ſent.excomm.& ſequuntur DD.nõnulli,ac Mar.Soci.Sen.qui ipſos refert in ca.nouerit.nu.5. verſi.Et ex prędictis infertur.

Sextò in excommunicationẽ hanc non incidit Vniuerſitas, q̃ ſtatutum huiuſmodi fecit; nam Vniuerſitas excõmunicationis capax non eſt, vt habetur in ca. Romana.§.in vniuerſitatem. de ſenten.excom.lib.6. & vt nos in Tractatu noſtro abundè id egimus,& in prima parte hui⁹ operis; extraordinaria igitur pœna punietur.

Septimò in excommunicationem hanc non incidunt, qui ſtatutis offendunt,ſeu violant priuilegia conceſſa alicui ſpeciali eccleſię;nam tunc non violatur libertas Eccleſiaſtica,ſed eius eccleſię: at in excommunicationẽ hanc quis incidit,vbi violat priuilegia cõceſſa Eccleſiæ vniuerſali,ita Inn. inquit in c. nouerit, quem ſequuntur Felin. ac DD. de ſenten.excomm. & Tho.Zerola in ſua Prax.Epiſco.in verb. libertas Eccleſiaſtica.In ſequentem tamen incidunt.

Poſtremò in excommunicationem hanc non incidunt, vbi ſtatutum hoc animo,ac propoſito factum non eſt cõtra Eccleſiaſticam libertatem, & ſic non eſt de eo,quod per ſe,& ſua natura Eccleſiaſticæ libertati derogat,eſto per accidens aliquid offendatur

fendatur Eccleſia, vt aſſeruit Caietan. in Sum. in verb. Excōmunicatio, cap. 31. verſi. Sextò not. & Nauar. in Man. cap. 27. nume. 120. verſi. Nona; & Abba. in ca. fin. de reb. Eccle. non alien. in fine, & Iacob. de Graff. lib. 4. deci. caſ. conſc. in expoſitione Bullæ
2 Cœnæ Domini. nu. 121. †Quare ſi ſtatuto cautum ſit, ne in honorem familiæ in funeribus, in nuptiis, in primis miſſis tot ſumpt⁹ fiant, ſed moderati, & ad formā à ſtatuto traditam; & hoc ob eā rationem, ne grauiſſimis ſumptibus inanis gloriæ cauſa familiæ ſe exhauriant, ſtatuentes in excommunicationem hanc non incident; quandoquidem ad oſtentationem tollendam, & bonorum iacturam vitandam, non autem ad Dei honorem minuēdum, Eccleſiaſticamve libertatem offendendam ſtatutum factum eſt, atque ſic ſenſit Abba. ibid. & Iacob. de Graff.

Excipitur tamen, vbi de reb. iis ſtatuerent, quæ per ſe ad Dei laudem, animarumque ſalutem pertinerent, vt exempli gratia, ſi ſtatuerēt, ne pro mortuo niſi tot miſſæ celebrarentur; nam ſtatutum hoc non valeret; quandoq; dem & diuino cultui, & animarum ſaluti derogat, vt habetur in cap. fin. de rebus Eccleſi. non alien. & vt dixit Caietan. ibidē. De his autem ſtatutis, & de hac materia libertatis Eccleſiaſticæ agunt Felin. ac DD. in ca. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſti. Sed de prima parte huius partis ſatis, ad alteram partem veniam⁹, in qua excommunicantur, q. dictis ſtatutis vſi fuerint; quare & de hoc regulam infra ponemus.

S V M M A.

1 *Statutis contra libertatem factis vtentes in excommunicationem incidunt.*

V.

§. De iis, qui vtuntur ſtatutis cōtra libertatem Eccleſiaſticam agēdum nobis propoſuimus; iam igitur regulā de ipſis more noſtro ponamus.

1 In excommunicationem hāc ergo incidunt, †qui dictis ſtatutis contra libertatem Eccleſiaſticā vtuntur, vt habetur in verſi. Vel factis, & ordinatis vſi fuerint, & cæt. Quare iudices, ſi in loco extet ſtatutum, vt Eccleſiaſticę perſonę pro ſuis rebus vectigalia ſoluant, in excommunicationem hanc incident, ſi ob id contra Eccleſiaſticas perſonas, vbi caſus contingit, ſententiā tulerint, & ad vectigalia ſoluenda obligatas eas eſſe declararint; ſi itidem publicani beneficio

ficio ſtatuti vſi fuerint, in eãdẽ pœnam incident. Vel igitur in iudicio, vel extra iudicium ſtatutis huiuſmodi vtantur, in excõmunicationem hanc incident. Quæ excommunicatio, quoniã iiſdem modis, quibus ſuperior, declaratur, ob eam rem ad tertiam partem trãſeamus. Et quoniam in ipſa excommunicantur, qui offendunt iura Apoſtolicæ ſedis, & aliarum eccleſiarum; ob eam rem & hic regulam ponamus: id quod in ſequenti faciemus.

SVMMA.

1 *Statutum facientes, vnde præiudicatur Romano Pontifici, & iurib. Apoſtolicæ Sedis, necnon iurib. quarumcunque Eccleſiarum, in excommunicationem incidunt.*

2 *Materia huius Capitis iure antiquo quoque acta eſt.*

VI.

§ De facientibus ſtatuta, vnde præiudicium fit iuribus Romani Pontificis, & Apoſtolicæ Sedis, necnon aliis Eccleſiis, hic videndum eſt; quare & hic regulam de his ponamus.

In excommunicationem hãc
1 ergo † incidunt, qui ſtatutum fecerint, vnde prĕiudicetur Romani Pontificis iuribus, & dictæ ſedis, vel iuribus quarumcunque aliarum Eccleſiarũ, vt habetur in ver. Seu noſtris, & dictę ſedis. Quæ excommunicatio eiſdem modis declaratur, quibus ſuperiores regulæ. Differt tamen ab illis, quoniam in prædictis caſibus excommunicantur, qui ſt a tuta faciunt contra priuilegia communia conceſſa omnib. Eccleſiis, & Eccleſiaſticis pſonis. Hic autem excommunicantur, qui faciunt ſtatuta contra priuilegia præcipua, ac propria hui⁹, vel illius Eccleſiæ; quamuis in cap. nouerit. de ſentẽt. excomm. per illud ius id non caueri *DD.* communiter ſenſerint, & Caietan. & Naua. in cit. locis. Differt etiam in hoc a prædictis, quoniam ſupra agitur de offendentibus Eccleſiaſticã libertatem, hic autem de omnibus iurib. nã indefinitè loquitur, ergo indefinitè, & generaliter intelligi debet. Quare ſi vna Eccleſia ius habet colligendi decimas in alterius Parochia, vel ex præſcriptione, vel ex cõſuetudine, vt eſt Arimini, vbi decimæ prædiorũ quæ ſunt in alterius Parochia, ex parte præſtantur parochis, & Eccleſiis, à quibus Domini p̃diorum ſacramenta recipiunt; Epiſcopus ſuo ſtatuto ius hoc tollere non poteſt, niſi hi conſentiant, quorum intereſt, dummo

do

do cõſentire in hoc poſſint. Idẽ, etſi in aliis iuribus præiudiciũ facere voluerit. Differt quoque quoniam ſupra excommunicantur ſtatuẽtes contra libertatem Eccleſiaſticam tam perſonarũ, quàm rerum. Hic autem ſtatuentes contra ius Eccleſiarum, vt per ſe patet. Differt demum etiã in hoc, quoniam ſupra excommunicantur, qui ſtatuũt contra priuilegia Eccleſiæ conceſſa tam à Deo, quàm à Romano Pontifice, & ab Imperatore. Hic autem, qui ſtatuunt contra iura, à quocunque illa habuerint, modo ea concedẽdi facultatem haberet.

2 Atqui de Capite hoc ſatis,† ſi illud addiderim, & iure antiquo prohibitum id fuiſſe excommunicatione propoſita, ne quis libertatem Eccleſiaſticam offenderet, ſcilicet. Primo iure ciuili, in auth. caſſa. C. de ſacroſan. Eccl. vbi ſtatuta hæc nulla redduntur, & ſtatuentes puniuntur, vt ibi habetur, quæ differt ab hac Bulla pręter alia, & quo ad pœnam. Item iure canonico in ca. nouerit. de ſentent. excom. nam ibi excommunicantur, qui ſeruare faciunt ſtatuta edita, & cõſuetudines introductas contra Eccleſiaſticam libertatem. Itẽ, qui ſtatuta huiuſmodi faciunt. Tertiò, qui ea ſcripſerunt. Quartò, qui ſecundum ea pręſumpſerint iudicare. Poſtremò, qui iudicata in publicam formam ſcribere præſumpſerint. Qui canon in aliquibus latius prouidet, in aliquibus arctius, quàm Bulla, vt ex dictis, & ex eo iure percipi poteſt. Se habent igitur inter ſe ſicut excedens, & exceſſum. De hac quoque re agitur in ca. grauem, eod. de ſent. excomm. Sed iam ad aliud caput veniamus.

De excommunicatione lata contra impedientes Iudices Eccleſiaſticos, quo minus ſua iuriſdictione Eccleſiaſtica vtantur, & contra eos, qui ab ipſis Iudicibus Eccleſiaſticis ad ſeculares iudices confugiunt, & contra ipſos aliquid decerni curãt. Cap. XVI.

Necnõ, qui Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſq; ſuperiores, & inferiores Prælatos, & omnes alios quoſcunq; iudices Eccleſiaſticos Ordinarios quomodolibet impediunt, quo minus ſua iuriſdictione Eccleſiaſtica cõtra quoſcunque vtantur, ſecundum quod canones, & ſacræ Conſtitutiones Eccle-

cleſiaſticæ, & decreta Conciliorum generalium, & p̄ſertim Tridentini ſtatuunt. Ac etiam eos, qui poſt ipſorum ordinationum, vel etiã ab eis delegatorum quorumcunque ſentẽtias, & decreta, aut aliàs iudicium eludentes ad Cancellarias, & aliàs Curias ſeculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata etiã penalia ordinarijs, aut delegatis prædictis decerni, & cõtra illos exequi procurant. Eos quoque, qui hæc decernunt, & exequuntur. Seu dant auxilium, conſilium, patrocinium, & fauorem in eiſdem.

S V M M A.

1 *Impedire quid ſit.*
2 *Impedire aliquid quot modis contingat.*
3 *Iuriſdictio Eccleſiaſtica quid ſit.*

IN prima parte huius capitis, quod diuiditur in quatuor partes, quarum ſecunda incipit ibi. Ac etiam eos. Tertia ibi eos quoque. Quarta ibi Seu dant auxilium; in prima in quã parte excommunicantur, qui impediunt iudices Eccleſiaſticos, quo minus ſua iuriſdictio ne Eccleſiaſtica ſecundum Canones vtantur; quam rem vt dilucidiorem habeamus, ſicut etiam reliquas partes huius Capitis præmittenda nonnulla ſunt. Primũ, quid ſit impedire, quot modis contingat quem impediri, quibus rationibus contingat impediri. Item pręmittendum eſt, q̄d ſit Iuriſdictio Eccleſiaſtica, in q̄bus verſetur, & de qua hic agatur.

1 Quoad primum igitur† Impedire nil aliud eſt, quàm aduerſarium aliquod opponere, quãob rem quis id, quod volebat, facere non poteſt, vt colligitur ex dictis à nobis antea in Cap. VIII. num. 1.

2 Hoc autem duobus modis † contingere poteſt, ſcilicet & de iure, & de facto; de iure, vbi q̄s legitimè impedit: in quam ſentẽtiam hic non accipitur; nã Bulla prohibet ſolum, ne impediãtur eccleſiaſtici iudices, quo minus iuriſdictione ſua vtantur ſecundum canones; at qui iuſtè ipſos impediunt, tunc non impediũt; ſi enim iuſtè ipſi impediunt, illi iniuſtè iuriſdictione vtuntur, & ſic contra canones. De facto vero

ro, vbi quis iniuſtè impedit; & in hanc ſententiam hic accipitur; nam Bulla iniuſta, non iuſta punit.

Modi autem impediendi duplicis generis ſunt; nam iudices Eccleſiaſtici aut volentes impediuntur, aut inuiti. Volentes aut ducti præmio, aut præcibus, aut amore, & huiuſmodi; his enim rationibus iudices ſæpius ſubornantur, & ad aliquid contra iuſtitiam faciendum mouentur. arg. Clem. 1. §. verum. de hæret. & c. 1. de re iud. lib. 6. in quã ſententiam hic non accipitur; nam ratione hac impediendo quis propriè non impedit. argu. l. fin. C. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit, & l. fin. ff. eod. iuncto ipſo tit. etenim per vim id factũ non dicitur, vt habetur in proximè cit. l. fin. nam prohibens alicui, ne teſtamentum faciat, vt mutetve per vim, aut metum in pęnam incidit, vt habetur in citat. tit. quam pœnam tamen euadit. qui præcibus impetrauit, vt in citat. iuribus habetur. Inuiti vero aut vi, aut metu. argu. c. vnic. de iis, quæ vi, metuſve cauſa fiunt. Et in hanc ſententiam impedire hic accipitur. Quod fit aut damnum vitæ, reive familiaris ſuæ, ſuorumve inferendo, exẽpli gratia, aut occidendo, aut mutilando, aut in carcerem coniiciẽdo, aut vulnerando, & id generis. aut auferendo eius bona, aut ꝓhibendo, ne quis ſuos fundos colat, neve quis ab ipſis emat, & id generis, aut metum huiuſmodi iniiciendo. arg. c. quicunque. de ſentent. excommun. libr. 6. & ca. fin. de immunit. Eccleſiar. eod. lib. & ca. grauem. de ſentent. excommun. in antiqui. Ea vero, in quibus impediũtur, triplicis generis eſſe poſſunt. Aut ne fiant ea, quæ ad iuriſdictionem pertinent; aut ne facta executioni mãdentur: aut quæ executioni mãdata ſunt, vt reuocentur, vt de primo, & tertio habeт̃ apud Trident Synod. ſeſſ. 25. cap. 3. verſi. Nefas autem ſit. De reform. Nefas ſit ſeculari cuilibet magiſtratui, dicitur enim ibi. prohibere eccleſiaſtico iudici, ne quem excommunicet, aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet. Hæc ibi, ex quibus duo dicta probantur, primum ſcilicet, & tertium, quod tertium probatur etiam in cit. c. vnic. de iis, quę vi, metuſve cauſa fiunt, libr. 6. vbi excommunicatur, qui vi, metuve abſolutionem, reuocationemve cenſuræ latam obtinet. Secundum autem habetur ſupra, cap. 14. vbi multa, quæ de iudicibus Apoſtolicę Sedis dicta ſunt, ad caput hoc noſtrum explicandum pertinent: ſed de

primo ſatis, ad aliud veniamus.

Iuriſdictio igitur Eccleſiaſti-
3 ca † generatim ſumpta eſt iuriſdictio ad iudicandum à Chriſto Domino ad fidelium ſalutem tributa.

Dixi Iuriſdictio, pro genere; nam dicitur de iuriſdictione Eccleſiaſtica, & de laica, vt per ſe patet.

Dixi Ad iudicandum; nam iuriſdictio dicta eſt à Ius, & Dico, ius autem dicere nil aliud eſt, q̃ iudicis partes agere, & iudicare, arg. l. pen. ff. de iuſtit. & iur.

Dixi A Chriſto Domino inſtituta; nam, vel fori pœnitẽtiæ, & ob id interioris iuriſdictionẽ, vel exterioris inſpiciamus, vtraque à Chriſto Domino tributa eſt. Fori pœnitentię, quando in ſufflauit in diſcipulos ſuos dicẽs: Accipite Spiritum Sanctũ, quorum remiſeritis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis, retẽta ſunt, vt habetur apud S. Ioann. cap. 20. Fori autem exterioris per ea verba, quę habẽtur apud San. Matthæum. capi. 18. Quęcunque alligaueritis, ſuper terram, erunt ligata & in cœlis; & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis.

Dixi demum Ad ſalutem fidelium; nam quæcũque operatus eſt Chriſtus Dominus, ad ſalutẽ noſtram operatus eſt; etenim ob hanc rationem, & de cœlis deſcendit, vt habetur in Symbolo Niceno ibi, Qui propter nos, & propter noſtram ſalutem deſcẽdit de cœlis. Ex his iam patet iuriſdictionem Eccleſiaſticam duplicem eſſe, alteram fori pœnitentiæ, alteram fori exterioris. Quoad rem noſtram autem hic nomine iuriſdictionis Eccleſiaſticę accipitur iuriſdictio fori exterioris, vt ex capite ipſo habetur, non enim in foro pœnitẽtiæ, ſententia à ſacerdote lata, recurrunt pœnitentes ad Cancellarias, & ad alias curias ſeculares ob ſententias à ſacerdote latas, quod ne fiat, hic prohibetur, de iuriſdictione Fori exterioris igitur hic agi concludendum eſt. Quę iuriſdictio verſatur in iudicando, in excommunicando, cẽſuraſque aliàs ferẽdo, in corrigendo, in recipiendo iuſiurãdum à vaſallis, in confirmãdo, in inſtituendo, in beneficiis conferendis, adimendis, & in ſimilibus, vt inquit Glo. communiter recepta in c. tranſmiſſam. de elect. His ſic præmiſſis iam regulam ponamus: id quod in ſequenti prę ſtabimus.

SVMMA.

1 *Impediens Iudices eccleſiaſticos, quò minus iuriſdictione vtantur,*

tur, in excommunicationem incidit: qua excommunicatio, quouſque pateat, declaratur.

I.

§. Præmiſſis: quę diximus, iã regulam de more ponam⁹.

1 †In excommunicationẽ hãc igitur incidunt, qui Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſq. ſuperiores, & inferiores Pręlatos, & omnes alios quoſcunque iudices Eccleſiaſticos impediunt, quò minus ſua iuriſdictione vtãtur, vt habetur in initio huius Capitis.

Quę excommunicatio multis modis declaratur. Nã primò afficit quoſcunque impediẽtes ob relatiuum illud Qui, quod refertur ad antecedens illud Caput, quod incipit Excommunicamus omnes, & cæte. ex quo enim omnes excommunicantur, ergo nemo excluditur. arg. l. Iulianus. ff. de legat. 3. & facit Gl. 1. in Clemen. 1. de ſepult. Quare vel publica pſona ſit, vel priuata, vel Eccleſiaſtica, vel ſecularis, & idcirco vel Imperator, vel Rex, vel Dux, vel Marchio, vel Patriarcha, vel Archiepiſcopus, vel mulier, vel vir, in excommunicationem hãc incidet, ita Nauar. in cap. 27. num. 70. vbi ſentit hos prælatos Eccleſiaſt. tunc cõprehendi, quãdo auctoritate laica iudiciali id faciunt.

Item afficit excommunicatio hæc impedientes, quoſcunq. iudices impediant, cum ob dictionem illam Omnes; tum ob illam Quoſcunque, quæ neminem excludunt, vt habetur in ca. ſolitæ, propè finem. de maiorit. & obedie. Quare, qui aut impedit Cardinales, ne ſua iuriſdictione in Eccleſia ſua titulari vtantur, in qua iuriſdictionem Epiſcopalẽ habent. argu. ca. his quæ. & ibi DD. not. de maiorit. & obedien. Aut Epiſcopos cuiuſcũque ſpeciei ſint, in ſua diœceſi. Aut Patriarchas, Archiepiſcopoſve, ne in ſuis prouinciis, aut alios inferiores iudices ordinarios, vt Abbates, ſicut etiam Generales, & Prouinciales Ordinum. Aut legatos è latere, aut Nuncios, in excommunicationem hanc incidit. Item & qui Epiſcoporũ Vicarios; nam & hi Prælati nomine continentur, vt dixit Pau. Fuſch. lib. 1. de Viſit. & Regimi. Eccl. capi. 15. num. 32. & pertinent huc dicta à Panormitan. in c. cũ ab Eccleſiarum. de off. ordinar. nam Bulla excommunicat etiã impedientes ſuperiores Archiepiſcopis, & Epiſcopis, cuiuſmodi ſunt Legati è latere, & Nũcii, Patriarchæ, & Cardinales, & inferiores ipſis Epiſcopis, & Archiepiſcopis, cuiuſmodi sũt Ab

bates, Priores, Generales, & Prouinciales Ordinum. Item omnes alios quoſcunque iudices ordinarios, cuiuſmodi ſunt Vicarii, qui ordinariam iuriſdictionem & ipſi habent.

Verum quid de iis, qui Epiſcopi electi, ac confirmati ſunt, ſed nondum conſecrati, qui tamen iuriſdictionem hanc habent, vt tradidit Gloſſ. communiter recept. in cap. tranſmiſſum. de electi. libr. 6. an ipſos impediens in excommunicationem hanc incidet. Planè concludendum eſt & ipſum in excommunicationem hanc incidere, quandoquidem priuilegium hoc non ſolum Epiſcopis conceſſum eſt, verum etiam & aliis prælatis, & aliis Iudicib. Eccleſiaſticis ordinariis, vt habetur in Bulla, in quorum numero ſine dubitatione hi ſunt ex quo poſt confirmationem iuriſdictionem habent, vt ait Glo. communiter recepta in c. tranſmiſſam. de elect.

Tertiò afficit excommunicatio hęc impedientes, quacũque ratione impediant, ob aduerbiũ illud Quomodolibet. Vel igitur vi, vel metu, vt antea præmiſſimus. vel per ſe, vel per alios impediant, in pœnam hanc incidant, ex quo generaliter Bulla loquitur. Item vel impediant, ne quid agant, vel ne actum executioni mandetur, vel vt executioni mandatum reuocetur, vt antea præmiſſimus; qua ratione autem quis impediatur, ne executioni mandetur, haberi etiam poteſt ex Cap. xiv. huius Bullę.

Quartò afficit excommunicatio hæc impedientes, in quoſcunque iuriſdictione Eccleſiaſtica prędicti iudices vtantur, ob verba illa; Contra quoſcunque, quod verbũ generale eſt, vt habetur in c. ſolitæ, in fin. de maio. & obedien. Vel igitur ne cõtra Eccleſiaſticas perſonas, vel ne contra laicos quoſcunque, vel ne contra Vniuerſitates vtantur iuriſdictione, quis impediat, in excommunicationem hanc incidet.

Poſtremò afficit in quocunque actu impediant, vel ne citatio fiat, vel ſequeſtrum, vel miſſio in poſſeſſionem, vel pignus accipiatur, & ad ſummam ne iuriſdictio exerceatur, vt dicitur in Bulla. Sed iam, qui pœnã hãc euadunt, explicemus, quod in ſequen. faciemus.

S V M M A.

1 *Impediens iudicem Eccleſiaſticũ, quo minus ſua iuriſdictione vtatur, quando in excommunicationem non incidat.*

§. Qui

II.

§ Qui in excommunicationẽ incidunt ob id, quod impediunt iudices Eccleſiaſticos, quo minus ſua iuriſdictione vtã tur, vidimus; iam quando in excommunicationem nõ incidũt, videamus.

1 Primum igitur in excommunicationem hanc nõ incidit, qui delegatum iudicẽ impedit; nam Bulla loquitur ſolum de impediẽtibus ordinarios iudices; declarat hoc nomen illud Ordinarios, ergo ſecus de impedientibus delegatos, limitata enim cauſa limitatum producit effectum. argum. l. in agris. ff. de acquir. rer. domin. & l. cum prętor. ff. de iud. & c. non ne. de præſumpt. prȩſertim quod ſumus in pœnis, atque idcirco à verbis Bullæ diſcedendum non eſt. argu. c. in pœnis. de regu. iur. libr. 6. & l. interprętatione. ff. de pœ. & iuriſdictio ordinaria fauorabilis eſt, vt ſenſit Gloſſ. communiter recept. in Clem. 2. in verb. Nolumus. de off. ordi. Repugnare tamen videtur verſiculus ſequens: quare id cogita, ego exceptionem hanc non probo.

Secundò in excommunicationem hanc non incidit impediẽs prædictos iudices, ne iuriſdictione profana vtantur; nam Bulla excommunicat ſolum, qui impediunt ipſos, ne iuriſdictione Eccleſiaſtica vtantur, ergo ſecus, ſi, ne profana, eoſdem impediãt, ob rationes proximè allatas. Quare impediens Imolenſem Epiſcopum, ne iuriſdictione profana in homines Bagnarię vtatur, in excommunicationẽ hanc non incidet; eſto ob Epiſcopatũ iuriſdictionem illam habeat.

Tertiò in excommunicationem hanc non incidit, qui impedit iudices alios Eccleſiæ, qui iuriſdictionem Eccleſiaſticam nõ habent; nam Bulla loquitur ſolũ de habentibus iuriſdictionẽ Eccleſiaſticam; non igitur in pœnam hãc incident, qui impediũt Gubernatores terrarum, Comiſſarios, Præſides Eccleſiæ, quo minus ſua iuriſdictione laica vtantur, eſto ipſæ perſonæ Eccleſiaſticę ſint.

Quarto in excommunicationẽ hanc non incidit, vbi eos impedit, ne vtantur iuriſdictione cõtra canones, nam Bulla punit ſolum impedientes, vbi impediũt iuriſdictione vtentes ſecundum canones: ergo ſecus ſi contra canones vtantur; valet enim argumentum à contrario ſenſu, vt habetur in le. 1. & ibi DD. not. ff. de off. eius. Quare ſi quis ipſos impediat, vel quòd ſunt notoriè excommunicati, denunciati uè, necnon à iuriſdictione ſuſpenſi, quo caſu iuriſdictionis vſum nõ

habent,

habẽt,& ab ipſis acta nulla ſunt, vt habetur in ca.ad probandum, & ibi communiter not.de re iudi.in excommunicationẽ hanc non incidunt. Si quoque ob id, quòd ſubditi eius non ſunt, quo caſu tunc priuatæ perſonæ exiſtimantur.argu.c.fin.de conſtit. lib.6.& l.fin.ff. de iuriſdict. om. iud.tantundem. Si itidem,quòd cauſæ,quas agunt,ad iuriſdictionem ſuam non pertinent, vt pote quia aut cauſæ ſpirituales nõ ſunt,vel perſonæ, in quas iuriſdictionem exercent,non ſunt Eccleſiaſticæ. Vel eſto cauſæ Eccleſiaſticæ ſint, tamen ad ſuam iuriſdictionem non pertinent ; Bulla enim punit impedientem, ne ſua iuriſdictione vtatur, non autem ne aliena; in his omnibus caſibus pœnam hanc euadet,ſicut etiam in cauſis mixtis, vt crimen vſuræ,adulterium, & huiuſmodi,ſi iudex laicus eccleſiaſticum præuenerit,non dicitur impedire; nã in his cauſis locus eſt præuentioni,vbi à laico cõmittuntur,vt dixit Abba. in c.1.nu. 3.de fortil.atque ſic dixit Iacob. de Graff.libr.4. deciſ.caſ.conſc. in expoſitione Bullæ Cœnę Domini.num.126.cum ſequẽ.ſicut etiam ſi impediret, vbi non ſeruarent formam traditam ꝑ canones,& à Trident. Synod.cap. 20.de reform.ſeſſ.24.Et ad ſummam,vbi de iure ipſos impedit, vel modis legitimis,ideſt remediis à iure inuentis, vt appellatione;nam in omnibus his caſib. impediunt vtentes iuriſdictione contra canones; Bulla verò excommunicat, qui impediunt vtentes ea ſecundum canones.

Poſtremò in excommunicationem hanc non incidit, ꝗ aut præcibus, aut præmio impedit, quo minus ſua iuriſdictione vtatur, ob ea,quæ in præmiſſis diximus: Quare ſi Epiſcop⁹ aliquid contra laicum facit, & iudex ſecularis eũ hortetur, ne id agat, in excommunicationem non incidit,vt dixit Iacob.de Graff. li. 4.deciſ.caſ.conſc.in Expoſitione Bullæ Cœnæ Domini. num. 124. Sed iam ad alteram partẽ huius Capitis veniamus.

Verſ. Ac etiam eos, qui poſt ipſorum ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum, quorumcunque ſententias, & decreta,aut aliàs iudiciũ eludentes,ad Cancellarias, & aliàs Curias ſeculares recurrunt,& ab illis prohibitiones, & mandata etiam pœnalia ordinarijs,aut delegatis prædictis decerni,

&

& contra illos exequi procurant.

S V M M A.

1 *Recurrentes à decretis iudicũ Eccleſiaſticorum ad iudices ſeculares in excommunicationem incidunt: qua excommunicatio, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Recurrentes à iudicibus Eccleſiaſticis ad iudices ſeculares quando in excommunicationem non incidant.*

3 *Curantes, vt mandata fiant iudicibus Eccleſiaſticis à ſecularibus, in excommunicationem incidũt.*

IN hac ſecunda parte huius capitis duo genera hominum excõmunicantur. Quare duas regulas ponamus.

In excommunicationem hãc
1 igitur† incidunt primò, qui poſt ſententias, & decreta, & alia huiuſmodi iudicum Eccleſiaſticorum, ordinariorum, & delegatorum recurrunt ad Cancellarias, & alias Curias ſeculares, & curant per ipſas, vt prohibitiones decernantur, & exequantur contra prędictas ſententias, & decreta; & ſic procurant, vt impediantur, ne executioni mandentur, vt habetur in verſi. propoſito. Quę excommunicatio afficit in omnibus caſibus, quos in antecedenti regula poſuimus; nã de ipſis agitur, & ad ea refertur, vt per ſe patet.

Item afficit excommunicatio hęc non ſolum, qui curãt, vt acta ab ordinariis prædictis ꝓhibeantur per curias ſeculares, verum etiam & qui curant per eaſdem prohiberi acta à delegatis eorum ordinariorum, ob illa verba, Vel ab eis delegatorum, quorumcunque.

2 Excipiũtur† tamen caſus poſiti in antecedenti regula.

Item, vbi ſolum recurrẽt, ſed nihil præterea facerent contra acta dictorum ordinariorum; tũ quòd verba cum effectu ſunt intelligenda. argu. l. 1. §. hæc verba. ff. quod quiſque iur. tum qđ tria requiruntur, quo in excommunicationem hanc incidãt, ſcilicet, vt recurrant ad Curias ſeculares; & curent decerni ꝓhibitiones contra ipſos iudices; & cõtra ipſos exequi, declarat hoc Copulla illa Et, quæ ſimul illa tria coniungit, atque idcirco ſimul eſſe debent. arg. l. ſi hæredi plures. ff. de conſtit. inſtitu. Eſto igitur recurrant ad Curias ſeculares: eſto curent decerni prohibitiones, tamen niſi curent executioni mandari, & ſic vt fiãt ad monitiones ipſis iudicibus, in ex-

excommunicationem hanc nõ incident. Sed iam alteram regulam ponamus.

In excommunicationẽ hanc
3 †quoque incidunt, qui poſt ipſorum ordinariorum, delegatorumve ipſorum ſententias, & decreta ad Curias ſeculares recurrentes curant mandata pœnalia fieri ipſis ordinariis, aut delegatis, ob verba illa Et mandata ẽt pœnalia. Quę excommunicatio eiſdem modis, quib. ſuperiores, declaratur; iam ad tertiam partem veniamus.

Verſ. Eos quoque, qui hæc decernunt, & exequuntur.

S V M M A.

1 *Iudices ſeculares decernentes aliquid contra iudices Eccleſiaſticos in excommunicationem incidunt: quæ excommunicatio etiã, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Exequentes mandata facta à iudicibus laicis contra iudices Eccleſiaſticos in excommunicationem incidunt.*

IN hac parte duo genera hominum excõmunicãtur, duas ergo regulas & hic ponamus.

In excommunicationem hãc
1 ergo †incidunt iudices, qui ipſis iudicibus Eccleſiaſticis prohibitiones, mandatave pœnalia p̃dicta decernunt, vt habetur in verſi. propoſito. Quæ excommunicatio declaratur, vt ſuperior.

Item afficit excõmunicatio hæc, ſtatim atq. huiuſmodi hęc decreuerunt, eſto adhuc executioni mãdata non ſint, ob verba illa, Qui hæc decernunt; nam decernere eſt actus diuerſus ab executione. Sed iam alteram regulam ponamus.

In excommunicationem hãc
2 etiam †incidunt, qui mandata pœnalia cõtra eccleſiaſticos iudices prædictos exequuntur, ob verbum illud Exequuntur. Quare apparitores, plazarii vulgo dicti, ſeu Sbirri in excommunicationem hanc incident prædicta exequentes. Quę excommunicatio etiam declaratur, vt ſuperiores.

Excipitur tamen primò, vbi id ſe non poſſe ignorarent, qđ ſæpius contingere poteſt, nam tunc excuſantur. arg. c. Apoſtolicæ. de cler. excom. min.

Item excipitur, vbi ad id cogerentur; nam tunc etiam pœnam hanc euadent, vbi tamẽ ꝓbabilis metus ipſis iniiceretur; non enim veriſimile eſt Eccleſiam cum graui periculo voluiſſe

ſe quem excommunicatione afficere:ſed iam ad poſtrem ā partem huius Capitis veniamus.

Verſ. Seu dant auxilium, cōſilium, patrocinium, & fauorem in eiſdem.

SVMMA.

1 *Auxilium, conſilium, fauoremve praſtantes iudicibus ſecularibus contra Eccleſiaſticos Iudices in prædictis, in excommunicationē incidunt.*

IN hac parte excommunicantur, qui fauent in prædictis caſib⁹ vno ex quatuor modis. Quare vnam tantum regulam ponamus.

1 In excommunicationem hāc igitur † incidūt, qui auxilium ad prędicta dant, quod multis modis fit, vel re, vel verbis, vt alibi declarauimus

Item, qui ad hæc facienda conſilium dant, exempli gratia, vel vt fiant, vel quo modo fiant. Item, qui patrocinium ad eadē præſtant, vt pote apud Cancellarias, & Curias ſeculares, & ſic in iudicio. argu. c. 1. de poſtulā. Quare & procuratores, & aduocati, qui rem hanc agunt, in pœnam hanc incident.

Poſtremò & qui fauorem p̄bēt, quod multis modis fieri poteſt, vt pote in iudicio curando, vt facilem ingreſſum ad Curias ſeculares hi habeant. Item curādo, vt quā primum res expediatur, quod faciunt ii, qui vulgo dicūtur Solicitatores. Item ſcribendo prædictas inhibitiones, et mandata pœnalia, quod faciunt publici ſcribæ. Extra iudicium verò multis modis, vt alibi diximus. Hi omnes ergo in excommunicationem incidunt: q̄ excōmunicatio, vt ſuperiores, declaratur.

Excipitur tamen, vbi executio facta non eſſet; nam ſi is, cuius de re agitur, in excommunicationem non incidit; nec ii, qui ad id opem tulerunt. Atqui de Capite hoc ſatis; ad aliud tranſeamus.

De excommunicatione lata contra Vſurpantes fructus Eccleſiaſticos, vel eoſdem ſine legitima licentia ſequeſtrantes: Cap. XVII.

Quive iuriſdictiones, ſeu fructus, reditus, & prouentus, ad nos, & Sedem Apoſtolicam, & quaſcunque Eccle-

ſiaſticas perſonas ratione Eccleſiarum, monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinentes, vſurpant. Vel etiã quauis occaſione, vel cauſa ſine Romani Põtificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentiũ expreſſa licentia, ſequeſtrant.

S V M M A.

1 *Iuriſdictio quid ſit.*
2 *Fructus quid, & quotuplex ſint.*
3 *Reditus, & prouentus quid ſignificent.*
4 *Vſurpare quid ſignificet.*
5 *Eccleſiarum nomine quæ comprahendantur.*
6 *Monaſteriorum nomine quæ comprahendantur.*

CApunt hoc in duas partes diuiditur; ſecunda incipit ibi, Vel etiam, de quibus ſingulis agendum eſt, et prius de prima, in qua excommunicantur vſurpantes iuriſdictionem, fructus, reditus, & prouentus Eccleſiaſticos. Verum, quò dilucidior res fiat prſmittenda hæc ſunt. Primum, quid ſit Iuriſdictio. Item, quid fructus, reditus, & prouentus Eccleſiaſtici. Tertiò, quid ſignificet verbum hoc vſurpare. Poſtremò, Eccleſiarum, & monaſteriorum nomine quænam compræhendantur.

1 Quoad primum igitur† iuriſdictio nil aliud eſt, quam iuriſdicendi facultas, vt habetur in l. imperium. ff. de iuriſd. omn. iud. Et diuiditur in Eccleſiaſticam, & ſecularem: quod ad rem noſtram autem pertinet, pro vtraque iuriſdictione hic accipitur, vt ex iis, quæ infra dicemus, apparebit: in quibus autem conſiſtat iuriſdictio Eccleſiaſtica, declarauit, & docuit Gloſſ. in cap. tranſmiſſam. de elec. & nos in antecedenti Capite: in quibus verò iuriſdictio ſecularis, tradunt DD. in cit. l. imperium.

2 Fructus autem† ſunt reditus, qui ex re aliqua percipiuntur; & hi partim ſunt ciuiles, vt penſiones domorum, vecturę nauium, & id generis, qui non ex re, ſed propter rem hominis induſtria & cura feruntur, quamobrem induſtriales eos appellauit Coua. lib. 1. variar. reſol. capi. 3. partim naturales, & hi ſunt ii, in quibus modica, aut nulla hominis induſtria requiritur ad eos habẽdos, vt poma, & id generis, partĩ naturales, & induſtriales, in quib. multa opera hominis requiritur, vt ſegetes, frumentum, & id

ge

generis,atque ſic tradidit, ac declarauit Bart.in l.ex diuerſo.numer.1.ff.de rei vind. & ſequitur Abba.in c.grauis.num.3.de reſtit.ſpol.quoad rem noſtram verò pertinet,vniuerſi accipiũtur, vt infra probabimus.

3 Reditus autem†et prouentus idem ſignificant, quod fructus; & reditus dicti ſunt à verbo Redeo,qa quot annis è fundo, vel prędio ad nos redeunt], ſeu veniunt,vt aſſeruit Nauar. in Tractatu de redit.Eccl.q.1.in 1.monitione in fine. Prouentus verò à verbo Prouenio: idcirco autẽ nomina hęc tria poſita ſunt,quo ſignificarentur vniuerſa, quæ ꝑcipiuntur ratione Eccleſiarum, monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum.

4 Vſurpare autem† nil aliud ſignificat,quod ad rem noſtrã pertinet,quàm ius alicuius rei, ſiue aliquid ſibi arrogare, tanquam auctoritatem ad id habeat,& id poſſit,vt ſenſit Caietan. in Sum. in verb.Excommunicatio.capi. 27.in Secunda parte verſi.Quarta,ibi Ex qua forte, & habetur in Clem.1.in verb.Vſurpare,& ibi Zabar.de decim.& in c.generali.de elect.lib.6.

5 Eccleſiarum nomine autem† intelliguntur Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, Patriarchatus, necnon beneficia alia Eccleſiaſtica curam animarum habẽtia, vel non habentia; quamobrem comprehenditur etiam Papalis Epiſcopatus.Item canonicatus, & præbendæ.

6 Monaſteriorum demum† nomine accipiuntur monaſteria quorumcunque regularium, & tam virorum, quàm mulierum. arg.c.Ioãnes iunct.c. cum virũ, de regular.His ſic præmiſſis, iã regulam ponamus.

S V M M A.

1 Vſurpantes fructus Eccleſiarũ quarumcunque,ſeu Eccleſiaſticos fructus,in excommunicationem incidunt,quæ excommunicatio,quouſque pateat,declaratur.

I.

§ Præmiſſis antecedentibus; iam regulam, vt polliciti
1 ſumus,ponamus.†In excommunicationem hãc igitur incidũt, qui vſurpant fructus Eccleſiarũ quarumcunque, vt habetur in initio Capitis.

Quę excommunicatio affi:it primò,quicunque ſit, qui vſurpet; cùm ob dictionem illã omnes,poſitam in Capite xiv. ad quam refertur principium huius Capitis; tum ob relatiuum, Qui,hic poſitum, quæ duo neminem excludunt.argu.l. Iulianus.

nus.ff.de leg.3.iunct.Gloſſ.Clemen.1.de ſepult. Quare,vel Imperator,vel Rex,vel Dux,vel inferior alia perſona laica, tã priuata, quã publica hæc vſurpet; in excommunicationem hãc incidet. Item vel Cardinalis, vel Patriarcha, vel Epiſcopi,aliive inferiores clerici.

Item excommunicatio hęc afficit quoſcunque fructus Eccleſiarum quis vſurpet,ob verba illa Iuriſdictiones, ſeu fructus, reditus,& prouentus. Qui ergo in aliqua Eccleſia, ſeu Epiſcopatu,in quo ius non habet,aut cenſuras fert,aut iudicat,aut beneficia confert,& id generis, quòd iuriſdictionem Eccleſiæ,& iuriſdictionis fructus vſurpat(collatio enim beneficiorũ in fructu menſæ Epiſcopalis eſt, vt dixit Gloſſ.in cap.cùm olim,de maiorit.& obedien.) in excommunicationem hanc incidet. Et quoniã Eccleſiæ aliquæ iuriſdictionem ſecularem etiam habent, vt Eccleſia Romana, quæ & ꝓuincias ſub ſe habet, in quibus iuriſdictionem ſecularem etiam exercet,ſicut etiam Epiſcopatus Imolenſis,Bagnariæ,& Archiepiſcopatus Bononienſis in aliis locis;ob eam rem & in his iuriſdictionem ſibi vſurpans in pœnam hanc incidet. Qui itidem agrorum fructus alicuius Eccleſię,vel ædium vſurpabit, pœnã hanc non euadet, quoſcunque fructus percipia, vel induſtriales,vel naturales,vel ciuiles; nã, ex quo multiplicis generis ſunt, vt pręmiſſimus,& Bulla indiſtinctè,& generaliter loquitur,indiſtinctè, & generaliter intelligi dẽt.arg.l.de prętio. ff.de pub.in rem act. Hinc,qui ab emphyteuta Eccleſiæ Canonem ſibi præſtandam curat,qui & reditus dicitur in l.2.in verb.Ne autem.C. de iur.emphyt.Item & qui oblationes in Eccleſiis factas etiam vſurpat(nam ratione Eccleſiarũ habentur,& ad Eccleſiaſticas ꝑſonas pertinent,vt habetur in c. hanc conſuetudinem.10.qu.3.) hi omnes in excommunicationem hanc incident.

Tertiò excommunicatio hæc afficit bona hæc vſurpantes, ad quaſcunque perſonas Eccleſiaſticas ipſa pertineant,ob verba illa Ad nos,& Sedem Apoſtolicam,& quaſcunque Eccleſiaſticas perſonas pertinentes. Siue igitur ad Romanum Pontificẽ, Siue ad Cardinales, ſiue ad Patriarchas,Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates; inferioreſve clericos,religioſos,religioſaſve pertineant,in excommunicationem incident ea bona vſurpantes.Quare,& qui bona Eccleſiarum,quæ commendatæ ſunt eq

tibus,

tibus S.Ioannis,qui Meliuetani dicuntur,vel Calatrauæ,vel Alcantaræ,vſurpauerint, quoniã & hæc bona Eccleſiaſtica ſunt, & equites illi Eccleſiaſticæ perſonæ,vt diximus antea, pœnam hanc non euadent.

Quartò excommunicatio hęc afficit,quarumcunque Eccleſiarum ratione bona hæc ad Eccleſiaſticas dictas perſonas pertineant,vt pote vel ſint monaſteria,vel ſint beneficia animarum curam habẽtia,vel ſimplicia,ob verba illa Ratione Eccleſiarũ, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum.

Quintò afficit excommunicatio prædicta bona vſurpãtes;vel beneficia illa vacent, cum ob rationes, quas reddidit Nauarr.in Man.cap.27.num.70.verſi.Sexta ibi,Neque,qui capiunt; tum ob verbum illud Ad nos, & Sedem Apoſtolicam; nam illud ꝑ nomen Nos,ſignificat,dum Romanus Pontifex viuit, illud vero Et Sedem Apoſto'icam,quãdo & mortuus eſt,& ſic vbi Sedes Apoſtolica vacat; nam ipſa nũquam moritur, vt habetur in c.ſi gratioſè,de reſcrip.lib.6.ergo idem & de aliis Eccleſiis vacantibus dicẽdum eſt; vna enim pars legis,aliam declarat. Quare opinio Caietan.non eſt accipienda,qui contrarium ſenſit in Summa,in verb.Excommunicatio.cap.27.verſi.Tertia.In omnibus igitur his caſibus Eccleſiaſtica bona vſurpans in excõmunicationem hanc incidet; ſed iã caſus explicemus, in quibus pœnam hanc quis euadat: id quod in ſequenti explicabimus.

SVMMA.

1 *Vſurpantes Eccleſiaſtica bona quãdo in excommunicationem non incidant.*

2 *Furantes fructus Eccleſiæ in excõmunicationem non incidunt.*

II.

§ Vidimus,qui in excommunicationem hanc incidũt; modo videamus, qui non incidunt.

1 †Primum igitur in excommunicationem hanc quis nõ incidit, q Eccleſias ipſas vſurpat, ideſt occupat;nam Bulla excõmunicat ſolùm vſurpantes fructus,& prouentus Eccleſiarum; ergo ſecus ſi occupet beneficia; non enim fructuum nomine beneficia continentur: ex quo igitur Bullæ verba hiſce non conueniunt,ergo nec diſpoſitio.argu.l.4.§.toties.ff.de damn.infect. quãuis aliàs grauiſſimè peccent,& puniantur. Hæc tamen exceptio mihi non omnino probatur;nam occupata eccleſia, & reliqua

reliqua occupata cenſentur. argu.ca.acceſſoriam. de regu.iur. lib. 6.

Secundò in excommunicationem hanc non incidit, q fructus ad Eccleſiaſticas perſonas aliũde, quàm ab Eccleſiis, monaſteriiſve pertinentes vſurpant; nã Bulla excommunicat ſolũ vſurpantes fructus ad eccleſiaſticas perſonas pertinentes, quos habẽt ratione Eccleſiarum, & Monaſteriorum; ergo ſecus ſi aliunde; incluſio enim vnius alterius excluſio eſt. arg. capi. non ne. de pręſumpt. & l. cum prætor. ff. de iud. atque ſic dixit Caie. in Sum. in verb. Excommunicatio. cap. 27. verſic. Prima ex parte rei acceptæ, & Nauar. in Man. cap. 27. num. 70. ver. Sexta. ibi Primum. & Tolet. in Bulla Cœnę Domini, excommunicatio. 9. numero 12. Quare ſi bona Eccleſiaſticarum perſonarum quis vſurpet, quæ ratione ſui patrimonii habent, vel aliundè acquiſita, in excommunicationem hanc nõ incidet, atque ſic dixit Iacob. de Graff. libr. 4. Deciſ. caſ. conſc. in expoſitione Bullæ Cœnę Domini. num. 130. Sicut nec is, qui vſurparet fructus fundi empti ex fructibus Eccleſiæ nomine ipſius Eccleſiaſticæ perſonæ. Sec⁹ tamen de eo dicendum eſt, qui vſurpat fructus patrimonii; qđ pro titulo alicui eſt aſſignatum, iuxta decretum Trid. Synod. nã patrimonium hoc priuilegia bonorum Eccleſiæ habet, vt dixit Gloſ. in c. epiſcopi. de præbend. & ibi Dec. nu. 11. & Felin. in ca. Sanctæ Mariæ. nu. 14. verſi. Adde. D. Card. de conſtit. & Naua. in conſil. 1. de immunit. Eccl. li. 3. Hæc igitur & huiuſmodi vſurpantes in excommunicationem hanc non incident.

Tertiò excommunicationem hãc effugiunt, qui fructus prędictos occupãt, non quaſi hoc eis liceat, & poſſint, & ſic auctoritatem habeant, quod verbum vſurpare ſignificat, ſed vt res aliàs ſurripiunt; nam Bulla excommunicat vſurpantes tales fructus, quod verbum vſurpare ſignificat ex auctoritate id facere, & auctoritatiuè, quod aiunt, vt dixit Caietan ibid. verſic. Ex qua forte: nam, vt ipſe ait, factus eſt Canon iſte contra Dominos, q hæc vſurpant, quaſi poteſtatem in hoc habentes, quamuis omnes comprehendat tam priuatas perſonas, quàm publicas, modo id ex auctoritate faciãt, & ſequitur Nauar. ibid. & Tole. eod. vbi infra. Quod eſt notandum contra eos, qui vſurpãt fructus Eccleſię quaſi id eis liceat, vt Barbiani factum audiui; ex quo igitur non hoc animo occupant,

2 cupant, pœnam hanc euadent.† Quare qui furantur fructus Eccleſiæ, & ſic fures, latrones, & milites, quòd nõ hoc animo occupãt, in excommunicationem hanc non incident, vt dixit Caietan. ibid. verſi. Secunda, ibi Et per hanc, & Nau. eo. verſ. Quare latrones, & Iac. de Graff. ibid. & Tolet. in Bulla Cœnę Domini Excõmunicati. 9. n. 12. ver. Tertiò; ſicut nec etiam, qui neceſſitatis cauſa, quive, vt ſuum hẽat, hos fructus ſurripit, vt conſuluit Nauar. in conſ. 30. de ſenten. excom. lib. 5.

Poſtremò, vbi vſurpans conſtitutionem hanc probabiliter ignorat; nam neque hic in excõmunicationem hanc incidet. argu. c. fin. de conſtit. lib. 6. & ca. ſi quis cum eo, de ſentent. excom. in antiq. Quare, quòd Bulla hęc raro publicatur in Villis, & à ruſticis ob id ignoratur, pœnam hanc euadent fructus hos vſurpantes, quod eſt notandum; quãdoquidem ruſtici exiſtimant ſibi hoc licere, & niſi ratione hac excuſentur, pœnam hanc non euadunt; idem de iis cõcludimus, qui vſurpant ea bona, ſed neſciunt, an ſint Eccleſiaſtica, ſed vt alia quæuis bona capiuntur; neceſſario enim requiritur, vt capiantur, tanquam Eccleſiaſtica, vt ſenſit Nauar. ibid. Non itidem qui de licẽtia legitimè id facit, vt dixit Iacob. de Graff. ibidem, & Nauar.

Verſ. Vel etiam quauis occaſione, vel cauſa ſine Romani Pontificis, vel aliorũ ad id legitimam facultatem habentium expreſſa licentia, ſequeſtrant.

SVMMA.

1 *Sequeſtrantes ſine licentia legitima fructus Eccleſiaſticos in excõmunicationem incidunt: quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur.*

IN hac poſtrema parte huius Capitis excommunicantur laici iudices, qui fructus prędictos Eccleſiarum quarumcunque, & beneficiorum ad Eccleſiaſticas perſonas pertinẽtes ſine expreſſa licentia eorum, qui id poſſunt, ſequeſtrant. Cuius rei cognitio vt dilucidior ſit (quoniam quid ſit ſequeſtratio, & quotuplex, declarauimus in cap. XIII.) vnum hic dicimus agi in hac parte de ſequeſtratione neceſſaria, quę eſt illa, q̃ iuſſu iudicis fit, vt declarauit Abb. in

Digitized by Google

in c.2.num.11.verſi.Quędam enim eſt ſequeſtratio voluntaria de ſequeſtr.& in c.1.nu. 19.in fine,eod.Hoc præmiſſo,iam regulam ponamus.

In excommunicationem hãc
1 igitur†incidunt laici iudices,q̨ ſine legitima licentia prędictos fructus ſequeſtrant, vt habetur in propoſito verſi.Quæ excommunicatio afficit ſequeſtrantes vel iudices ordinarii,vel delegati ſint;nam tam ordinarius', quã delegatus ſequeſtrũ facere põt, vt dixit Abb.in cit.c.2.num.21. verſi.Secundò not.de ſequeſtra. & Bulla non diſtinguit, ergo nec nos diſtinguere debemus. arg.l.de prætio.ff.de publ. in rẽ act.& ob id tam ordinarios,quã delegatos excõmunicatio hæc afficit.

Poſtremò excommunicatio hæc afficit ſequeſtrantes quacũque occaſione,vel cauſa ſequeſtrãt,ob verba illa,Vel etiã quauis occaſione,vel cauſa.Vel igitur ſequeſtrum faciant, ne ſeditio fiat,ad armave veniatur, vel ne fructus auferantur,conſumẽturve,vel ne poſſeſſor eorũ fiat non ſoluendo, ad ſummam ob quãcumque cauſam,& rationẽ, id faciant,pœnam hanc nõ euadent.

Excipitur tamen primò, vbi de expreſſa licentia Romani Põtificis,vel alterius ad id facultatem habentis ſequeſtrũ faciũt, nam tunc pœnam hanc euadẽt, ob verba illa Sine Romani Põtificis,vel aliorum ad id facultatem legitimam habentium expreſſa licentia; ergo ſecus ſi cũ licentia eorum;valet enim argumentum à contrario ſenſu. argu.l.1.& ibi communiter no. ff. de off.eius.Quare,q̨ ab Epiſcopis,eorumve Vicariis facultatẽ hanc habent, in pœnam hanc non incident.

Excipitur etiam, vbi ſequeſtrum fit ab iis, qui ſuo iure id poſſunt,cuiuſmodi ſunt Epiſcopi,eorumve Vicarii, & iudices Eccleſiaſtici;nam,ſi ipſi facultatem hanc aliis tribuere queunt, multo magis eam exercere ipſi valent:argu.auth.multo magis. C.de ſacroſanct.Ecc.Quare vel iniuſtè ſequeſtrum faciant,pœnam hanc euadent;nam & iniuſta ſententia tenet.ar.c.ſacro.de ſenten.excommun.& ca.1.de re iud.lib.6.etenim canon hic contra laicos factum eſt.

Tertiò excipitur is,qui id faciendum per iudices prædictos curauit;ex quo enim Bulla excõmunicat ſequeſtrantes,ergo nõ eos, qui ſequeſtrandum curant per iudices,tum quod ſumus in pœnis,& idcirco ſunt coarctandę.l.interpretatione.ff.de pœn.

tum

tum quòd poſitum in vno caſu nō extenditur ad alium c. pœnę. de pœnit. d. 1. atque ſic conſuluit Nauar. in conſil 38. de ſent. excomm. lib. 5.

Poſtremò excipitur; vbi ſeq̄ſtratio voluntaria fit, & ſic vbi partes ipſæ inter ſe conueniūt, vt ſequeſtrum fiat; nam agitur de ſequeſtratione neceſſaria, vt præmiſſimus, id quod probatur ex Bulla, quoniam vt legitimè ſequeſtratio fiat ab iis, qui iure ſuo id nequeunt, licentiam habere debent, quæ nō poſtulatur ad ſequeſtrum voluntarium faciendum. Atqui de hoc Capite ſatis, ad aliud veniamus.

De excommunicatione lata contra imponentes onera Eccleſiaſticis perſonis, eorumque bonis, nec non ea exigentes, accipientesque: itemque prædicta procurantes, ratione-ve quapiam fauentes. Cap. XVIII.

Qui ve collectas, decimas, taleas, præſtantias, & alia onera clericis, prælatis, & alijs perſonis Eccleſiaſticis, ac eorum Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorū bonis illorūque fructibus, reditibus, & prouentibus huiuſmodi abſque ſimili Romani Pontificis ſpeciali, & expreſſa licentia imponunt. Et diuerſis etiam exquiſitis modis exigūt. Aut ſic impoſita etiam à ſponte dantibus, & concedentib. recipiunt. Nec non qui per ſe, vel alios directè, vel indirectè prædicta facere exequi, vel procurare, Aut in eiſdem auxilium, conſiliū, vel fauorem præſtare non verentur; cuiuſcunque ſint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut ſtatus, etiam ſi Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, ſeu Principes, Iudices, Comites, Barones, & alij Potentatus quicunque etiā Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, Terris quoquomodo Præſidentes, & Conſiliarij, & Senatores, aut quauis etiam Pontificali dignitate, inſigniti. Innouantes decreta ſuper his per ſacros

la;nam Collectæ, Decimæ, Taleæ,& Præſtantiæ ſoluuntur sũ ptib.patrimonii; collectę enim, quæ vulgo nominantur Coltæ, pecunia ſoluuntur,ſicut etiã decimę.arg.tot.tit.de decim. Taleæ verò,quæ vulgo nominãtur Taglioni,& in hoc numero habentur;quę ob id ſic appellãtur, quoniam præſcribitur cuique, & taxatur,vt ita dicam, quantũ quiſque ſoluere habeat.Præſtãtiæ verò ſunt,quæ vulgo dicuntur Præſtanze;nam Domini terrarum à ſuis ſubiectis eas ſępius exigunt, vbi pecunia opus habent:& quoniam accipiunt eas, quaſi mutuo, ob id ſic ſunt nominatę. Ex his ergo apparet de oneribus rerum ſolum agi.Nec obſtat clauſula illa generalis Et alia onera,quaſi comprehendat & perſonalia; nã, etſi illa dictio Alia,rem diuerſam ſignificat,eiuſdem tamen qualitatis, cuius eſt antecedens, eſſe indicat,vt DD.communiter not. & Gloſſ. in l.ſi fugitiui.C.de ſeru.fugiti. & in c.ſedes.de reſcript. & Iaſo. in l.ſi domus.nu.22.ff.de legat. 1.at antecedentia rerum onera ſunt; ergo & quæ per ea verba Alia,ſignificantur, rerum onera erunt. Hęc autem eſſe poſſunt, vt ſubſidium, donũ, quota, ſubuentio,vt habetur in c. clericis, de immunit.Eccleſ.libr.6. de oneribus rerum ergo hic agitur: idque meritò:nam in his potiſſimum Eccleſiaſticæ perſonæ vexantur, ergo meritò fuit in his ipſis conſulendum.arg.l.nam ad ea.ff.de leg. & c.vbi periculum. de elect.lib.6.etenim & in pontificio iure de ipſis in tit. de immunit.actum eſt,& in ca. quanquam.de cenſ.eod.lib.His ſic p̃miſſis;iam rem agamus:& quoniam in prima parte de ſex agitur,ob eam rem, vt dilucidiorẽ materiam hãc habeamus, regulas ſex ponamus.

S V M M A.

1 Imponentes collectas,taleas, præſtantias,& alia onera rerum perſonis Eccleſiaſticis in excommunicationem incidunt:quæ excommunicatio,quouſque pateat, declaratur.

I.

§. Regulas ſex ponendas nobis propoſuimus, iam igitur primam ponamus.

1 In excommunicationem hãc igitur primò incidit,† qui imponit collectas,taleas,præſtantias, & alia onera rerum perſonis Eccleſiaſticis,etiam beneficium eccl.'non habentib. vt habetur in initio Capitis. Quæ excommunicatio in multis caſibus afficit.

Fff 2 Nam

Nam primò afficit, quicũque onera hæc imponit, cuiuſcunque ſit præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut ſtatus, etiam ſi Imperiali, Regaliue præfulgeat dignitate; ſeu ſint Principes, Duces, Comites, Barones & alii Potentatus, quicunque etiam regnis, prouinciis, Ciuitatibus, terris quoquomodo Præſidentes, & Conſiliarii, & Senatores, aut quauis etiam Pontificali dignitate inſigniti, vt habetur in verſi. Cuiuſcunque ſint p̃eminentię; etenim clauſula hæc in fine poſita ad antecedentia omnia refertur. arg. ca. ſecundò requiris, & ibi not. de appel. Vel igitur Eccleſiaſticæ ꝑſonę ſint, vel ſeculares quacunque digni tate, poteſtateue prędịtæ in excommunicationem hanc incidunt, ſi onera prædicta Eccleſiaſticis perſonis imponant.

Item afficit excommunicatio huiuſmodi onera imponentes, etiam ſi in temporalibus ordinario iure Eccleſiæ ſubiecti non ſint; nam Imperatores, & Reges in pœnam hanc incidunt, vt proximè vidimus, & tamen manifeſto conſtat in terris ſuis tantum hæc impoſituros. Poſtremò priuilegium hoc habebunt, ſicut etiam priuilegium eius c. ſi quis ſuadente diabolo. 17. q. 4.

Tertiò afficit excommunicatio hęc quęcunque onera huiuſmodi imponantur, & quocunq. nomine nominentur, vel Collectæ, vel Taleæ, vel præſtantiæ, vt habetur in Bulla, vel pedagia vel guidagia, aliudve onus, q̃d pecunia exſoluendum ſit. Quare qui pro tranſitu aliquid ab ipſis Eccleſiaſticis perſonis pręſtandum imponit, in excommunicationem hanc incidet.

Quartò excõicatio hæc afficit, quæcunque perſonę Eccleſiaſticæ ſint, quibus hęc onera imponuntur, ob verba illa Clericis, Pręlatis, & aliis perſonis Eccleſiaſticis; nam perſonæ Eccleſiaſticæ partim ſunt clerici in clericatu conſtituti, partim in religione aliqua, vt habetur in c. duo ſunt genera. 9. q. 3. & quoniam rurſus perſonę huiuſmodi partim iuriſdictionem habent, partim non habent; ob eam rẽ cuiuſcunque generis ſint, hoc Capite compręhenduntur; nam nomen illud Pręlatis, iuriſdictionem ſignificat, vt not. Abb. in c. cum ab Eccleſiarum. de off. ordi. Siue igitur ſint ſimplices clerici ſiue in dignitate conſtituti, ſiue in religionem aliquam ingreſſi, & ob id ſiue Monaci, ſiue religioſi cuiuſcũque ordinis, & ob id etiam Equites, qui aliquã religionem ſunt profeſſi, cuiuſmodi ſunt equites Meliuetani.

ni, Calatrauæ, & Alcantaræ priuilegio hoc fruentur.

Quantò afficit excommunicatio hęc, vel Eccleſiaſticæ perſonæ, quibus hæc imponuntur, excommunicatę, ſuſpenſæ, interdictæve ſint; nam non idcirco ſua priuilegia amittunt, vt nos probauimus in Tractatu noſtro de Cenſuris, in Tab. 1. ca. 13. §. 15. num. 7. Idem & de depoſitis verbo dicimus, ſicut etiam de relegatis alicubi, etenim Bulla non diſtinguit, ergo nec nos diſtinguere debemus. argu. l. de prætio. ff. de publ. in rem act.

Sextò afficit excõicatio hęc, vel directè, vel indirectè p̃dicta onera imponãtur, ob verba illa Directè vel indirectè, q̃ referũtur etiam ad primum dictum huius Capitis; declarant hoc verba illa Prędicta facere; nam ſi in excommunicationem hanc incidunt, qui prędicta facere non verentur, in prædictis etiam habetur dictum noſtrum. & regula à nobis poſita. Directè, vbi ipſis imponunt. Indirectè, vbi ſuis famulis, vt dixit Gemin. in cap. quãquam, in fine. de cenſ. Item, ſi imponant iis, qui Eccleſiaſticis perſonis ſuas operas præſtãt, & huiuſmodi. Item, vbi imponũtur laicis, & à clericis deinceps exiguntur, quod eſt contra capi. Eccleſię Sanctæ Mariæ, de conſtit. & ea, quæ tradit Abba. in c. fin. num. 3. de rebus Eccl. non alienan. & Felin. in cit. c. Eccleſię Sanctæ Mariæ. num. 78. & Clar. in Pract. crim. §. fin. q. 72. ſtatutum. 5. & Viu. in ſua Sylua. opin. 741. num. 2. & opin. 745. & Nauar. in Man. cap. 17. numer. 203. verſic. Rogatus à multis: idque contra Bart. in l. cunctos populos. C. de Sum. Trinit. & fid. Cathol. non enim generale ſtatutũ à laicis factum ad clericos pertinet, vt allegati DD. aſſerunt.

Poſtremò excommunicatio hæc afficit, vel cõſuetudo adſit, vt onera hæc imponantur: nam non valet, ex quo contra libertatem Eccleſiaſticam eſt. arg. c. 1. de conſuetu. & auth. caſſa. C. de ſacroſanct. Eccl. & auth. itẽ nulla. C. de Epiſcop. & cleric. atque ſic dixit in ſimili Abba. in c. non minus. num. 17. verſi. Tertiò facit. de immunit. In omnibus his igitur caſibus onera hæc imponentes Eccleſiaſticis perſonis in excommunicationem hanc incidunt: iam explicemus eos qui pœnam hanc euadunt.

SVMMA.

1 *Imponens onera Eccleſiaſticis perſonis quando in excommunicationem non incidat.*

2 *Licentia imponendi onera Eccleſiaſticis*

ſiaſticis perſonis quando conceſſa intelligatur.
3 *Genus quid ſit.*
4 *Species quid ſit.*
5 *Indiuiduum quid ſit.*
6 *Expreſſum tribus modis dicitur.*

II.

§ Qui in excommunicationē hanc incidunt vidimus; iā qui eam euadunt, videamus.

1 Primum igitur † in excommu nicationem hanc non incidūt, qui licentiam ſpeciatim, & expſ ſam habent à Romano Pontifice onera hæc imponendi, vt dicitur in verſic. Abſque ſimili Romani Pontificis ſpeciali, & ex-
2 preſſa licentia. † Ex quibus verbis patet generalem quamcunque non ſufficere: idque merito; nam ex quo ſpeciatim cautū eſt, ne huiuſmodi onera Eccleſiaſticis perſonis ſine ſpeciali licētia imponantur, per generalem cōceſſionem, & licentiam, ſpeciali huic derogatum eſſe non cenſetur; nō enim genus derogat ſpeciei, ſed ſpecies generi, vt dicitˀ in cap. in toto. de regu. iur. lib. 6. Quare qui licentiam habet imponendi onera hęc omnibus, & quibuſcunque perſonis, hac cōceſſione, & licētia clericis ea imponere huic non licebit.

Atqui quando ſpecialis, & expreſſa licentia conceſſa intelligetur? Quò id dilucidius habeamus, præmittendum eſt hos terminos nos habere genus, ſpēm,
3 & indiuiduum. † Genus eſt vox, quę prędicatur de pluribus differentibus ſpecie, vt animal, &
4 contractus. † Spēs verò eſt vox, quæ prædicatur de pluribus differentibus numero, vt homo, &
5 commodatum. † Indiuiduū vero eſt vox, quæ de nullo dicitur, & ſunt ſingularia ipſa, vt Socrates, Titius, & huiuſmodi; ſic. n. docuit Philoſophus in prædicamentis, in cap. de genere, & ſpe-
6 cie. † Secundò præmittendū eſt expreſſum trib. modis dici. Primò illud, quod generatim eſt expreſſum. Secūdò illud, quod ſpeciatim. Tertiò illud, quod ꝓprio nomine, vt tradidit Bart. cōmuniter recept. in l. 1. num. 7. verſi. Ad ſciendum. ff. de vulga. & pupill. His præmiſſis, quod ad rem noſtram pertinet, dico tria. Primum generalem licentiam non ſat eſſe: nam ſpecialis licentia requiritur in Bulla; at vbi requiritur ſpecialiter aliquid fieri, non ſatisfit, ſi generatim illud fiat, vt dixit Gloſſ. in l. 1. in verb. Specialiter. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit, & eam ſequuntur Bart. ibi nume. 4. & communiter DD. vt ait Iaſ. in l. quod in rerum. §. & ſi nauem. num. 4. ff. de leg. 1. idque meritò; nā, vt pręmiſſimus, ſpēs

a

a genere differt, ergo ex quo ſpecialis,& expreſſa licentia requiritur,generalis non ſat erit. arg.l.Papinianus exuli.ff.de mino. Quare ſi concedatur licētia à Romano Pontifice, vt omnibus onera hæc imponantur; nō idcirco tamen Eccleſiaſticis pſonis imponi poterunt. Secūdò dico non requiri licentiam,vt in diuiduis, id eſt ſingularibus clericis onera hæc imponi queant, exempli gratia,huic,vel illi clerico;nam Bulla requirit ſolū ſpecialem expreſſam licentiam, at ſpēs ab indiuiduo differt,vt præmiſimus, ergo nō neceſſario id poſtulatur,vt in indiuiduo concedatur. Tertiò dico requiri, vt ſpeciatim licētia hæc tribuatur, ſcilicet,vt poſſint onera etiā hęc imponi Eccleſiaſticis perſonis; eſto enim deinceps non exprimantur, quænam ſint Eccleſiaſticę pſonæ;vt pote vel religioſi,vel clerici,tamen imponi licitè ipſis poterunt, atque ſic dixit in ſimili Bart.in cit.l.1. in fin.ff. ſi quis in ius vocat.non ierit.De expreſſa igitur licentia Roman: Pontificis onera hæc Eccleſiaſticis perſonis imponentes in excommunicationem hanc non incident.

Secūdò in excommunicationem hanc non incidūt, vbi onera hęc Eccleſiaſticis perſonis imponunt,quę Eccleſiaſtica priuilegia amiſſerunt, nam ceſſante cauſa priuilegii ceſſat priuilegium.arg.c.cum ceſſante. de appell.Quare ſi clericus degradatus ſit, quoniam tūc priuilegiis omnibus nudatur,vt habetur in c.degradatio,in fine.de pœn.li.6.huic ſi onera hæc imponātur, in excommunicationem hāc imponentes non incidēt; ſicut nec etiam ſi iis imponātur,qui in religionem aliquam ingreſſi profiteri in ea noluerunt,ſed ab ea egreſſi ſunt;nam etſi quādiu nouicii in religione ſunt ante profeſſionem, Eccleſiaſtica priuilegia habent,arg.c.religioſo. §.ſi. de ſent.excom.lib.6.inde tamen egreſſi ea amittunt.

Poſtremò in excommunicationem hanc non incidunt, qui onera hęc clericis coniugatis imponunt;nam huiuſmodi clerici horum munerum immunitatem non habent,ſed duo tantū priuilegia fori ſcilicet,& capi.ſi quis ſuadente diabolo.17.qu.4. vt habetur in c.vnic.de cler.cōiug.libr.6.Sed de hac regula ſatis;iam alteram ponamus.

SVMMA.

1 *Imponentes onera bonis perſonarū Eccleſiaſticarum, quæ aliunde habent,quàm ab Eccleſiis, in excom-*

communicationem incidunt.

2 *Imponentes onera bonis perſonarum Eccleſiaſticarum, quæ aliunde habent, quã ab Eccleſiis, quando in excommunicationem non incidant.*

3 *Eccleſiaſticæ perſonæ pro reb. ſuis, quas non habent ab Eccleſiis, ordinaria onera, & naturalia ſoluere tenentur.*

III.

1 §. Secunda regula hęc eſt. † In excõmunicationẽ hanc quoque incidit, qui prædicta onera bonis perſonarum Eccleſiaſticarum, quæ aliunde habẽt, quàm ab Eccleſiis, vt pote, bonis ſui patrimonii, imponit, ob verba illa Bullę, Ac eorum bonis; Non enim verba illa ad bona, quæ ab Eccleſiis habent, referri poſſunt; quãdoquidem de illis ſpeciatim deinceps mẽtionem facit, & proſpicit ibi Et Eccleſiarum, ad alia ergo bona, q̃ Eccleſiaſticę perſonę aliũde habent, referuntur: idque iure meritò, tum quòd aliàs verba illa nihil operarentur, contra c. ſi papa. de priuileg. lib. 6. tum ob copulam illa Et, quę inter diuerſa ponitur, vt tradidit Gloſſ. communiter recept. in Rubr. ff. de iu. & fact. ignor. & in. c. quęrelam. de ſimon. tum quòd & alia bona clericorum priuilegiũ huiuſmodi habent, vt habetur in c. 1. de immunit. Eccl. & in ca. quanquam. in verſic. Cum igitur. ibi. Ac res ipſarum, iunct. Gloſſ. de cenſ. lib. 6. tum quod id inqunt Abba. in cap fin. de vit. & honeſta. clerico. & in ca. 1. in fine. de cenſ. in antiqu. & Barto. in l. placet. num. 38. C. de ſacroſan. Eccl. & Syl. in verb. Immunitas, 1. num. 22. verſi. Sextò ibi Tertiũ. Quare vel bona patrimonii ſint, vel aliunde quæſita, priuilegiũ hoc habebũt. Et hęc excommunicatio, vt ſuperior, declaratur. Nec igitur pro venditione earũ rerum, nec vt tantum in libram ſoluant, vel taleę, collectęve imponi poterunt.

2 Excipiuntur tamen caſus† in antecedenti regula poſiti. Quare imponentes onera hęc de licentia Romani Pontificis in excommunicationem hanc nõ incident, & facit cap. aduerſus. de immunit Eccl.

Item vbi clericorum res eſſe deſinunt: nam priuilegium hoc ipſis rebus tributum eſt, ob perſonarum qualitatem, quoniam ſcilicet Eccleſiaſticæ perſonę ipſas habent, ergo ſecus, vbi earũ eſſe deſinunt. arg. c. cum ceſſante. de appe. & l. adigere, § quamuis. ff. de iure patron.

3 Tertiò † in excommunicationem hanc quis non incidit, vbi

o nera

onera ordinaria imponuntur, q̃ annexa habebant, antequam ad clericos peruenerint, vt pote ſolutio talionis; nam, quòd res cũ onere ſuo trãſit, ob eam rem ad illud præſtandum tenebuntur vt dixit Abb. in c. 1. in fi. de cẽ. ſecus ergo de extraordinariis impoſitionibus; nam hæc imponi ipſis non poterunt, vt pro ſumptibus factis in aduentu Regis, vel pro victoria de hoſtibus reportata.

Quartò in excommunicationem hanc non incidit, vbi onera imponuntur, quæ natura rem ipſam ſequuntur, vt pote domum quis habet, ergo plateam, quę propè domum eſt, & cloacam, quæ per eam tranſit; reficere debet; onera enim hæc rem ipſam ſequuntur, & vniuerſi ad ipſa tenẽtur, vt habetur in l. 3. ff. de via publ. & vt dixit Abba. in eod. c. non minus. num. 16. verſicu. Fateor, & Bar. in l. ad inſtitutionis. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & pertinent huc, quæ dixit Bart. Cæpo. de ſeruit. Vrban. prædior. capit. 20. verſic. Tertiò, ad quem ſpectat: ſed de hac regula itidem ſatis; iam tertiam aggrediamur.

S V M M A.

1 *Imponens onera bonis Eccleſiarũ, in excommunicationem incidit, quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur.*

IV.

1 § Tertia regula hæc eſt. † In excommunicationem hãc etiam incidit, qui prædicta onera bonis Eccleſiarum imponit, vt dicitur in Bulla ibi Et Eccleſiarum. Nomine autem Eccleſiarum hic accipiuntur Cathedrales Eccleſię, Matrices, & Parochiales, vt habetur in Clemẽ. 1. de ſentent. excommun. Cathedralis autẽ Eccleſia dicitur Eccleſia Epiſcopalis, in qua baptiſmus adeſt, & dicitur Matrix, q͞a per baptiſmum quaſi altera mater nos generat. Parochialis verò eſt Eccleſia animarum curã tantum habens ſine baptiſmo. Eccleſiæ nomine quoque Eccleſiæ ſimplices intelliguntur, quæ nullam animarum curã habent, vt Eccleſia Sancti Aeliſei, & Sãcti Antonii, de Barbiano; bonis ergo harum Eccleſiarum onera prędicta imponẽs in excommunicationem incidit. Bonorum autem nomine accipiuntur, vel ſint fundi, vel ædes, & ſic tam vrbana, quam ruſtica prædia.

Excipiuntur tamen nonnulli caſus, in quibus quis pœnã hanc euadit: & Primò caſus in antecedentibus regulis poſiti.

Item, vbi imponuntur onera à Iure Canonico permiſſa, exẽpli gratia, vt ſoluant cathedrati

cum, charitatiuum ſubſidium, & huiuſmodi, de quibus agitur in capitu. conquerente. de offi. ordin.

Tertiò in pœnam hanc quis nõ incidit, vbi bona hæc in emphiteuſim à laicis habentur. At quid ſi locentur (poſſunt enim locari vſque ad triennium bona Eccleſiæ) an tunc onera huiuſmodi imponi poterunt? Planè cenſeo id non poſſe, quod & ſenſit Gemin. in c. quanquam. in fine. de cenſ. lib. 6. etenim per obliquum Eccleſia offenditur; quã doquidem difficilius conductorem inueniret: atqui de hac regula etiam ſatis; ad quartam veniamus.

S V M M A

1 *Imponens onera bonis Monaſteriorum in excommunicationem incidit, quæ excõmunicatio, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Ordines mendicantium quinam ſint.*

3 *Imponentes onera bonis beneficiorum Eccleſiaſticorum à prædictis in excommunicationem incidũt.*

4 *Imponentes onera fructibus, & reditibus Eccleſiarum in excõmunicationem incidunt.*

V.

1 § Quarta regula hæc eſt. † In excommunicationem hãc etiam incidit, qui onera prædicta bonis monaſteriorum imponit, vt dicitur in Bulla ibi, Monaſteriorum.

Quæ excommunicatio afficit in omnibus caſibus, quos in antecedentibus regulis poſuimus.

Item afficit quorumcunque monaſteriorũ bonis onera hæc imponantur, nam Bulla ſimpliciter loquitur, & nõ diſtinguit, ergo nec nos diſtinguere debemus. argu. le. de prætio. ff. de publ. in rem actio † Siue igitur ſint 2
monaſteria virorum, & religioſorum tam mendicantium, ſcilicet ordinis Sancti Dominici, S. Franciſci, Heremitarum, Sancti Auguſtini, & Carmelitarum, & Seruorum Beatæ Mariæ, Minimorum Sancti Franciſci de Paula, & Congregationis Fratrum Sancti Hieronymi Ieſuatorum, vt declarauit Pius V. in Bulla incipien. Rom. Pont. tam vniuerſalis Chriſtianæ. lata Romæ die prima Octobris 1567. Pontific. ſui anno ſecundo, & in Bulla incipien. Apoſtolicę Sedis benignitas. lata Romę die 9. Nouembris 1567. eod. anno; & in Bulla incipien. Rom. Pont. priuilegia. lata die 19. Nouembris, eod. anno. Siue igitur ſint Monaſteria tam mendicantium, quàm non mendicantium cuiuſcunque Ordinis,

dinis,& religionis. Siue mulierum,& ob id monialium,in pœnam hanc quis incidet, ſi onera prædicta ipſis imponat.

Excipiuntur tamē caſus in antecedentibus regulis poſiti.Sed de hac itidē regula ſatis; ad quartam veniamus.

In excommunicationem hāc
3 etiam incidit, † qui aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorū bonis onera prædicta imponit, ob verba illa Et aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum bonis. Hęc autem beneficia Eccleſiaſtica,præter Eccleſias,& Monaſteria,ſunt altaria,& capellæ, q̄ ſunt in Eccleſiis, necnon præbēdæ,quæ aſſignantur,& canonicis,& manſionariis;nam hæc neque Eccleſiæ,neque monaſteria ſunt,& ob id Bulla ſpeciatim eorum mentionem facit.Hęc autē excommunicatio, quod eiſdem modis declaratur, quibus ſuperior, ob eam rem ad poſtremā regulam tranſeamus.

In excommunicationem hāc
4 quoque incidūt,† qui fructibus, reditibus,& prouentibus Eccleſiarum,Monaſteriorum,& aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorū,collectas,decimas, taleas, & onera huiuſmodi imponunt, vt habetur in verſi. Illo: umque fructibus,reditibus,& prouentibus.Quare qui imponit,vt tantum pecuniæ detur in corbem frumenti,vel vini. Item q̄ quotam,in pœnam hanc incidet. Et hæc excommunicatio, vt ſuperiores declaratur; iam ergo ad alia tranſeamus.

Verſ. Et diuerſis etiam [ex]quiſitis modis exigunt.

S V M M A.

1 *Exigens prædicta onera à perſonis Eccleſiaſticis in excommunicationem incidit:quæ excommunicatio,quouſque pateat, declaratur.*

2 *perſonis quæ onera imponantur. Item*

3 *Bonis,&*

4 *Fructibus.*

5 *Exigentes à perſonis Eccleſiaſticis vectigalia huiuſmodi pro rebus, quas negotiandi cauſa deferunt, in excommunicationem non incidunt.*

6 *Fures,& latrones rapientes bona Eccleſiaſtica in excommunicationem non incidunt.*

7 *Capientes Eccleſiaſticas perſonas, & pro earum redemptione pretium volētes,in pœnam huius Capitis non incidunt.*

8 *Exigentes à perſonis Eccleſiaſticis onera non ipſis impoſita, ſed laicis,in excommunicationem hanc*

non incidunt.

9 *Pedagium, et vectigal exigens, uel ſponte accipiens publicanus ab Eccleſiaſticis perſonis in excommunicationem non incidit, ubi Eccleſiaſticis perſonis impoſitum non eſt per ſtatutum, decretumve aliud.*

IN prima parte huius Capitis excommunicauit Bulla imponentes onera perſonis eccleſiaſticis, eorumque bonis, necnon bonis, fructibuſve Eccleſiaſticorũ beneficiorum, & Eccleſiarum Hic autem excommunicat ea onera impoſita exigẽtes. Quare & hic regulam ponamus.

1 In excommunicationem hãc ergo incidit, † qui prædicta onera exigit, vt habetur in propoſito verſi. Hæc autem excommunicatio afficit, quacunque ratione exigat, ob verba illa Diuerſis exquiſitis modis. Et quoniam onera hęc imponuntur aut perſonis, aut bonis Eccleſiaſticis, Eccleſiarum perſonarumve, aut fructibus eorum bonorum, vt vidimus; & varia onera tam perſonis, quàm rebus imponi ſolent, ob eam rem quęnam ſint explicemus.

2 Perſonis igitur † onera hęc imponi ſolent pedagia, quę dantur pro perſonę tranſitu per aliqua loca; item guidagia, quo q̃s tutus per aliqua loca eat, vt ſentit Gloſſ. in cap. ſuper quibuſdã. §. præterea. in verb. Pedagia. de verb. ſign. & vt nos declarauim⁹ in Cap. V. huius Bull, æ nume. 1. ſolet quoq. imponi Capitatio, de qua agitur in c. de capitat. lib. 11.

3 Bonis verò † imponi ſolent taleę, collectę, & huiuſmodi, de quibus in hoc Capite in initio.

4 Fructibus demum † decimæ & vectigalia, quę vectigalia ſolvuntur, vel quò ipſos ex loco aliquo quis exportet, vel per aliquem locum cum ipſis tranſeat, vel quò ipſos vendat, vt habetur in l. inter publica. ff. de verb. ſig. Item portoria, quę dantur in eiſdem caſibus, vbi per mare deferuntur, vt nos declarauimus in eod. Cap. 5. in principio. Quocũque modo igitur, & ob quamcũque cauſam hæc exigantur, vel pro perſonis pedagia, guidagiave, vel pro rebus, vel pro bonis taleæ, vel collectæ, vel pro fructib⁹ decimæ, vectigalia, portoriave. Et ad ſummam, ob quamcũque cauſam exactio hæc fiat, & quocunque nomine exacta nominentur, exigẽtes in pœnã hanc incident; hoc enim eſt, q̃d voluit Bulla per ea verba Diuerſis etiã exquiſitis modis exigũt.

Poſtre-

Digitized by Google

Poſtremò excommunicatio hæc afficit in omnibus caſib. in quibus & ſuperiores excommu nicationes.

Excipiuntur tamẽ primò,qui hæc exigũt id ꝓbabiliter ignorãtes;cuiuſmodi eſſe poſſunt famuli à dominis hiſce exactionibus propoſiti.arg.c. apoſtolicę. de cler.excomm.min.& c.fin.de conſtit.lib.6.

5 Item,vbi exigunt † pro rebus
quidem Eccleſiaſticarum perſonarum,ſed quas negociandi cauſa deferunt; nam tũc id poſſunt; vt habetur in Clemẽ.pręſenti,& ibi Gloſſ.& DD.de cenſ. vbi ẽt habetur iuriiurando deferentis ſtandum eſſe,ſi obiiciatur nõ negociationis cauſa deferri: vide ibi,& an in ſuis rebus etiam alienandis locum habeat,& quis dicatur negociari.

6 Tertiò excipiuntur,† qui hęc
non quaſi debita exigunt,ſed vt
7 fures,& latrones capiunt.†Quare
& latrones capiẽtes clericos, & pro eorum redemptione taleas imponentes,quod ſuperioribus annis exules Romandiolę factitabant,in pœnam huius capitis non incidebant; ſicut nec etiam imponentes pro bonis, ne comburãtur,quod & iidem exules ſæpius fecerunt;non enim ꝗ hoc de iure poſſent, id ſibi vſurpabant,ſed quod non facilè ipſis reſiſti poterat.

8 Quartò excipiuntur,†qui exi
gunt onera hęc aliis, & non Eccleſiaſticis perſonis impoſita;nã duo requiruntur,quò in excommunicationem hanc exigentes incidant,& vt Eccleſiaſticis perſonis impoſita ſint, & impoſita exigantur,ſecus ergo ſi non impoſita exigantur,atque ſic dixit Martinus Alfonſ. de Viuald. in Candelabro.p.2.in Explanatione Bullæ Cœnæ Domini, caſu
9 18.nu.117.† Quare,ſi cuſtodes
Pontis,portus,fluminiſve pedagium,gabellamve,aut alia onera petant ab Eccleſiaſticis tranſeuntibus,vel ſponte accipiant, non incident in hanc excommunicationem,niſi Eccleſiaſticis ꝑſonis ſint impoſita;nam Bulla requirit,vt ſint impoſita,ſecundò vt petantur,vel à voluntariè dãtibus accipiantur,atque ſic dixit Alfonſ. ibid. quod eſt notandũ pro illis cuſtodibus. Incidunt tamen in excommunicationẽ in c. quanquam.de cenſ.lib.6.ſi perſonæ ſingulares ſint; ſi vniuerſitas interdicto ſubiicitur, vt ibi habetur.

Poſtremò excipiuntur caſus dicti in aliis regulis.Sed de hoc ſatis,ad alia tranſeamus.

Verſ.

Verſ. Aut ſic impoſita etiam à ſponte dantibus, & concedentibus recipiunt.

SVMMA.

1 *Accipientes ab Eccleſiaſticis per ſonis etiam ſponte dantibus pedagia, & vectigalia in excõicationem incidunt, quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur.*

1 IN hac parte excommunicantur, † qui p̃dicta onera impoſita etiam à ſponte dantibus, & concedentibus percipiunt, vt habetur in verſi. propoſito. Quę excommunicatio sũmo conſilio lata eſt; nam ſunt p̃ſonæ Eccleſiaſticę ſępius, quæ lites, ac iurgia fugiunt, & ob id eligũt potius aliquid prædictis præſtare, quam ad iudices cõfugere: id quod & præſertim contingit, dum per loca aliqua cũ rebus tranſeunt; nam ne publicani iter morentur, aliquid vltro offerunt, quod & mihi nõ ſemel contigit. Hæc autem excõmunicatio declaratur, vt ſuperiores.

Excipitur tamen, vbi quis exigeret onera hæc, vbi nõ ſunt Eccleſiaſticis perſonis, & eorũ bonis impoſita; nam in excommunicationem hanc non incidet, quandoquidem Bulla excõmunicat, vbi impoſita exiguntur, atque ſic dixit Viuald. ibid. & nota hoc, quoniam rarò incident publicani in excommunicationem Bullę, incident tamen in alias excommunicationes, & pœnas, quæ habentur in iuribus citatis in vltima parte huius Capitis, & præſertim in pœnas ca. quanquam. de cenſ. lib. 6. de quibus ſupra actum eſt. Sed iam ad alia veniamus.

Verſ. Nec non, qui per ſe, vel alios directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare.

SVMMA.

1 *Imponentes, & per alios dicta onera Eccleſiaſticis perſonis in excõmunicationem incidunt.*

2 *Colonis clericorum grauiora onera imponentes in excommunicationem incidunt.*

3 *Exequentes prædicta contra Eccleſiaſticas perſonas in excommunicationem incidunt.*

4 *Procurantes prædicta contra Eccleſiaſticas perſonas in excommunicationem incidunt.*

Ex

EX hoc verſiculo dicta plura eliciuntur. Quare ob id regulis de more ſingula exponamus.

In excommunicationem igi-
1 tur † hanc incidunt primò, qui p̃dicta onera non ſolum per ſe, vt vidimus; verum etiam vbi per alios imponunt, ob verbum illud Vel alios. Si ergo aut per ſuos Vicarios, aut per alios magiſtratus onera hæc imponant, in excommunicationem hanc etiam incidunt: ſicut etiam ipſimet, q imponunt.

Poſtremò afficit excommunicatio hæc, vel directè onera hęc imponã, ob verba illa Directe, vel indirectè. Indirectè autẽ tũc imponentur, vbi non ipſis perſonis, ac bonis, ſed aliis, quorũ dãna ad ipſos redundant, imponũ-
2 tur. † Quare ſi ſtatutũ fiat, vt coloni clericorum grauioribus oneribus, vel eorũ conſanguinei, & affines afficiantur, quòd onera prædictorum ad eos redundant, pœnam hanc non euadẽt. argu. c. quicunque. de ſentẽ. excom. libr. 6. Item, vbi compellũt ſua bona alienare, niſi prædicta onera præſtent. arg. c. 1. verſicu. Nec etiam liceat. de immuni. li. 6. Sed de hac regula prima ſatis; declaratur enim, vt antecedentes, iam alteram ponamus.

In excommunicationem hãc
3 quoque † incidunt non ſolum, q per ſe hæc exequũtur, verũ etiã & qui per alios, ob eadẽ verba, vel alios, iuncto verbo Exequi. Qui ergo aut per famulos aut p eos, quibus ius ea exigendi locarunt, tituloue alio tranſtulerunt, hæc agunt, tam ipſimet exigentes, atque exequentes, quã ipſi, qui ea exequenda, exigendaue mandarunt, in excommunicationem hanc incident; nec famuli excuſantur; nam in hoc parere dominis non debent. arg. c. Iulianus. 11. q. 3. Et hęc regula, vt ſuperiores, declaratur: iam tertiã ponamus.

In excommunicationem hãc
4 demum † incidunt, qui vt prædicta fiant, ſcilicet vel vt imponantur, vel vt exigantur, procurant, ob verbum illud Vel procurare. Quare publici apparitores, qui vulgo nominantur Sbirri, in excommunicationem hanc incidunt, qui, vt onera hæc pręſtentur, aut perſonas Eccleſiaſticas retinent, aut pignora accipiunt, vel citant, vt ad onera hæc ſoluenda veniant, niſi probabili inſcitia huius Bullę laborent. Et hęc quoque excommunicatio, vt ſuperiores, declaratur. Sed iam ad alia tranſeamus.

Verſ. Aut in eiſdem auxiliũ,

conſiliũ vel fauorem præſtare non verentur.

SVMMA.

1 *Auxilium præſtantes ijs, qui imponunt onera Eccleſiaſticis, ſeu exigunt, in excommunicationem incidunt: quæ excommunicatio, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Conſilium præſtantes ad ſtatuta cõtra Eccleſiaſticos facienda, & dicta onera exigenda in excommunicationem incidunt.*

3 *Fauorem præſtantes ad prædicta in excommunicationem incidũt.*

HIC tria hominum genera excommunicãtur, & ob id tres regulas ponamus.

In excommunica-
1 tionem hanc igitur † incidunt quoque, qui auxilium præſtant, aut ad ea onera imponenda, aut ad ea exigenda. Ad imponenda, vt pote vel ſcribendo ſtatutum, conſtitutionemve huiuſmodi. Vel ea dictando. arg. c. nouerit. verſi. Item excõmunicamus ſtatutarios, & ſcriptores, de ſenten. excõmunic. Ad exigenda, præſtando milites, qui aſſocientur ipſos exigentes, vel arma, vel equos, vel cuſtodiendo vias, & itinera, ne perſonæ Eccleſiaſticæ exactoribus ignorantibus immunes abeant, vel indicando ipſas tranſire, vel tranſituras, Et hæc excommunicatio declaratur, vt ſuperiores.

Excipitur tamen, vbi opem ferendo ipſis Eccleſiaſticis perſonis id in vtilitatem exactorũ caderet, exempli gratia Clericus iter agens in hos exactores incidit, & vult ſoluere vectigal pro libris quibuſdam, ne ibi contendendo moretur, ſed pecuniã non habet. Plane, ſi quis eius miſertus pecuniam ei donauerit, aut mutuam dederit, eſto pecunia illa in vtilitatem exactorum redundet, tamen hic in excõmunicationem non incidet; quoniã vt clerico faueret, non exactoribus in primis id fecit, atque idcirco illud quamobrem actus in primis factus eſt, inſpiciendum, non quod conſequitur, conſiderandum. arg. cap. cùm voluntate. de ſentent. excommuni. & l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. pet. & l. ſed an vltro. §. 1. ff. de negoti. geſt. Sed de hac regula ſatis; ad alteram veniamus.

In excommunicationem hãc
2 quoque † incidunt, qui conſiliũ, aut ad ea ſtatuta facienda, aut dicta onera exigenda præſtant, vt habetur in verſi. in verb. Conſilium. Hoc autem his modis cõtingere poteſt, quò ad ſtatutum facien

faciendum, conſulendo vt fiat, hortando,ſuadendo, rationes, quamobrem id expediat, reddẽdo.Item, qua ratione conformandum ſit,explicando,ac docendo,& ad ſummam de iure,& de facto cõſulendo.Quò ad exigendum conſulendo,vt in hoc, vel in alio loco cuſtodiæ ponãtur.Vel vbi ſuper fructus bonorum prędictorum imponuntur ſcilicet vel decimæ, vel quota, vt ſi frumentum ſit,ipſæ decimę exigantur,dum adhuc frumentum in areis eſt, ob vberiorẽ mẽſuram,quæ ibi fieri ſolet. Item hortando ipſas perſonas Eccleſiaſticas, vt ea ſoluant,modò ad fauorẽ exactorum hortatio fiat. His igitur, & aliis huiuſmodi modis conſilium pręſtando in excommunicationem hanc qs incidit.Quæ regula,vt ſuperiores,declaratur. Quid aũt ſit cõſilium dare,& de aliis ad materiã hanc pertinentibus, alibi dixi- mus. Sed iam tertiam regulam ponamus.

3 In excommunicationem hãc demum incidũt,qui ad ſtatuta, onerave exigenda fauorem pręſtant,vt habetur in verſi.Vel fauorem.Quo ad ſtatutum faciendum pollicendo, & offerendo, ſuam auctoritatem,& auxilium ſi quis repugnet.Quo ad exigẽdum,ſi,cùm poſſint,ac debeant prohibere,ne exigantur,non ꝓhibent.arg.c.quantæ.de ſentẽt. excommun. nam & fauere percutienti clericum is dicitur,qui non prohibet,cùm poteſt,ne ꝑcutiatur,vt dicitur in cit.c.quãtæ.Quare ſi iudices, & domini terrarum hęc exigi in ſuis locis ſcientes non prohibent, tanquã fautores in excõmunicationẽ hanc incidẽt.Id quod multo magis aſſerendum eſt,vbi iidem domini, ac iudices aditi à perſonis Eccleſiaſticis, & quærentib. de huiuſmodi exactoribus ſuũ auxilium non præſtant,ne onera illa ſoluant, aut quò ſolum ipſis reſtituantur:quæ duo notatu digna ſunt; nã Pręſides,& Gubernatores locorum ſæpius fingũt hæc neſcire, & ſuam auctoritatem interponere nolunt.Item ſi aſſiſtant ipſis exactoribus, quò metum incutiant ſua præſentia, vt facilius prędicta onera exigantur.His igitur,& huiuſmodi aliis modis fauorem ſuũ in hoc præſtando,in excommunicationem hanc incidunt. Sed de hac parte ſatis, ad poſtremam veniamus.

Verſ. Innouantes decreta ſuper his per ſacros canones tam in Lateranenſi nouiſſimè celebrato, quàm aliis

Concilijs generalibus edita, etiam cũ cenſuris, & pœnis in eis contentis.

SVMMA.

1 Innouantur decreta quinque per hanc Bullam, & quænam ſint.

IN hac poſtrema parte huius Capitis innouantur decreta a liàs his de rebus facta vna cum pœnis.

1 Præter igitur excommunicationem hãc, & in aliàs cenſuras, & pœnas ꝑ alios Canones latas incidunt q in his Bullam offendunt; hi autẽ Canones quinam ſint, iam explicemus.

Primus igitur Canon eſt in c. non minus. de immun. Eccl. qui canon in Lateranenſe Concilio latus eſt, vt habetur in inſcript. eius c. vbi laici imponentes collectas clericis, vel Eccleſiis, ſeu eorum iuriſdictionem vſurpantes, ſunt excommunicati cũ ſuis fautoribus, ſi moniti non deſtiterint, à qua excõmunicatione abſolui non poſſunt, niſi competẽter ſatisfecerint; Bulla tamẽ noſtra in multis excedit, vt ex prędictis patet; nam præter alia Bulla hæc non requirit admonitionem, vt in excommunicationẽ incidant, quàm requirit Canon ille. Item reſeruatur per Bullam hanc abſolutio excommunicationis ipſi Romano Pontifici, ibi verò non reſeruatur.

Alter Canon habetur in cap. aduerſus. eod. de immun. Eccle. & habetur in Concilio Generali; in quo hæc decernuntur. Primum, vt ſententiæ, & cõſtitutiones editę à laicis collectas Eccleſiis imponentibus ipſo iure irritæ ſint. Deinde, vt rectores locorum excõmunicati ob prædicta onera, remaneant excommunicati etiam, poſtquam è magiſtratu abierint. Tertiò ſucceſſores, niſi ſatisfecerint intra menſem, in eandem excommunicationem incidant. Hæc Canon ille ſancit, ſed abſolutio excommunicationis nec ibi reſeruatur; in aliis quomodo à Bulla differat ex dictis conſtat.

Tertius Canõ eſt in c. 1. de immun. Eccl. lib. 6. qui eſt Alexandri quarti, vbi hæc habẽtur. Primum, ne ab Eccleſiis, vel ab Eccleſiaſticis perſonis pro rebus, pro poſſeſſionibus acquiſitis, acquirẽdiſve quicquam exigatur. Deinde, ne compellant, vt ipſæ Eccleſiaſticæ perſonę eas poſſeſſiones alienent, vel extra manũ ſuam ponant: nulla tamen pœna imponitur. Ex quibus omnibus apparet, quomodo differat à Bulla

Bulla. Omitto conſtitutionem aliam, quæ habetur in c. clericis. de immun. Eccl. eod. libr. 6. nam correcta eſt per Clem. 1. eod.

Quartus Canõ habetur in c. quanquam. de cenſ. lib. 6. qui eſt Bonifacii Octaui, vbi hęc decernuntur. Primum, vt vniuerſitas interdicta ſit, & ſingularis perſona excommunicata, ſi compulerint Eccleſias, Eccleſiaſticaſve perſonas pro ſuis perſonis pedagia, guidagiave ſoluere, vel exactiones alias pro ſuis rebus, quas negociationis cauſa nõ deferunt, præſtare. Item, vt abſolui nequeât, niſi exacta omnino reſtituerint, & de delicto ſatisfecerint. Hic canõ interdictum fert, quod non facit Caput hoc. Nõ reſeruat tamen abſolutionem, quod facit Bulla; in aliis qua ratione inter ſe differant, ex dictis conſtat.

Quintus Canon habetur in Clem. præſenti. de cenſu. qui eſt Clementis Quinti, quo iure cauetur, vt Epiſcopi publicent excommunicatos, & interdictos, per cit. c. quanquam. id eſt eos, q exegerunt à perſonis Eccleſiaſticis pedagia, vel guidagia, portoria, vel vectigalia, quouſque ſatisfecerint, quod Bulla hęc nõ facit. Hi ergo Canones ſunt, hęc decreta, quæ Bulla hęc innouat. Sed de hoc Capite ſatis; iam aliud aggrediamur.

De excommunicatione lata contra laicos interponẽtes ſe in cauſis criminalibus contra perſonas Eccleſiaſticas. Cap. XIX.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoſcunque magiſtratus, & Iudices, notarios, & ſcribas, executores, ſubexecutores quomodolibet ſe interponentes in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus contra perſonas Eccleſiaſticas, illas proceſſando, banniendo, capiendo, ſeu ſentẽtias contra illas proferẽdo, vel exequẽdo, ſine ſpeciali, ſpecifica, & expreſſa huius Sanctæ Sedis Apoſtolicæ licentia. Etiam ſi talia committentes fuerint conſiliarij, Senatores, Præſidentes, Cancellarij, Vicecancellarij, aut quouis alio nomine nuncupentur.

SVMMA.

1 *Capitales Cauſæ quænam ſint.*

2 *Proceſſare quid ſit.*
3 *Bannire quid ſit.*

HIC excommunicātur laici vſurpantes Eccleſiaſticam iuriſdictionem in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus contra perſonas Eccleſiaſticas; quam rem vt dilucidiorem habeamus, præmittēda ſex ſunt.

Primum Eccleſiaſticas perſonas priuilegium fori hoc habere, vt ſcilicet apud Iudicem Eccleſiaſticum, vel ciuiliter, vel criminaliter agatur, non aūt apud Iudicem ſecularem, conueniantur, vt habetur in c. inolita, & in c. placuit. 11. q. 1. & in ca. ſi diligenti, & ibi DD. not. de for. cōpeten.

Secundò hic excommunicari ſolum eos, qui interponunt ſe in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus contra perſonas Eccleſiaſticas, aut tanquam iudices, aut tāquam ſcriptores, aut tanquā executores, & ob id de Accuſatoribus hic non agi, vt habetur in Bulla.

1 Tertiò † Cauſas capitales multis modis dici. Primò eas, in quibus ꝑ pœna delicto debita, vel mors, vel mutilatio imponitur. Deinde, vbi libertas adimitur, quod contingit damnatis perpetuò ad metallum, & hodie ad triremes. Tertiò, vbi adimitur Ciuitas, quod deportatis cōtingit, & hodie bannitis ſimpliciter, atque ſic dixit Gl oſſ. cōmuniter recept. in le. transfigere in verb. Capitali. C. de tranſact. id que meritò; nā & tribus his modis capitis diminutionem, quis patitur, vt habetur in Inſtitu. de capit. dimin. & in l. fin. ff. eod. Addit. Iaſ. in cit. l. tranſigere. nume. 6. verſicu. Quintum, & vbi infamiæ pœna ponitur, capitalem cauſam dici; quæ cauſæ capitales omnes dicūtur criminales in Bulla, quoniam à crimine deſcēdunt, & propter crimen pœnæ dictę inuuntur.

2 Quartò † prędmittendum eſt ꝓceſſare aliquem nil aliud eſſe, ꝙ proceſſum facere ſuper aliquē in iudicio; proceſſus incipit à citatione in ciuilibus, vt dixit Caſtrenſ. quem refert, ac ſequitur Iaſ. in l. poſtquam liti. num. 10. verſic. Veritas eſt. C. de pact. Et proceſſus nil aliud eſt, quàm actus omnes, qui in iudicio in cā aliqua vſque ad ſententiam fiūt. Et fit ob id proceſſus, vt facti veritas habeatur, quò deinceps eo diligenter inſpecto, quid iuris ſit in cauſa, cognoſcatur, & ſententia ferri poſſit. Dicitur autē proceſſus à procedēdo; fit enim gradatim procedendo; nam primò

mò fit citatio; deinceps litis cōteſtatio; tertiò probationes, & ſic deinceps quouſque concludatur in cauſa; tunc enim proceſſus abſolutus eſt. An autem ſententia de proceſſu ſit, tradidit Viu. in ſua Sylu. opin. 36. numer. 15. Hic autem agitur de proceſſu criminali, & ſic proceſſare eſt contra aliquem inquirere, & reliqua ad id pertinentia facere.

3 Quintò † præmittendū eſt Bānire nil aliud eſſe, quàm eiicere aliquem ab aliquo loco, Ciuitate, vel Regno, aut perpetuò, aut ad tempus. Hoc autem duobus modis fit, aliquādo ſimpliciter, quod fit duobus modis, aut cū in aliquo loco quis relegatur, q̄ dicitur deportatus, aut cum ſimpliciter relegatur. Aliquando adiecta ſimul pœna, vt quiſque poſſit bannitum huiuſmodi impunè offendere, & hi hoſtes Ciuitatis habentur, & diffidati dicuntur, ita colligitur ex dictis Bar. in l. amiſſione, vbi declarat, quænam amittant banniti. ff. de capit. diminut.

Poſtremò præmittendū eſt, vt diximus antea, tria hominum genera hic excommunicari; iudices, ſcribas, executores, quamobrem & tres regulas conformemus.

S V M M A.

1 *Iudex laicus interponens ſe in cauſis capitalibus contra Eccleſiaſticas perſonas in excōmunicationē incidit: quæ excōmunicatio, quouſque pateat, declaratur.*

I.

§ Tres regulas ponendas de materia antecedenti nobis propoſuimus, iam igitur eas ponamus, & prius primam.

In excommunicationem hāc
1 igitur † incidunt primò iudices laici vel magiſtratus, qui interponunt ſe in cauſis capitalib. ſeu criminalibus cōtra perſonas Eccleſiaſticas, vt dicitur in Bulla.

Quæ excommunicatio afficit primò, quicūque iudices, ac magiſtratus ſint, cùm ob dictiones illas Omnes, & quoſcunque. argu. l. Iulianus. ff. de leg. 3. & c. ſolitæ in fine. de maiorit. & obedien. tum ob verſi. illum Etiam ſi talia cōmittentes fuerint Cōſiliarii, Senatores, Præſidentes, Cancellarii, Vicecancellarii, aut quouis alio nomine nuncupati.

Itē excommunicatio hæc afficit, quæcunque cauſæ criminales, ac capitales ſint, in quibus ſe interponunt cōtra perſonas Eccleſiaſticas, ob verba illa Se interponentes in cauſis capitalib. ſeu

Digitized by Google

ſeu criminalibus. Vel igitur ſit crimen læſæ maieſtatis, vel homicidii,& id generis, in pœnā hanc incident iudices laici in illis ſe interponentes; nā ex quo Bulla ſimpliciter loquitur,ergo ſimpliciter intelligi debet.arg. l.de prætio.ff. de publi. in rem act.

Tertiò afficit excommunicatio hæc,vel ciuiliter, vel criminaliter agatur,ob verbum illud, Quomodolibet.

Quartò afficit excommunicatio hęc contra quaſcunque perſonas Eccleſiaſticas procedant, ob verba illa Contra pſonas Eccleſiaſticas. Siue igitur contra clericos ſeculares,ſiue cōtra religioſos,& regulares procedāt, in pœnam hanc incident,etiam ſi nouitii ſint, vt dixit Viuald. ibid.num. 122 vel prima tonſura tantum initiati, nā & hi clerici ſunt,cap.cum contingat. de ætat.& qualita. modò tamen ſeruent decreta Triden.Syno.ſeſſ. 23.cap.6.de reformat. atque ſic ſenſit Viuald.in Candelabro. p. 2.in Explanatione Bullę Cœnę Domini.caſ.19.nume.120. cum ſequē.& Diaz.idem ſenſit in ſua Prax.crim.Canon.cap.62.nu.9.

Quintò afficit excommunicatio hæc,quocunque modo contra prædictos procedant, ſcilicet vel proceſſum faciendo,vel eos bāniendo, vel ſententias cō tra illas proferendo,ob verba illa Illas proceſſando,banniendo, ſeu ſententias contra illas proferendo,vel detinendo,vel examinando,vt dixit Nauar.in con ſi.32.de ſent.excom lib.5.

Poſtremò afficit excommunicatio hæc, vel deinceps executioni non mandentur; tum quod talia facientes excommunicat ſimpliciter,& non diſtinguit Bulla, an executio ſequatur nec ne; tū ob alternatiuas illas Seu,& Vel, quæ non requirunt, vt omnia efficiantur.arg.l. ſi hęredi plures. ff.de cond.inſtit.In omnibus his igitur caſibus iudices laici in excommunicationem hanc incidere: iam qui pœnam hanc euadant,explicemus.

S V M M A.

1 *Iudex laicus interponens ſe in cauſis contra perſonas Eccleſiaſticas quando in excommunicationem non incidat.*

II.

§. Qui in excommunicationem incidant ob id, quod interponant ſe in cauſis capitalibus,ſeu criminalibus contra pſonas Eccleſiaſticas, vidimus, modò qui pęnam hanc euadūt, videamus.

Primum

1 Primum igitur † pœnā hanc euadunt, qui de ſpeciali ſpecifica, & expreſſa Apoſtolicæ ſedis licentia in his cauſis ſe interponunt, ob verba illa Sine ſpeciali ſpecifica, & expreſſa huius Sanctæ ſedis Apoſtolicæ licentia; ergo ſecus ſi talis licentia adſit; valet enim argumentum à contrario ſenſu. argu. l. 1. & ibi communiter not. ff. de off. eius. Quare inferiores alii iudices, quicūque ſint, & ob id nec legati è latere, nec Patriarchæ licentiam hanc impartiri poſſunt; idq. meritò, nam communi iuri derogatur, vt præmiſſimus in initio, cui iuri Romano Pontifice excepto, omnes ſubiecti ſunt, vt habetur in c. 1. & c. fin. de conſtit. iunct. c. propoſuit. de conceſſ. præb.

Item pœnam hanc euadunt, vbi in cauſis ciuilibus procedūt; nam Bulla ſolū loquitur in cauſis criminalibus; ergo ſecus in ciuilibus, limitata enim cauſa limitatum producit effectum. argu. l. in agris. ff. de acquir. rer. dom. & l. cum prætor. ff. de iudi. & c. non ne. de præſump. nam et ſi clericum debitorem fugientē iudex retinendū curet, quo ſuo prælato cum offerat, in excommunicationem non incidit, vt DD. communiter concludunt in c. cum non ab homine. de iudi. & vt ait Nauar. in Man. capit. 27. num. 82. verſi. Decimaſexta, & ſequitur Viuald. ibid. numer. 123. idē ſi capiat in delicto fragranti, quo ſuo iudici etiam eū ſiſtat, nam neque hic in excommunicationem incidit, ita DD. communiter ſentiunt in eod. c. cum non ab homine, & Nauar. ibid. nu. 83.

Tertiò pœnam hanc euadūt, vbi Eccleſiaſticam perſonam eſſe ignorarūt. arg. c. ſi vero quis, de ſent. excom. & c. apoſtolicæ. de cler. excom. min.

Quartò pœnam hanc euadūt, vbi Eccleſiaſticę perſonæ huiuſmodi priuilegiū hoc fori amiſiſſent, vt pote degradatione ipſa re facta, per ipſam enim omnia priuilegia amittuntur, vt habetur in cap. 2. in fine. de pœni. lib. 6. vbi degradationis forma traditur, & in capi. nouimus. de verb. ſignif. in antiq. quid iudex Eccleſiaſticus faciat poſt degradationem, docetur. Item diffidatione, & ſic vbi banniti facti ſunt, & impunè occidi poſſunt; nam nec alias eos, quis offendēdo in excommunicationem incidit, vt dixit Syl. in verb. Aſſaſſini. num. 3. verſi. Tertiò quæritur, ibi Quartò, iunct. traditis ab eod. in verb. Bannum in fine. ibi De bannitione, quæ eſt diffidatio. Item qui primam tonſuram tantum habet, ſed non ſeruat de

creta à Triden. Synod. vt diximꝰ ſupra, & ad ſummam, vbi priuilegium fori amiſit, quòd multis modis contingit. Iacob. de Graf. lib. 4. deciſ. caſ. conſc. in Expoſitione Bullæ Cœnæ Domini. nume. 135. cum ſeq.

Quintò pœnam hanc euadũt iudices Eccleſiaſtici, qui hæc agunt; nam de laicis ſolum Bulla loquitur: id quod probatur, quoniam non eſt cenſendum Romanum Pontificem voluiſſe cõmuni iuri derogare per ſimplicem excommunicationis impoſitionem. arg. l. ſi aliquando. C. de in off. teſtam. Poſtremò declarant id verba illa Conſiliarii, Senatores, Præſidentes, Vicecancellarii, Cancellari, qui ſæpius laici ſunt. Sed de hac regula prima ſatis; iam alteram aggrediamur.

SVMMA.

1 *Scribentes proceſſum, & ſentẽtias in cauſis criminalibus contra Eccleſiaſticas perſonas in excommunicationem incidunt.*

2 *Executores interponentes ſe in criminalibus cauſis contra Eccleſiaſticas perſonas in excommunicationem incidunt.*

III.

1 § Secunda regula hæc eſt. † 2 In excõmunicationẽ hanc quoque incidunt, qui acta hæc ſcribunt, & proceſſum, & ſententias, ob verba illa Notarios, Scribas; nam, ex quo ipſos notarios, & ſcribas Bulla excommunicat, accipiendum eſt ipſos excõmunicare, quatenus interponũt ſe in cauſis criminalibus contra perſonas Eccleſiaſticas, ob verba illa ſe interponentibus in cauſis capitalibus, & cæt. at ſcribæ, & notarii, qua tales, interponũt ſe ſcribendo, ergo prædicta ſcribẽtes, in excõmunicationem hanc incident.

Quę excommunicatio afficit vel publici ſcribæ ſint, qui vulgò, & à Bulla Notarii dicuntur, vel priuati ſcribæ, qui ſcripturarum exempla faciunt, & noſtrati lingua dicuntur Scriuani.

Item afficit excommunicatio hęc, vel actus tantum aliquos proceſſusve ſcribant; nã Bulla excõmunicat interponentes ſe in huiuſmodi cauſis; at qui facit actũ aliquem, ſine dubitatione ſe interponit, ergo & in pœnam incidet; cui enim verba legis conueniunt, & diſpoſitio conuenit. arg. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. Excipiuntur tamen caſus prędicti in antecedenti regula. Atq; tertiam iam aggrediamur.

In excommunicationem hãc demum † incidũt executores, & ſubexecutores, ob verba illa executores,

cutores,& ſubexecutores, quomodolibet ſe interponentes,ergo milites publici, ſeu apparitores, qui vulgo nominantur Sbirri,qui interponunt ſe in huiuſmodi cauſis contra perſonas Eccleſiaſticas aut ipſas capiendo, aut in carcerem coniiciendo,aut quæſtionibus ſubiiciendo,in pœnam hanc incident;ſicut etiam carnifex,qui aut ipſas laqueo ſuſpendit, ratione ve alia necat,aut obtruucat, punitve.

Excipiuntur tamen caſus prędicti in antecedentibus.

Item,vbi eſſent requiſiti à iudice Eccleſiaſtico,quo ipſi opē ferrent.argu.ca.præſidentes. de hæret.lib.6.& ca. at ſi clerici.de iudi.Sed de hoc capite ſatis, ad poſtremum veniamus.Si hoc addiderimus ſupra Capit. 15. hac de re generatim actum eſſe.

De excommunicatione lata contra occupantes Ciuitates, ac loca, necnon iura ad Romanam Eccleſiam pertinentia C. XX.

Item excommunicamus, & Anathematizamus omnes illos,qui per ſe,ſeu alios directè,vel indirectè ſub quocunque titulo,vel colore inuadere,deſtruere, occupare,detinere præſumpſerint, in totum,vel in partem Almam Vrbem,Regnum Siciliæ,Inſulas Sardiniæ, & Corſicæ,Terras citra Pharum, Patrimonium Beati Petri in Thuſcia,Ducatum Spoletanum, Comitatum Vennayſinũ,Sabinensem, Marchiæ Anconitanæ, Maſſæ Trebariæ, Romandiolæ,Campaniæ,& Maritimas Prouincias, illarumque Terras,& loca, ac Terras ſpecialis commiſſionis Arnulforum, Ciuitateſque noſtras Bononiam, Cæſenam,Ariminum, Beneuentum,Peruſium, Auinionē, Ciuitatem Caſtelli, Tudertum,& alias Ciuitates,Terras,& loca,vel iura ad ipsā Romanam Eccleſiàm pertinentia,dictæque Romanæ Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiecta. Necnon ſupremam iuriſdictionem in illis nobis,& eidem Romanæ Eccleſiæ compe-

Digitized by Google

tentem de facto vſurpare, perturbare, retinere, & vexare varijs modis præſumunt. Necnon adhærẽtes, fautores, & defenſores eorũ, ſeu illis auxilium, conſilium, vel fauorẽ quomodo libet præſtantes.

SVMMA.

1 *Loca, quæ habet Romana Eccleſia, quo iure habeat.*
2 *Conſtantinus Imperator Syluestro Pontifici Maximo, ac eius ſucceſſoribus loca multa conceſſit.*
3 *Inuadere quid ſit.*
4 *Destruere quid ſignificet. Item &*
5 *Occupare, &*
6 *Detinere.*
7 *Immediatè, mediateve loca ſubiecta quænam ſint.*

CAput hoc poſtremum in tres partes diuidi tur; quarum ſecunda incipit ibi, Nec non ſupremam iuriſdictionem. Tertia ibi, Necnon adhærentes: de quibus ſingulis agẽdum eſt, & prius de prima, in qua excommunicãtur, qui præſumunt inuadere, deſtruere; occupare, detinere Regna, Vrbem, & Ciuitates, & loca, iurave ad Romanam Eccleſiam pertinentia: quam rem vt dilucidiorem habeamus, tria pmittenda ſunt. Primum, quo iure Romana Eccleſia loca in hoc Capite nominata poſſideat, & eorum domina ſit. Item quid ſit Inuadere, Deſtruere, Occupare, & Detinere, & qua ratione inter ſe differant. Tertiò, quæ loca Romanæ Eccleſiæ ſubiecta immediatè, & quæ mediatè dicantur.

1 Quoad primum igitur† ſciendum eſt prędicta loca, in quib. Eccleſia tam temporalem, quã ſpiritualem iuriſdictionem hẽt, vt dixit Rebuff. in Prax. benefic. in Expoſitione Bullę Cęnæ Domini. art. 12. in verb. Ciuitateſque, † Conſtantino Imperatore 2 S. Hælenæ filio Romanã Eccleſiam habere cæpiſſe; nam poſteaquam baptiſmum ſuſcepit, & à lepra liberatus eſt, Coronam, Regiamque dignitatem omnẽ in Vrbe Romana, & in Italia, & in partibus occidentalibus Syl ueſtro Pontifici Maximo, & ſucceſſoribus ſuis cõceſſit, vt habetur in c. Conſtantinus. 1. & 2. d. 96. Vnde, dicitur enim ibi, vt Pontificalis apex non vileſcat, ſed magis quàm terreni Imperii dignitas gloria, & potẽtia decoretur, ecce tam Palatium noſtrum, quàm Romanam Vrbem, & omnes Italiæ, ſiue occidentalium

lium regionum prouincias, loca, ciuitates Beatiſſimo Pontifici,& vniuerſali Papæ Syluestro concedimus, & relinquimus, & ab eo, & à ſucceſſoribus eius per pragmaticum conſtitutum, decernimus diſponenda. Hæc ibi;, ex quibus manifeſto cõſtat Romanæ Eccleſiæ tam Vrbem, quàm omnes Italię,ſiue occidẽtalium regionum prouincias,ciuitates,& loca commiſſa, & data eſſe à Conſtantino prædicto; cuius munificentię meminit quoque Siſtus Quintus in Bulla incipien. Laudemus viros glorioſos ibi,Magni tamen Conſtãtini.lata anno 1587.Calen.Decembris,Pontificatus ſui anno Tertiò.At in Italia, & in occidẽtalibus partibus prędicta loca ſunt, quę in Bulla recenſentur; nam ſexdecim regiones continet, & in his Regnum Siciliæ. quæ Italię inſula eſt;quã ad Romanam Eccleſiam ſpectare probat Clem.2.in verſi.Vt illud tãquam notiſſimum.iunct. verſic. Rurſus,de re iud.& c.2. verſicu. Præter hæc regnum Siciliæ, qđ 3 eſt ſpeciale Patrimonium Beati Petri.eod.lib.6.& ibi not.Gemin.De Roma etiam habetur in c.fundamenta.de elect.li.6.De Sardinia, quòd eam habuerit à Conſtantino dixit quoque Abba.in ca.ſi diligenti.nu.1.per cũ Canonem,de præſcript. De Patrimonio Beati Petri ĩ Thuſcia, & de aliis omnibus locis adiacẽtibus Romæ,habetur etiam in c. ego Ludouicus.diſ.63.Ego Ludouicus Imperator Romanus Auguſtus,dicitur enim ibi, ſtatuo, & cõcedo per hoc pactum confirmationis noſtrę tibi Beato Petro Principi Apoſtolorũ, & per te Vicario tuo Domino Paſchali Summo Põtifici, & ſucceſſoribus eius in perpetuum,ſicut à prędeceſſoribus veſtris vſque nunc in veſtra poteſtate, & ditione tenuiſtis,& diſpoſuiſtis, Romanam Ciuitatem cum ducatu ſuo,& Suburbanis,& vilicatis omnibus, & territoriis eius montanis, & maritimis litorib. & portibus,ſeu cunctis Ciuitatibus,Caſtellis, oppidis, ac Villis in Thuſcię partibus. Hęc ibi;ex quibus apparet multa nominari, quæ in hac Bulla habentur. De his quoque egit Felin. in c. ſi diligenti,in principio,de pręſcript.Sed de hoc primo ſatis; ad alterum veniamus.

Quoad ſecundum autem † Inuadere nil aliud eſt,quàm hoſtili animo aggredi,iuxta illud Virgi.Aeneid.lib.2. Inuadunt vrbẽ vino,ſomnoque ſepultam. Inuaſio autem fit, vel vt locus inuaſus deſtruatur,vel ſpolietur, vel detineatur,vel occupetur, quę

Græci in Troianos fecerunt po
4 ſteaquam Troiam inualerunt. †
Deſtruere verò ſignificat id, qđ
ſtructũ eſt, diruerere, & vaſtare.
5 †Occupare verò ſignificat cap-
6 tum vi illud tenere.† Detinere
autem ſignificat ſponte, poſtea-
quàm quis aliquid adeptus eſt,
tenere, vbi nec ipſe occupauit,
nec inuaſit, ſed ſucceſſione ali-
qua habuit. Ex his iã patet, qua
ratione verba hęc inter ſe diffe
rant, & quid ſignificent; iam ter
tium aggrediamur.
7 Quo ad tertium † immediatè
ſubiecta Eccleſiæ Romanæ ſunt
loca, in quibus Romana Eccle-
ſia iuſdicit, & magiſtratꝰ ponit,
cuiuſmodi ſunt omnes Ciuita-
tes Romandiolę, & Ciuitates Pi
ceni, vt Ancona, ad quas guber
nandas Romanus Pontifex ipſe
met *P*ræſides, Gubernatores,
Commiſſarios, & huiuſmodi Iudi
ces mittit; nullo enim medio in
tercedente ipſi Eccleſię loca hu
iuſmodi ſubiecta ſunt. Mediatè
verò ſubiecta ſunt loca, quæ re-
guntur, ac gubernantur à locis
immediatè ſubiectis, quæ proxi
mè diximus, exempli gratia, op-
pida territorii Ariminẽſis, vt S.
Lauditium, Mons columbarum,
Gemanum, & Miſanum, quæ
oppida ſubiecta ſunt Ciuitati A
rimini, & ad ea gubernanda Ci-
uitas ipſa iudices mittit. Hęc igi
tur oppida, & loca mediatè Ec-
cleſię Romanæ ſubiecta ſunt; nã
quòd ſubiecta ſunt primò ipſi
Ciuitati Rimini, ob eam rem ei
Vrbi immediatè ſubiecta dicũ-
tur; quòd verò Ariminũ Eccle-
ſiæ Romanæ ſubiectum eſt, ob
eam rẽ & ipſa loca *ſubiecta ſunt*
ſed nõ immediatè, ſed mediatè,
ſcilicet ob ipſum Ariminum, ꝙ
ſi ſubiectum Romanæ Eccleſiæ
nõ eſſet, nec ipſa ſubiecta eſſent,
Nec audiendi ſunt ii, qui dicunt
mediatè ſubiecta eſſe loca, quæ
in feudo conceſſa ſunt; nam loca
illa immediatè ſunt ſubiecta; re
tinetur enim dominium directũ
in ipſis, etſi vtile feudatarii ha-
bent; & hęc notanda ſunt, quæ
non paſſim inueniuntur. His ſic
præmiſſis reliquum eſt, vt rem
aggrediamur. Sed quoniam ob
quatuor cauſas primarias in
hac prima parte excommunica
tio fertur, ob eam rem & regu-
las quatuor ponamus.

SVMMA.

1 *Inuadentes almam Vrbem, loca ve-*
alia Romanæ Eccleſiæ in excom-
municationem incidunt: quæ ex-
communicatio, quouſque pateat,
declaratur.

1.

§. Quatuor regulas ponẽdas
de materia antecedenti no
bis

Digitized by Google

bis propoſuimus,iam igitur eas ponamus & prius primam.

In excommunicationem hãc
1 igitur incidũt†primò,qui in uadunt almam Vrbem,loca ve alia in Bulla nominata,vt habetur in prima parte huius capitis. Quæ excommunicatio vniuerſos afficit, qui hoc facere præſumunt: nam Bulla excommunicat omnes,vt in initio capitis habetur, ergo neminem excludit.argu.l. Iulianus.ff.de lega.3.Vel igitur Cardinales,Patriarchæ, Eccleſiaſticę ve aliæ perſonæ id præſumant,vel Imperatores,Reges inferiores ve laici id conentur, in excommunicationem hanc incident.Quare qui Arcem Imolæ ſuperioribus annis inuaſit,vt principi cuidam viro eam traderet,in excommunicationẽ hanc incidit.

Secundò excõmunicatio hęc afficit vel per ſe,vel per alios id conẽtur,ob verba illa Per ſe,ſeu alios.Per ſe,vt iuaſor ille Arcis Imolæ.Per alios, vt qui milites, exercitum ve mittunt, quo caſu & mittens, & miſſi,ſi inuadant, in excommunicationem incidunt.

Tertiò excommunicatio hęc afficit,vel directè, vel indirectè prædicta loca occupent,ob verba illa Directè,vel indirectè Directè eundo ipſe, vel mittendo milites,qui ipſa occupent.Indirectè ſuadendo, & ſubornando homines locorum; vt ſe illi dedant ab Eccleſia deficientes.

Quartò afficit excommunicatio hæc,quocunque titulo, vel colore inuadere præſumant,ob verba illa.Sub quocunque titulo,vel colore.Vel igitur afferant à locis illis iniuriam,damnave, ipſis illata,vel ius in his ſe habere,aut vi donationis,aut præſcriptionis,aut iure belli, in excommunicationem hanc incident, nã ex quo in poſſeſſione Eccleſia eſt,non licet ipſis ius ſibi dicere.argum.tot.titu.C. ne quis in prop.cauſ.

Quintò afficit excommunicatio hæc,quemcunque locum ex dictis,vel in totum,vel in partẽ occupent, ob verba illa In totũ, vel in partem; etenim valet argumentum de toto ad partem, & è contrario.argumẽ.l.quæ de tota.ff.de rei vendi.& §. fulloni in Inſtit.de obligat. quæ ex delict.naſc.

Poſtremò excommunicatio hæc afficit,vel occupẽt loca ſubiecta ĩmediatè,vel mediatè Romanæ Eccleſię,ob verba illa Mediatè,vel immediatè ſubiecta ; hæc autem loca quænam ſint in præmiſſis declarauimus.Hi omnes ergo in excommunicationem hanc incidunt: quam tamẽ etiam

etiam nonnulli euadunt.

Nam primò, qui loca Eccleſiæ in feudum habent, vt hodie Siciliam Philippus Hiſpaniarũ Rex, & Montem Scutulum, patriam meam Fabricius Bagnus Marchio, ſi dicta loca, quæ in feudum habent, ab ipſis deficiãt quibus in feudum data ſunt, iure bellum in ea mouẽt, inuadũt, & capiunt, & detinent. Nec repugnant verba illa, Sub quocunq; titulo, vel colore; quandoquidẽ intelliguntur de titulo, & colore iniuſto, non autem iuſto; non enim Eccleſia iniuſtitiã fouet, quę aliis vt iuſtitia fiat, operatur. argum. c. 2. de re iud. lib. 6. & facit le. meminerint. C. vnde vi.

Secundò in pœnam hanc nõ incidunt, qui occupant aliquid, quod ſit alicuius priuati eorũ locorum, vt pote ædes, fundum, & id generis; nam Bulla eos excommunicat, qui iuriſdictionem publicam, & iuspublicum vſurpant, non autem qui priuatum. Quare fures, & latrones, ꝗ huic, vel illi aliquid ſubripiunt, in pœnam hanc non incidunt. Non ẽt Marcus Saria, qui oppida ingrediebatur Eccleſiæ, vt inde victũ ſibi, ſuiſque pararet; nam non id faciebat, vt dominus huiuſmodi locorum fieret. Sed de hac regula ſatis, ad alterã veniamus.

SVMMA.

1 *Deſtruentes loca Romanæ Eccleſiæ in excommunicationem incidũt. Item &*

2 *Occupantes, &*

3 *Detinentes.*

4 *Inuadens, occupans, & deſtruens loca Eccleſiæ Romanæ an in vnã pluresve excommunicationes incidat.*

II.

1 Secunda regula hæc eſt; † In excommunicationẽ hanc etiam incidunt, qui prædicta loca Romanę Eccleſiæ deſtruunt, ob verbum illud Deſtruere. Quare ſi quis Ciuitatem obſederit, & aut bombardis, aliiſque bellicis inſtrumẽtis eam vaſtauerit, vel captam direptioni, incendio ve dederit, in excommunicationem hanc incidet.

Quæ excõmunicatio, vt ſuperior declaratur. Non igitur in pœnam hanc incidet, qui priuato odio ædes alicuius incẽderit, aut deſtruxerit. Sed iam ad tertiam regulam veniamus.

In excommunicationem hãc
2 etiam incidunt, †qui prędicta loca occupãt, ob verbum illud occupare. Quæ excommunicatio,

vt

vt ſuperiores, declaratur, & ob id nihil addentes, ad poſtremã tranſeamus.

¶ In excommunicationem hãc
3 demum incidunt,†qui prædicta loca habentes detinere illa prę-ſumunt, ob verba illa Detinere præſumpſerint. Si ergo quis huiuſmodi loca occupauit; & filius id non ignorans, poſt patris obitum ea retinet, in excommunicationem hanc incidet, eſto ipſe non inuaſerit, atque occupauerit: hoc enim propriè ſignificat detinere in hoc caſu, vt pręmiſſimus: hæredes igitur Principum virorũ in hoc cauti ſint. Et hęc excommunicatio, vt ſuperiores, quoque declaratur.

4 Verum quid,† ſi quis loca huiuſmodi inuadat, occupet, & deſtruat (quod fecerunt Borbonii exercitus, ac milites ad Vrbem, quam inuaſerunt, multis in partibus deſtruxerũt, & per aliquot dies occupatam tenuerũt) an in excommunicationes plures, vnamve incidet? Ego cenſeo in plures excõmunicationes incidere. Primò, quia ex his actionibus vna ſub alia non eſt, ſed æq̃ principales, ergo ſingulæ per ſe operantur. argu. eorum, quæ dixit Bart. in l. 1. ff. de iis, quæ not. infami. Præterea, quoniam pro ſingulis excõmunicatio lata eſt vt habetur in Bulla, & ſi contrarium diceremus, à verbis eius diſcederemus, quod non eſt faciẽdum. arg. l. non aliter. ff. de leg. 3. Poſtremò, ſi non pro ſingulis in excommunicationem quis incideret, pro qua? Concludo igitur in plures excõmunicationes hunc incidere, & facit l. ſi ſeruꝰ ſeruum ff. ad leg. aquil. Sed iam ad alteram partem Capitis deſcendamus.

Verſ. Nec non ſupremam iuriſdictionem in illis nobis, & eidem Romanæ Eccleſiæ competentem de facto vſurpare, perturbare, retinere, vexare varijs modis præſumunt.

S V M M A.

1 Iuriſdictio ſuprema quænam ſit.
2 Nobis, & Romanæ Eccleſia, id eſt verba hæc quid ſignificent.
3 Vſurpare quid ſignificet. Item
4 Perturbare,
5 Retinere, &
6 Vexare.
7 Vſurpantes ſupremam iuriſdictionem, quam habet Romanus Pontifex in terris Eccleſia, in excommunicationem incidunt, ſicut etiam Perturbantes, & Retinentes, nec non vexantes.

IN hac ſecunda parte huius Capitis excõmunicantur,qui prę ſumunt vſurpare,pturbare,retinere,& vexare ſupremam iuriſdictionẽ in prædictis locis competentẽ Romano Pontifici,& Romanæ Eccleſiæ: quam excommunicationem,vt dilucidiorem habeamus,præmittenda tria ſunt. Primum,Suprema iuriſdictio quænam ſit. Deinde,verba illa Nobis,& eidem Romanæ Eccleſię, quid ſignificent.Poſtremò,verba illa vſurpare,Perturbare, Retinere, & Vexare ,quid ſignificent.

1 Quoad primum igitur† Suprema iuriſdictio merum imperium ſignificat,vt habetur in le. imperium.ff.de iuriſd.omn.iud. iunct. Gloſſ.in c. quod tranſlationem.in verb.Reſeruata.de off.deleg.Hic autem accipio pro dominio directo,& etiam vtili, qđ habet Eccleſia in huiuſmodi locis,& iuriſdictione.

2 Quoad ſecundum†verba illa Nobis, & Romanę Eccleſię ſic accipienda cenſeo,Nobis id eſt Romano Pontifici mediatè iuriſdictionem competẽtem.Romanæ Eccleſiæ immediatè;nam iura eorum locorum inhærent,primò ipſi Romanæ Eccleſię,deinceps Romano Pontifici,tanquã Vicario,& eius ſponſo. Et pro hac ſentẽtia facit c. ſi diligenti. de præſcrip. ibi. Tibi non licuit pro te,vel Eccleſia tua,& in Clemen.2.in verſi.Rurſus non eſt ſilentio relinquendum, quod ipſe Rex noſter;& Eccleſię Romanæ ratione regni prædicti notoriè ſubditus:ex quibus patet ea, quæ ſunt Eccleſię alicuius, dici eſſe & Eccleſiæ, & eius prælati, ob adminiſtrationem,& mediatè. Vel dici poteſt illud Nobis, ſcilicet viuis, illud Romanę Eccleſię poſt mortem , quamuis prior interpratatio magis mihi arrideat;præſertim quòd & hãc ſecum continet. Et quæ dixim' de huiuſmodi verbis Nobis, & Romanæ Eccleſię, idem ſentimus,vbi dicitur nos, & Sedes Apoſtolica: & de hoc itidẽ ſatis.

3 Quo ad tertinm † Vſurpare, vt alibi diximus, eſt contra ius, quaſi tamen ius habeat, rem aliquam ſibi ſumere.

2 † Perturbare vero ſignificat eum, qui in poſſeſſione eſt,moleſtia afficere, vt ipſe rem habeat,& poſſidentem expellat,vnde interdictum etiã datur.

5 † Retinere autem ſignificat eum,qui eſt in poſſeſſione,vt diximus antea.

6 † Vexare demum ſignificat moleſtia afficere,eſto poſſeſſionem non adimat. His p̃miſſis,iam rem aggrediamur: & quoniam ob quatuor cauſas excom-

Digitized by Google

communicatio hic fertur, ob eã rem quatuor regulas ponamus.

In excommunicationem hãc
7 igitur incidunt,†qui vſurpãt ſupremam iuriſdictionem, quam habet Romanus Pontifex, & Eccleſia Romana in prædictis locis, vt habetur in verſi. propoſito.

Quæ excommunicatio, vt ſuperiores, declaratur. Qui ergo nullum ius in illis locis habet, ſi quid iuris ſibi vſurpet, in pœnã hanc incidet. Item, ſi vtile dominium tantum habeat, vt directũ etiam vſurpet tantundem; exempli gratia nolens agnoſcere pro domina Eccleſiam, nec Romanum Pontificem, & ob id Canonem, & id quod debet, non ſoluit.

Excipitur tamen, vbi de iure id faceret, nam Bulla excommunicat vſurpantes de facto, vt in ipſa habetur; ergo ſecus ſi de iure. arg. c. non ne. de præſump. & l. cum prætor. ff. de iud. Quare Principes, qui in prædictis locis ſupremam iuriſdictionem legitimè conceſſam habent, in excõmunicationem hanc non incident. Sed de hac regula ſatis, ad aliam veniamus.

In hãc excommunicationem quoque incidunt, qui eãdem iuriſdictionem perturbant. Quæ excommunicatio, vt ſuperior, declaratur. Quare qui ius dicere, tributaque exigere Eccleſiæ debita conatur, in pœnam hãc incidet.

In excommunicationem eandem incidũt, qui quaſi in poſſeſſione exiſtentes eam retinere pſumunt, ob verbum illud Retinere. Quæ excommunicatio, vt ſuperiores, etiam declaratur. Excipitur tamen vbi de iure ipſam retinerent.

Hæc eadem ſentimus de Vexante, ob verbum illud vexare. Sed iam tertiam partem aggrediamur.

Verſ. Necnon adhærentes, fautores, & defenſores eorum, ſeu illis auxilium, conſilium, vel fauorem quomodolibet præſtantes.

SVMMA.

2 *Adhærentes quinam ſint.*

2 *Adhærentes ijs, qui Apoſtolicã Sedem in prædictis offendunt, in excommunicationem incidunt: quæ excõicatio etiã declaratur.*

IN hac parte excommunicantur adhęrẽtes, fautores, & defenſores prædictorum. Sed quoniam qui ſint fautores,

Digitized by Google

tores,& defenſores,& qui dicâtur auxilium,conſilium, vel fauorem pręſtare,multis in locis diximus,ob eam rem horum explicatione omiſſa, quinam adhærentes dicantur, explicemus.

1 Adhærentes igitur † ſunt ii q̃ nulla pactione intercedẽte, ſed mera voluntate alicuius factionem ſequũtur,& differunt à cõfederatis,& ſociis; nã hi pactiones ineunt,& ſocietatem vt habetur lib. 1. Machabeorum.cap. 8. Hoc præmiſſo regulam ponamus.

In excommunicationem hãc 2 † demum incidunt adhęrentes, qui pędicta contra Romanam Eccleſiam præſumunt,ſcilicet p̃ ſtando eis auxilium, conſilium, vel fauorem, vt dicitur in verſi. Qui ergo ſuadet,incitat, hortatur ad prædicta quempiam contra Eccleſiam. Qui pecuniam, arma,milites,equos,comeatus, & alia ſubminiſtrat, in pœnam hanc incidit. Quæ excommunicatio,vt ſuperiores, declaratur. Excipitur tamen, vbi nihil prædictorum ſecutum eſt ex eorum cõſilio,auxilio,vel fauore. Hęc ſunt,quæ de ſecunda huius operis parte, Dei benignitate, habuimus;iam poſtremam aggrediamur.

Digitized by Google

PARS TERTIA

De duratione huius Bullæ Cap. I.

Volentes præſentes noſtros proceſſus, ac omnia, & quæcunque his litteris contenta quouſq; alij huiuſmodi proceſſus à nobis, aut à Rom. Pontifice pro tempore exiſtenti fiant, aut publicentur, durare, ſuoſque effectus omnino ſortiri.

SVMMA.

1 *Excommunicationes interdicta, ac reliqua contenta in hac Bulla etiam poſt mortem Rom. Pontificis obligant, ac durant: quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Bulla hæc durat, eſto qui illam tulit moriatur, vel*

E Pontificatu ſe abdicauerit, vel

ob hæreſim depoſitus ſit, vel

Eſto alia facta ſit, ſed non promulgata.

ABſoluim⁹ Dei benignitate duas huius Bullæ partes: reliquũ eſt. vt tertiã ac poſtremam aggrediamur. Et quoniã octo partes continet, ob eam rem, vt aptior, faciliorque ipſarum cognitio habeatur, in octo capita ipſam diuidemus; in quorum primo de duratione huius Bullæ, in reliquis de aliis agemus.

Quoad primum igitur, ne ab inſtituto noſtro diſcedamus regulam ponamus.

1 Excommunicationes igitur, † interdicta, ac reliqua contenta in hac Bulla durant, & obligant non ſolum viuẽte Clemẽte octauo Pont. Max. qui illam tulit, verum etiam & poſt mortẽ eius, vt habetur in verbis Bullæ; nam ex quo vult hos proceſſus durare, quouſque aut à ſe, aut à Roma. Pontifice pro tempore exiſtente alii fiant, & publicentur; ergo vult etiam poſt obitum ſuum durare; nam alius Pontifex eſſe non poteſt, qui proceſſus hos faciat, dum ipſe viuit; cõſequitur ergo, ex quo vult, vt durent, quouſque alius Põtifex ꝓceſſus alios faciat, aut publicet, & ipſo mortuo ipſos durare velle; qui enim vult conſequens, & antecedens velle intelligitur. argu. §. idemque iuris. Inſtit. quib. ex cauſ. manumitt. non lic.

2 Hæc autem regula, † vt Bulla hæc etiam poſt mortẽ duret, lo-

Digitized by Google

cum habet, eſto ciuiliter moriatur, quod Deus Opt. Max. auertat, vt pote ab hoſtibus captus; non mors naturalis, aut Ciuilis in hoc ſimiles ſunt. arg. ca. ſi Epiſcopus. de ſupplen. neg. prelato. lib. 6. etenim nec tunc Sedes vacat; nam nec S. Petro in carcerem incluſo alius in eius locum ſuffectus eſt, ſed oratio ſine intermiſſione fiebat ab Eccleſia ad Deum pro eo, vt habetur in actis Apoſtolorum. cap. 12.

Item regula hęc locum hēt, ſi è Pontificatu ſe abdicaſſet, id eſt, renunciaſſet; id enim poteſt, vt dicitur in cap. 1. de renuncia. li. 6. & facit citat. ca. ſi Epiſcopus. iunct. Gloſſ. Mortem. de ſupplē. neg. prælato.

Tertio durat Bulla, eſto ob hęresim depoſitus ſit. arg. cit. cap. ſi Epiſcopus. iunct. Gloſſ. Mortē. Et ad ſummam, quacunque ratione vacet Sedes Apoſtolica, durat hæc Bulla.

Quartò durat etiam, eſto alia facta ſit, ſed non promulgata; nam ante promulgationem nō obligat. argu. auth. vt fact. nou. conſt. & §. leges inſtituntur. diſ. 4. idque merito, iniquum enim videretur quem inſcium legis ea obligari.

Poſtremò durat Bulla hæc etiam, poſtquam nouus Pontifex creatus eſt, & aliam non fecit; nam vult auctor huius Bullæ; euſque durare, quouſque vel ipſe, vel alius, & ſic ſucceſſor proceſſus alios facit, vel publicat, vt habetur in capite propoſito. Imò, etſi primus ſucceſſor id nō fecerit, vel ſecūdus, vel tertius, & ad ſummam nemo alius, ſemper hęc duraret, ob verba illa. Aut Romano Pontifice pro tēpore exiſtēte. Quouſque igitur Bulla hęc durabit, quicunque ipſam offendit, in prędictas pœnas incidet: Sed iam caſus, in quibus Bulla hæc tollitur, explicemus, id quod in ſequēt. præſtabimus.

SVMMA.

1 *Bulla hæc quot modis extinguatur.*
2 *Excommunicati per hanc Bullam, niſi abſoluantur, ſemper ſunt excommunicati.*

I.

§ Propoſuimus nobis explicandum, in quibus caſibus Bulla hęc tollatur; iam ergo rē aggrediamur.

1 Primum igitur Bulla † hæc tollitur; vbi auctor eius aliam promulgauit vt dicitur in verbis. Non enim ſat eſt, vt fiat, ſed neceſſe etiam eſt, vt promulgetur, vt proxime dixi. Nec repugnāt verba illa fiant, aut publicentur, quaſi

quaſi ſat ſit, ob alternatiuam illam Aut, quę vnum tantum adimpleri requirit, arg. l. ſi hæredi plures. ff. de cond. inſtit. proceſſus huiuſmodi alios aut fieri, aut publicari, quo Bulla hæc tollatur; nam ea verba in hanc ſententiam accipiuntur; fiant, ſcilicet denuo ab ipſomet Pontifice, Publicentur, ſcilicet ab alio facti, quaſi dicat vel Pontifex Romanus nouos proceſſus ipſemet faciat, vel factos ab alio promulget, exempli gratia a Pio Quinto factos, nihil intereſt, ſic enim & Imperator hac loquendi forma vſus eſt in proemio Inſtitut. dum inquit. Omnes vero populi legibus tam à nobis promulgatis, quam compoſitis reguntur. Hæc ibi Imperator, ex quib. apparet illud compoſitis pro factis intelligi, vt Gloſſ. ibi declarat, & tamen leges non obligãt, nec ipſis populi reguntur, antequam promulgentur, aut publicentur. arg. cit. auth. vt fact. noui. conſt. & §. leges inſtituuntur. diſt. 4. Nec repugnat dictio illa Aut; nam quod verba ſecundum ſubiectam materiam accipiuntur. arg. l. ſi vno. ff. locat. & l. plenum. §. equitii. ff. de vſu & habi. dictio illa alternatiua vel, pro coniuncta accipitur, quod aliquando poteſt, vbi materia id ſuadet, vt habetur in l. cum quidam. C. de ver. ſign. & l. ſępe. ff. de verb. ſign. vel verbo illi Fiát, intelligetur adiuncta publicatione. Alterius igitur Bullę promulgatione hæc ipſo iure tollitur

Secundo loco tollitur Bulla hęc, vbi auctor ipſius eam abrogauit, eſto aliam non tulit, idque iure merito, eius enim eſt tollere, cuius eſt ponere, vt tradidit Gloſſ. magiſtr. in c. cum inferior. de maior. & obedien. idẽ dicimus, ſi ſucceſſor eam abroget; nam prędeceſſor legem ſucceſſori dicere non poteſt, à qua diſcedere ſucceſſor neq̃at; [par enim in parem imperium, ac iuriſdictionem non habet, vt habetur] in cap. innotuit. verſ. Quamuis. de elect. & in l. ille, à quo. §. tempeſtiuum. ff. ad Trebell.

Poſtremo extinguitur, & tollitur Bulla morte, vbi non cauiſſet, vt poſt mortem duraret; nã ex quo nõ lex, ſed ſententia eſt, vt probauimus in prima parte huius operis, generales ſententiæ eas ferentis morte tollũtur ſicut etiam ſingulares. arg. l. fin. ff. de pœn. & l. 1. C. de furt. & vt nos in noſtro tractatu probauimus. Quam rem animaduertentes Romani Põtifices clauſulam hanc durationis addere cœperũt; vt Pius V. Gregorius XIII. Siſtus V. & nouiſſime Clemens

VIII.

2 VIII. †Quod autem diximus, ni ſi clauſula illa addita eſſet, Bullam non operaturam, in eā ſententiam accipiēdum eſt, quoad futurum; vt ſcilicet, qui eam offenderent, in eius pœnam nō inciderēt; non autem quo ad eos, qui iam in ipſius pœnam inciderunt; quouſque enim abſoluantur, hi ſemper cenſuris eius conſtricti erunt, vt probauimus in tractatu noſtro de cenſuris. Niſi ſic abrogaretur a Rom. Pontif. vt pro infecta eam haberi velit, tunc enim ipſo iure abſoluti eſſent, id quod etiam abſoluimus in tractutu eodem: ſed de duratione huius Bullę ſatis; ad alia tranſeamus.

De eo, qui abſoluere ab his cenſuris poteſt. Cap. II.

Cęterum à prædictis ſententijs nullus per alium, quam per Romanum Pontificē, niſi in mortis articulo conſtitutus, nec etiam tunc, niſi de ſtando Eccleſiæ mandatis, & ſatisfaciendo cautione præſtita abſolui poſſit. Etiam prætextu, quarūuis facultatum, & indultorum quibuſcunque perſonis Eccleſiaſticis ſecularibus, & quorumuis Ordinū, etiam Mendicantium, ac Militiarum regularibus, etiā Epiſcopali, vel alia maiori dignitate præditis, ipſiſque Ordinibus, & eorum Monaſterijs, Conuētibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, Hoſpitalibus, & locis pijs, nec non laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per nos, & dictam Sedem, ac cuiuſuis Concilij decreta verbo, litteris, aut alia quacunque ſcriptura in genere, & in ſpecie conceſſorum, & innouatorum, ac concedendorum, & innouandorum. Niſi in eis etiam caſus præſentibus literis expreſſi comprehendantur.

SVMMA.

1 *Cenſuræ aut ab homine, aut à Iure feruntur.*

Ab-

2 *Abſoluere à cenſuris à Iure latis Epiſcopus poteſt.*
3 *Abſoluere à cenſuris ab homine latis poteſt, qui eas tulit.*
4 *Abſoluere à cenſuris ab homine generaliter latis Epiſcop⁹ ēt, pōt.*
5 *Abſoluere à cenſuris Bulla Cœnæ Domini non poteſt.*
Vicarius Papa.
Legatus à latere.
Patriarcha.
Archiepiſcopus.
Epiſcopus.
His inferior.
Collegium Cardinalium.
Concilium generale.
6 *Abſoluere poteſt à cenſuris Bulla Cœnæ Domini Rom. Pōtifex, qui eas tulit, nec non eius ſucceſſor.*
7 *Abſoluere non poteſt à cenſuris Bulla Cœnæ Domini Rom. Pontifex, qui ſe Pontificatu abdicauit, vel rationis vſum amiſit.*

CAPVT hoc quò eius cognitionem diluciddiorem habeamus, in quinque partes diuidimus: quarum ſecūda incipit ibi. Niſi in mortis articulo. Tertia ibi. Nec etiam tunc. Quarta ibi, etiam prætextu: Quinta ibi. Niſi in eis etiam; de quibus ſigillatim agendum eſt, & prius de prima. In hac igitur parte duo dicta habentur; quorum primum eſt. Nullū, ſeu nemine inferiorē ipſo Rom. Pon. abſoluere poſſe. Alterum eſt, ſolum Roma. Pontificem eiſdem irretitum cenſuris per hanc Bullam abſoluere poſſe: quæ duo dicta; vt dilucidiora habeamus.

1 Præmitto primum † cenſuras, aut ab homine, aut à iure ferri, vt inquiunt Innoc. in ca. 1. & ibi quoque Mar. Soci. Sen. nu. 9. de ſentent. excom. & Hoſt. in Sum. eod. nu. 2. & Abb. in Rubr. eo. & communiter DD. vt id diximus in Tractatu noſtro de cenſuris. cap. 2. §. 1. Tab. 1. Cenſuras autē per hanc Bullā latas eſſe ab homine, vt probauimus in prima parte huius operis.

2 Secundo præmitto † a cenſuris a iure latis abſoluere Epiſcopos poſſe, niſi legiſlator abſolutionem ſibi reſeruauerit, vt habetur in ca. nuper, & ibi DD. de ſent. excom. & Mar. Soc. Sen. in c. officii, vbi materiam hanc tractauit. num. 11. Verſ. Quo ad primum tolle hāc regulam. de ſentent. excom. & Couar. in capi. alma. p. 1. §. 12. nu. 4. verſ. Abſolutio vero de excommunicatione lata, & nos abunde in ead. Tab. Cap. 10.

3 A cenſuris vero † ab homine latis abſoluere eum tantū poſſe, qui illas tulit. argu. ca. paſtoralis. §. præterea. de off. ordi. & vt dixit Gloſſ. in Clemēt. 1. in verb. a canone. de priuileg. & Couar. eod. §. 12. nu. 2. verſicu.

Quis

Quis autem poſſit abſoluere, & nos in ead. Tab. 1. capi. 4. vbi v- berrime materiam hanc decla- rauimus.

4 Præmitto demum, à cenſuris per ſententias generales ab ho- mine latis Epiſcopos etiam ab- ſoluere poſſe, vt dixit Imol. in c. graue. col. 4. de prębend. quem ſequitur Gundis. de Villadiego in tractatu ſuo de legato, q. 13. Verſi. Aut ſumus in ſecundo mē bro, & nōnulli alii, quos refert, ac ſequitur Nauar. in Man. capi. 27. nu. 44. & Couar. in eod. §. vbi & ipſe alios refert. nu. 4. verſic. eſt hæc regula. Hoc tamen locū habet, vbi tam legiſlator abſo- lutionem ſibi nō reſeruauit, quā is, qui per ſententias generales cenſuras tulit, vt habetur in cit. c. nuper, & allegati DD. inqunt. His ſic præmiſſis, ex quo dicta ſunt duo in hac prima parte, duas quoque regulas ponamus, quarum prima hæc eſt.

5 Nullus Ro. Pontifice inferior† abſoluere poteſt excommunica tos, & irretitos cenſuris huius Bullę, vt habetur in initio huius Capitis; idque meritò, nam Ro. Pontifex abſolutionem ſibi ſo- lum reſeruauit, vt habetur in ip- ſa Bulla, ergo nemo alius ab ip- ſo abſoluere poterit. arg. cita. ca. nuper. de ſentent. excom. & eo- rum, quę pręmiſſimus. Hęc aūt regula locum habet, vel ſit Vicā rius Papæ, vel Legati à latere, vel Patriarchę, vel Archiepiſco pi, vel Epiſcopi, & multo min' inferiores; nam ex quo nullū ab ſoluere vult pręter Rom. Pōtifi- cem, ergo neminem excipit. ar- gu. l. Iulianus. ff. de leg. 3. & l. cū prętor. ff. de iud. & ca. nonne. de præſumpt.

Item abſoluere ab his cenſu- ris non poteſt nec Collegium Cardinalium, ob eandem ratio- nem, nam ex quo præter Roma. Pontificem nullus abſoluere po teſt, Collegium non eſt Ro. Pon tifex, ergo nec abſoluere poteſt; cui enim verba legis non cōue niunt, nec diſpoſitio conuenit, arg. l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. etenim & hoc prohibere ipſi Collegio Rom. Pōtifex poteſt, vt habetur in c. vnic. in verſi. ex- communicationis ſententia, de ſchiſ. lib. 6.

Poſtremò nec Concilium ge nerale; nam nec ipſum Ro. Pon- tifex eſt, ſed eius auctoritate cō gregatur, et ipſi præeſt, vt ſu- pra vidimus; ergo ex quo eſt in- ferius ipſo Rom. Pontifice, nec ipſum abſoluere poteſt, niſi ab ipſo facultatem hanc habeat; Idque multo magis hodie ob de cretum de mandato Sanctiſſimi D. N. D. Clementis Papæ, Octaui in lucem nouiſſime ęditum;

cuius

cuius cognitio, quòd ad materiam abſolutionis cum cenſurarum huius Bullæ, tum caſuum, quos Ordinarii ſibi reſeruant, pertinet, ob eam rem inferendum huc curauimus, & eſt hoc.

Decretum

Ne regulares cuiuſcunque Ordinis abſoluant à caſibus in Bulla Cœnæ Domini Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, vel ab ijs, quos ordinarij locorum ſibi reſeruant.

SACRA Congregatio S.R.E. Cardinalium negociis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſita, iuſtis, & grauibus cauſis id exigentibus, ac de Sanctiſſimi D. N. Clementis Papæ Octaui ſpeciali mandato, viuę vocis oraculo deſuper habito, Sacerdotibus omnibus tam ſecularibus, quam regularibus per vniuerſam Italiam extra Vrbem degentibus; ad confeſſiones audiendas probatis, quorumuis Ordinum etiam Mendicantium, Militiarum, aut Congregationum Societatis Ieſu, & generaliter quarumcunque aliarum, quouis nomine nuncupentur, iubet, & pręcipit, ne quis eorum ſub prætextu priuilegiorum, indultorum, aut facultatum generaliter, vel ſpecificè, ſcripto, aut viuæ vocis oraculo, vel per communicationem à Sede Apoſtolica, vel eius auctoritate, eorum Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, vel ſocietatibus, aut Archiconfraternitatibus ſecularium, aut ſingularibus perſonis, ſeu alias quomodocunque ſub quibuſuis tenoribus, formis, & clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis, ad cuiuſuis, etiam Imperatoris, Regum, aut aliorum Principum inſtantiam conceſſarum, ſeu confirmatarum, alicui cuiuſuis ſtatus, [illegible]dus, & conditionis, aut dignitatis, tam Eccleſiaſticæ, quàm ſe[illegible]s, etiam Regię, vel Imperialis, ab vllo ex caſibus clare, vel du[illegible] Bulla in die Cœnæ Domini legi ſolita contentis, vel alias [illegible]odocunque Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, aut in futurum per [illegible]tatem ſuam, eiuſve ſucceſſores pro tempore, in eadem Bul[illegible]aliter reſeruandis, nec etiam à caſibus, quos ordinarij loco[illegible]actenus reſeruarunt, vel in poſterum ſibi reſeruabunt, nullo

 caſu

IN hac ſecunda parte huius Capitis excõmunicantur, qui prę ſumunt vſurpare, ꝑturbare, retinere, & vexare ſupremam iuriſdictionē in prædictis locis competentē Romano Pontifici, & Romanæ Eccleſiæ: quam excommunicationem, vt dilucidiorem habeamus, præmittenda tria ſunt. Primum. Suprema iuriſdictio quænam ſit. Deinde, verba illa Nobis, & eidem Romanæ Eccleſię, quid ſignificent. Poſtremò, verba illa vſurpare, Perturbare, Retinere, & Vexare, quid ſignificent.

1 Quoad primum igitur† Suprema iuriſdictio merum imperium ſignificat, vt habetur in le. imperium. ff. de iuriſd. omn. iud. iunct. Gloſſ. in c. quod translationem. in verb. Reſeruata. de of ſi. deleg. Hic autem accipio pro dominio directo, & etiam vtili, qđ habet Eccleſia in huiuſmodi locis, & iuriſdictione.

2 Quoad ſecundum† verba illa Nobis, & Romanę Eccleſię ſic accipienda cenſeo, Nobis id eſt Romano Pontifici mediatè iuriſdictionem competētem, Romanæ Eccleſiæ immediatè; nam iura eorum locorum inhærent, primò ipſi Romanæ Eccleſię, deinceps Romano Pontifici, tanquã Vicario, & eius ſponſo. Et pro hac ſentētia facit c. ſi diligenti. de præſcrip. ibi. Tibi non licuit pro te, vel Eccleſia tua, & in Clemen. 2. in verſi. Rurſus non eſt ſilentio relinquendum, quod ipſe Rex noſter; & Eccleſię Romanæ ratione regni prædicti notoriè ſubditus: ex quibus patet ea, quæ ſunt Eccleſię alicuius, dici eſſe & Eccleſiæ, & eius prælati, ob adminiſtrationem, & mediatè. Vel dici poteſt illud Nobis, ſcilicet viuis, illud Romanę Eccleſię poſt mortem, quamuis prior interpretatio magis mihi arrideat; præſertim quòd & hãc ſecum continet. Et quæ dixim⁹ de huiuſmodi verbis Nobis, & Romanæ Eccleſię, idem ſentimus, vbi dicitur nos, & Sedes Apoſtolica: & de hoc itidē ſatis.

3 Quo ad tertinm † Vſurpare, vt alibi diximus, eſt contra ius, quaſi tamen ius habeat, rem aliquam ſibi ſumere.
2 † Perturbare vero ſignificat eum, qui in poſſeſſione eſt, moleſtia afficere, vt ipſe rem habeat, & poſſidentem expellat, vnde interdictum etiã
5 datur. † Retinere autem ſignificat eum, qui eſt in poſſeſſione, vt
6 diximus antea. † Vexare demum ſignificat moleſtia afficere, eſto poſſeſſionem non adimat. His ꝓmiſſis, iam rem aggrediamur: & quoniam ob quatuor cauſas excom-

communicatio hic fertur, ob eã rem quatuor regulas ponamus.

In excommunicationem hãc
7 igitur incidunt,†qui vſurpãt ſu-
premam iuriſdictionem, quam
habet Romanus Pontifex, &
Eccleſia Romana in prædictis
locis, vt habetur in verſi. propo
ſito.

Quæ excommunicatio, vt ſuperiores, declaratur. Qui ergo nullum ius in illis locis habet, ſi quid iuris ſibi vſurpet, in pœnã hanc incidet. Item, ſi vtile domi nium tantum habeat, vt directũ etiam vſurpet tantundem; exem pli gratia nolens agnoſcere pro domina Eccleſiam, nec Romanum Pontificem, & ob id Canonem, & id quod debet, non ſoluit.

Excipitur tamen, vbi de iure id faceret, nam Bulla excommunicat vſurpantes de facto, vt in ipſa habetur; ergo ſecus ſi de iure. arg. c. non ne. de præſump. & l. cum prætor. ff. de iud. Quare Principes, qui in prædictis locis ſupremam iuriſdictionem legitimè conceſſam habent, in excõ municationem hanc non incident. Sed de hac regula ſatis, ad aliam veniamus.

In hãc excommunicationem quoque incidunt, qui eãdem iuriſdictionem perturbant. Quæ excommunicatio, vt ſuperior, declaratur. Quare qui ius dicere, tributaque exigere Eccleſiæ debita conatur, in pœnam hãc incidet.

In excommunicationem eandem incidũt, qui quaſi in poſſeſſione exiſtentes eam retinere p̃ſumunt, ob verbum illud Retinere. Quæ excommunicatio, vt ſuperiores, etiam declaratur. Excipitur tamen vbi de iure ipſam retinerent.

Hæc eadem ſentimus de Vexante, ob verbum illud vexare. Sed iam tertiam partem aggrediamur.

Verſ. Necnon adhærentes, fautores, & defenſores eorum, ſeu illis auxilium, conſilium, vel fauorem quomo dolibet præſtantes.

SVMMA.

2 *Adhærentes quinam ſint.*

2 *Adhærentes ijs, qui Apoſtolicã Sedem in prædictis offendunt, in excommunicationem incidunt: quæ excõicatio etiã declaratur.*

IN hac parte excommunicantur adhęrẽtes, fautores, & defenſores prædictorum. Sed quoniam qui ſint fau-

 tores,

tores,& defenſores,& qui dicã-
tur auxilium,conſilium, vel fa-
uorem pręſtare,multis in locis
diximus,ob eam rem horum ex
plicatione omiſſa, quinam ad-
hærentes dicantur, explicemus.

1 Adhærentes igitur † ſunt ii q
nulla pactione intercedẽte, ſed
mera voluntate alicuius factio-
nem ſequũtur,& differunt à cõ-
federatis,& ſociis; nã hi pactio
nes ineunt,& ſocietatem vt ha-
betur lib. 1. Machabeorum.cap.
8. Hoc præmiſſo regulam pona
mus.

In excommunicationem hãc
2 † demum incidunt adhęrentes,
qui pędicta contra Romanam
Eccleſiam præſumunt,ſcilicet ꝑ
ſtando eis auxilium, conſilium,
vel fauorem, vt dicitur in verſi.
Qui ergo ſuadet,incitat, horta-
tur ad prædicta quempiam con
tra Eccleſiam. Qui pecuniam,
arma,milites,equos,commeatus,
& alia ſubminiſtrat, in pœnam
hanc incidit. Quæ excommuni-
catio,vt ſuperiores, declaratur.
Excipitur tamen, vbi nihil præ-
dictorum ſecutum eſt ex eorum
cõſilio,auxilio,vel fauore. Hęc
ſunt,quæ de ſecunda huius ope-
ris parte, Dei benignitate, ha-
buimus;iam poſtremam aggre-
diamur.

PARS TERTIA

De duratione huius Bullæ Cap. I.

Volentes præſentes noſtros proceſſus, ac omnia, & quæcunque his litteris contenta quouſq; alij huiuſmodi proceſſus à nobis, aut à Rom. Pontifice pro tempore exiſtenti fiant, aut publicentur, durare, ſuoſque effectus omnino ſortiri.

SVMMA.

1 *Excommunicationes interdicta, ac reliqua contenta in hac Bulla etiam poſt mortem Rom. Pontificis obligant, ac durant: quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Bulla hæc durat, etſi qui illam tulit moriatur, vel*
E Pontificatu ſe abdicauerit, vel
Ob hæreſim depoſitus ſit, vel
Etſi alia facta ſit, ſed non promulgata.

ABſoluim⁹ Dei benignitate duas huius Bullæ partes: reliquū eſt, vt tertiā ac poſtremam aggrediamur. Et quoniā octo partes continet, ob eam rem, vt aptior, faciliorque ipſarum cognitio habeatur, in octo capita ipſam diuidemus; in quorum primo de duratione huius Bullæ, in reliquis de aliis agemus.

Quoad primum igitur, ne ab inſtituto noſtro diſcedamus regulam ponamus.

1 Excommunicationes igitur, † interdicta, ac reliqua contenta in hac Bulla durant, & obligant non ſolum viuēte Clemēte octauo Pont. Max. qui illam tulit, verum etiam & poſt mortē eius, vt habetur in verbis Bullæ; nam ex quo vult hos proceſſus durare, quouſque aut à ſe, aut à Roma. Pontifice pro tempore exiſtente alii fiant, & publicentur; ergo vult etiam poſt obitum ſuum durare; nam alius Pontifex eſſe non poteſt, qui proceſſus hos faciat, dum ipſe viuit; cōſequitur ergo, ex quo vult, vt durent, quouſque alius Pōtifex ꝓceſſus alios faciat, aut publicet, & ipſo mortuo ipſos durare velle; qui enim vult conſequens, & antecedens velle intelligitur. arg. §. idemque iuris. Inſtit. quib. ex cauſ. manumitt. non lic.

2 Hæc autem regula, † vt Bulla hæc etiam poſt mortē duret, lo-

cum habet, eſto ciuiliter moriatur, quod Deus Opt. Max. auertat, vt pote ab hoſtibus captus; non mors naturalis, aut Ciuilis in hoc ſimiles ſunt. arg. ca. ſi Epiſcopus. de ſupplen. neg. prælato. lib. 6. etenim nec tunc Sedes vacat; nam nec S. Petro in carcerem incluſo alius in eius locum ſuffectus eſt, ſed oratio ſine intermiſſione fiebat ab Eccleſia ad Deum pro eo, vt habetur in actis Apoſtolorum. cap. 12.

Item regula hęc locum hēt, ſi è Pontificatu ſe abdicaſſet, ideſt renunciaſſet; id enim poteſt, vt dicitur in cap. 1. de renuncia. li. 6. & facit citat. ca. ſi Epiſcopus. iunct. Gloſſ. Mortem. de ſupplē. neg. prælato.

Tertio durat Bulla, eſto ob hęreſim depoſitus ſit. arg. cit. cap. ſi Epiſcopus. iunct. Gloſſ. Mortē. Et ad ſummam, quacunque ratione vacet Sedes Apoſtolica, durat hæc Bulla.

Quartò durat etiam, eſto alia facta ſit, ſed non promulgata; nam ante promulgationem nō obligat. argu. auth. vt fact. nou. conſt. & §. leges inſtituntur. diſ. 4. idque merito, iniquum enim videretur quem inſcium legis ea obligari.

Poſtremò durat Bulla hæc etiam, poſtquam nouus Pontifex creatus eſt, & aliam non fecit; nam vult auctor huius Bullæ; euſque durare, quouſque vel ipſe, vel alius, & ſic ſucceſſor proceſſus alios facit, vel publicat, vt habetur in capite propoſito. Imò, etſi primus ſucceſſor id nō fecerit, vel ſecūdus, vel tertius, & ad ſummam nemo alius, ſemper hęc duraret, ob verba illa. Aut Romano Pontifice protēpore exiſtēte. Quouſque igitur Bulla hęc durabit, quicunque ipſam offendit, in prędictas pœnas incidet: Sed iam caſus, in quibus Bulla hæc tollitur, explicemus, id quod in ſequēt. præſtabimus.

SVMMA.

1 *Bulla hæc quot modis extinguatur.*
2 *Excommunicati per hanc Bullam, niſi abſoluantur, ſemper ſunt excommunicati.*

I.

§ Propoſuimus nobis explicandum, in quibus caſibus Bulla hęc tollatur; iam ergo rē aggrediamur.

1 Primum igitur Bulla hæc tollitur; vbi auctor eius aliam promulgauit vt dicitur in verbis. Non enim ſat eſt, vt fiat, ſed neceſſe etiam eſt, vt promulgetur, vt proxime dixi. Nec repugnāt verba illa fiant, aut publicentur,

quaſi

quaſi ſat ſit, ob alternatiuam illam Aut,quę vnum tantum adimpleri requirit,arg.l. ſi hæredi plures.ff.de cond. inſtit. proceſſus huiuſmodi alios aut fieri,aut publicari, quo Bulla hæc tollatur;nam ea verba in hanc ſententiam accipiuntur; fiant, ſcilicet denuo ab ipſomet Pontifice, Publicentur, ſcilicet ab a lio facti, quaſi dicat vel Pontifex Romanus nouos proceſſus ipſemet faciat,vel factos ab alio promulget,exempli gratia a Pio Quinto factos,nihil intereſt,ſic enim & Imperator hac loquendi forma vſus eſt in proemio Inſtitut. dum inquit.Omnes vero populi legibus tam à nobis promulgatis, quam compoſitis reguntur. Hæc ibi Imperator,ex quib.apparet illud compoſitis pro factis intelligi,vt Gloſſ. ibi declarat,& tamen leges non obligãt, nec ipſis populi reguntur,antequam promulgentur,aut publicentur.arg.cit.auth. vt fact.noui.conſt.& §.leges inſtituuntur. diſt.4.Nec repugnat dictio illa Aut;nam quod verba ſecundum ſubiectam materiam accipiuntur.arg.l.ſi vno.ff.locat.& l.plenum.§.equitii.ff.de vſu & habi. dictio illa alternatiua vel,pro coniuncta accipitur, quod aliquando poteſt, vbi materia id ſuadet,vt habetur in l.cum quidam.C.de ver.ſign.& l.c.ſępe.ff. de verb.ſign.vel verbo illi Fiát, intelligetur adiuncta publicatione. Alterius igitur Bullę promulgatione hæc ipſo iure tolletur

Secundo loco tollitur Bulla hęc,vbi auctor ipſius eam abrogauit, eſto aliam non tulit, idque iure merito, eius enim eſt tollere,cuius eſt ponere, vt tradidit Gloſſ.magiſtr.in c. cum inferior.de maior.& obedien. idẽ dicimus, ſi ſucceſſor eam abroget;nam prędeceſſor legem ſucceſſori dicere non poteſt, à qua diſcedere ſucceſſor neqat; [par enim in parem imperium,ac iuriſdictionem non habet,vt habetur] in cap.innotuit.verſ.Quamuis.de elect.& in l. ille, à quo.§. tempeſtiuum.ff.ad Trebell.

Poſtremo extinguitur,& tollitur Bulla morte,vbi non cauiſſet,vt poſt mortem duraret; nã ex quo nõ lex, ſed ſententia eſt, vt probauimus in prima parte huius operis, generales ſententiæ eas ferentis morte tollũtur ſicut etiam ſingulares. arg.l.fin. ff.de pœn.& l.1.C.de furt. & vt nos in noſtro tractatu probauimus.Quam rem animaduertentes Romani Põtifices clauſulam hanc durationis addere cœperũt;vt Pius V.Gregorius XIII. Siſtus V.& nouiſſime Clemens

2 VIII.†Quod autem diximus, niſi clauſula illa addita eſſet, Bullam non operaturam, in eã ſententiam accipiẽdum eſt, quoad futurum; vt ſcilicet, qui eam offenderent, in eius pœnam nõ inciderẽt; non autem quo ad eos, qui iam in ipſius pœnam inciderunt; quouſque enim abſoluantur, hi ſemper cenſuris eius conſtricti erunt. vt probauimus in tractatu noſtro de cenſuris. Niſi ſic abrogaretur a Rom. Ponti. vt pro infecta eam haberi velit, tunc enim ipſo iure abſoluti eſſent, id quod etiam abſoluimus in tractatu eodem: ſed de duratione huius Bullę ſatis; ad alia tranſeamus.

De eo, qui abſoluere ab his cenſuris poteſt. Cap. II.

Cęterum à prædictis ſententijs nullus per alium, quam per Romanum Pontificẽ, niſi in mortis articulo conſtitutus, nec etiam tunc, niſi de ſtando Eccleſiæ mandatis, & ſatisfaciendo cautione præſtita abſolui poſſit. Etiam prætextu, quarũuis facultatum, & indultorum quibuſcunque perſonis Eccleſiaſticis ſecularibus, & quorumuis Ordinũ, etiam Mendicantium, ac Militiarum regularibus, etiã Epiſcopali, vel alia maiori dignitate præditis, ipſiſque Ordinibus, & eorum Monaſterijs, Conuẽtibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, Hoſpitalibus, & locis pijs, nec non laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per nos, & dictam Sedem, ac cuiuſuis Concilij decreta verbo, litteris, aut alia quacunque ſcriptura in genere, & in ſpecie conceſſorum, & innouatorum, ac concedendorum, & innouandorum. Niſi in eis etiam caſus præſentibus litteris expreſſi comprehendantur.

SVMMA.

1 *Cenſuræ aut ab homine, aut à Iure feruntur.*

Ab-

2 *Abſoluere à cenſuris à Iure latis Epiſcopus poteſt.*

3 *Abſoluere à cenſuris ab homine latis poteſt, qui eas tulit.*

4 *Abſoluere à cenſuris ab homine generaliter latis Epiſcop⁹ et pôt.*

5 *Abſoluere à cenſuris Bullæ Cænæ Domini non poteſt.*

Vicarius Papæ.
Legatus à latere.
Patriarcha.
Archiepiſcopus.
Epiſcopus.
His inferior.
Collegium Cardinalium.
Concilium generale.

6 *Abſoluere poteſt à cenſuris Bullæ Cænæ Domini Rom. Põtifex, qui eas tulit, nec non eius ſucceſſor.*

7 *Abſoluere non poteſt à cenſuris Bullæ Cænæ Domini Rom. Pontifex, qui ſe Pontificatu abdicauit, vel rationis vſum amiſit.*

CAPVT hoc quò eius cognitionem dilucidiorem habeamus, in quinque partes diuidimus: quarum ſecũda incipit ibi. Niſi in mortis atriculo. Tertia ibi. Nec etiam tunc. Quarta ibi, etiam prætextu: Quinta ibi. Niſi in eis etiam; de quibus ſigillatim agendum eſt, & prius de prima. In hac igitur parte duo dicta habentur; quorum primum eſt. Nullũ, ſeu nemine inferiorẽ ipſo Rom. Pon. abſoluere poſſe. Alterum eſt, ſolum Roma. Pontificem eiſdem irretitum cenſuris per hanc Bullam abſoluere poſſe: quæ duo dicta; vt dilucidiora habeamus.

1 Præmitto primum † cenſuras, aut ab homine, aut à iure ferri, vt inquiunt Innoc. in ca. 1. & ibi quoque Mar. Soci. Sen. nu. 9. de ſentent. excom. & Hoſt. in Sum. eod. nu. 2. & Abb. in Rubr. eo. & communiter DD. vt id diximus in Tractatu noſtro de cenſuris. cap. 2. §. 1. Tab. 1. Cenſuras autẽ per hanc Bullã latas eſſe ab homine, vt probauimus in prima parte huius operis.

2 Secundo præmitto † a cenſuris a iure latis abſoluere Epiſcopos poſſe, niſi legiſlator abſolutionem ſibi reſeruauerit, vt habetur in ca. nuper, & ibi DD. de ſent. excom. & Mar. Soc. Sen. in c. officii, vbi materiam hanc tractauit. num. 11. Verſ. Quo ad primum tolle hãc regulam. de ſentent. excom. & Couar. in capi. alma. p. 1. §. 12. nu. 4. verſ. Abſolutio vero de excommunicatione lata, & nos abunde in ead. Tab.

3 Cap. 10. A cenſuris vero † ab homine latis abſoluere eum tantũ poſſe, qui illas tulit. argu. ca. paſtoralis. §. præterea. de off. ordi. & vt dixit Gloſſ. in Clemẽt. 1. in verb. a canone. de priuileg. & Couar. eod. §. 12. nu. 2. verſicu.

Quis

Digitized by Google

Quis autem poſſit abſoluere, & nos in ead. Tab. 1. capi. 4. vbi v- berrime materiam hanc decla- rauimus.

4 Præmitto demum à cenſuris per ſententias generales ab ho- mine latis Epiſcopos etiam ab- ſoluere poſſe, vt dixit Imol. in c. graue. col. 4. de prębend. quem ſequitur Gundis. de Villadiego in tractatu ſuo de legato, q. 13. Verſi. Aut ſumus in ſecundo mē bro, & nōnulli alii, quos refert, ac ſequitur Nauar. in Man. capi. 27. nu. 44. & Couar. in eod. §. vbi & ipſe alios refert. nu. 4. verſic. eſt hæc regula. Hoc tamen locū habet, vbi tam legiſlator abſo- lutionem ſibi nō reſeruauit, quā is, qui per ſententias generales cenſuras tulit, vt habetur in cit. c. nuper, & allegati DD. inqunt. His ſic præmiſſis, ex quo dicta ſunt duo in hac prima parte, duas quoque regulas ponamus, quarum prima hæc eſt.

5 Nullus Ro. Pontifice inferior† abſoluere poteſt excommunica tos, & irretitos cenſuris huius Bullę, vt habetur in initio huius Capitis; idque meritò, nam Ro. Pontifex abſolutionem ſibi ſo- lum reſeruauit, vt habetur in ip- ſa Bulla, ergo nemo alius ab ip- ſo abſoluere poterit. arg. cita. ca. nuper. de ſentent. excom. & eo- rum, quę pręmiſſimus. Hęc aūt regula locum habet, vel ſit Vica rius Papæ, vel Legati à latere, vel Patriarchę, vel Archiepiſco pi, vel Epiſcopi, & multo min⁹ inferiores; nam ex quo nullū ab ſoluere vult pręter Rom. Pōtifi- cem, ergo neminem excipit. ar- gu. l. Iulianus. ff. de leg. 3. & l. cū prętor. ff. de iud. & ca. nonne. de præſumpt.

Item abſoluere ab his cenſu- ris non poteſt nec Collegium Cardinalium, ob eandem ratio- nem, nam ex quo præter Roma. Pontificem nullus abſoluere po teſt, Collegium non eſt Ro. Pon tifex, ergo nec abſoluere poteſt; cui enim verba legis non cōue niunt, nec diſpoſitio conuenit, arg. l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. etenim & hoc prohibere ipſi Collegio Rom. Pōtifex poteſt, vt habetur in c. vnic. in verſi. ex- communicationis ſententia, de ſchiſ. lib. 6.

Poſtremò nec Concilium ge nerale; nam nec ipſum Ro. Pon- tifex eſt, ſed eius auctoritate cō gregatur, et ipſi præeſt, vt ſu- pra vidimus; ergo ex quo eſt in- ferius ipſo Rom. Pontifice, nec ipſum abſoluere poteſt, niſi ab ipſo facultatem hanc habeat; Idque multo magis hodie ob de cretum de mandato Sanctiſſimi D. N. D. Clementis Papæ, Octa- ui in lucem nouiſſime ęditum; cuius

cuius cognitio, quòd ad materiam abſolutionis cum cenſurarum huius Bullæ, tum caſuum, quos Ordinarii ſibi reſeruant, ptinet, ob eam rem inferendum, huc curauimus, & eſt hoc.

Decretum

Ne regulares cuiuſcunque Ordinis abſoluant à caſibus in Bulla Cœnæ Domini Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, vel ab ijs, quos ordinarij locorum ſibi reſeruant.

SACRA Congregatio S.R.E. Cardinalium negociis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſita, iuſtis, & grauibus cauſis id exigentibus, ac de Sanctiſſimi D. N. Clementis Papæ Octaui ſpeciali mandato, viuę vocis oraculo deſuper habito, Sacerdotibus omnibus tam ſecularibus, quam regularibus per vniuerſam Italiam extra Vrbem degentibus; ad confeſſiones audiendas probatis, quorumuis Ordinum etiam Mendicantium, Militiarum, aut Congregationum Societatis Ieſu, & generaliter quarumcunque aliarum, quouis nomine nuncupentur, iubet, & pręcipit, ne quis eorum ſub prætextu priuilegiorum, indultorum, aut facultatum generaliter, vel ſpecificè, ſcripto, aut viuæ vocis oraculo, vel per communicationem à Sede Apoſtolica, vel eius auctoritate, eorum Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, vel ſocietatibus, aut Archiconfraternitatibus ſecularium, aut ſingularibus perſonis, ſeu alias quomodocunque ſub quibuſuis tenoribus, formis, & clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis, ad cuiuſuis, etiam Imperatoris, Regum, aut aliorum Principum inſtantiam conceſſarum, ſeu confirmatarum, alicui cuiuſuis ſtatus, gradus, & conditionis, aut dignitatis, tam Eccleſiaſticæ, quàm ſecularis, etiam Regię, vel Imperialis, ab vllo ex caſibus clare, vel dubiè in Bulla in die Cœnæ Domini legi ſolita contentis, vel alias quomodocunque Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, aut in futurum per Sanctitatem ſuam, eiuſve ſucceſſores pro tempore, in eadem Bulla; vel aliter reſeruandis, nec etiam à caſibus, quos ordinarij locorum hactenus reſeruarunt, vel in poſterum ſibi reſeruabunt, nullo

caſu etiam neceſſitatis, vel impedimenti, niſi in mortis articulo, ſeu cum noua & ſpeciali Sanctitatis ſuę, aut ſucceſſorum ſuorum, vel Ordinariorum, quoad caſus ab ipſis tantum reſeruatos, reſpectiuè, impetrata in ſcriptis licentia, ordinariis locorum exhibenda, abſolutionis beneficium de cætero impendere audeat, vel præſumat, ſed cum opus fuerit pœnitentes ad ſuperiores, legitimoſque Iudices ſuos accedere conſulant: ſub pœna contra facientibus tam regularibus, quàm ſecularibus, excommunicationis priuationis officiorum, & dignitatum, aut beneficiorum, inhabilitatis item audiendi confeſſiones, & ad quæcunque officia, prælaturas, & beneficia in poſterum obtinēda, ipſo facto, abſque vlla alia declaratione, incurrenda; Super quibus à nemine, niſi à Romano Pōtifice habilitatio, diſpenſatio ve, aut abſolutio, præterquam in mortis articulo, poſſit impartiri, Sanctitas enim ſua (quatenus opus ſit facultates, & cōceſſiones ipſas in hac parte vti caſſas, & irritas haberi de cętero voluit, & vult, non obſtantibus quibuſcunque.

Præterea nouerint pœnitentes abſolutionem, ſi quam obtinebunt contra huiuſmodi prohibitionem, eſſe nullam, nulliuſque roboris, & momenti.

Et ne locorum ordinarii, quibus ius hoc reſeruandorum caſuū competit, plurium, quam opus ſit, reſeruatione, ſubditis, aut Confeſſariis in animarum ſalute procuranda cooperatoribus ſint oneroſi, monentur omnes, vt paucos, eoſque tantum, quos ad chriſtianam diſciplinam retinendam, animarumque ſibi creditarum ſalutem pro cuiuſuis Dięceſis ſtatu, & qualitate neceſſario reſeruādos eſſe iudicauerint, reſeruent. In quorum fidem &c. Dat. Romæ die nona menſis Ianuarii Anni M DCI. † *Hoc eſt Decretum.*

Sed de hac regula ſatis; ad alteram veniamus.

6 Abſoluere igitur † ab his cenſuris poteſt Roma. Pontifex, ex quo ipſe eas tulit, & earum abſolutionem ſibi reſeruauit, vt habetur in initio huius Capitis, & ob ea, quæ præmiſimus.

Item abſoluere Rom. Pontifex poteſt etiam, qui eas non tulit, ſed ſucceſſor eius eſt; nam q in alicuius locum ſuccedit, eius poteſtatem accipit, vt id nos in hac materia probauimus in tractatu noſtro de Cēſuris, in Tab. 1. cap. 4. §. 1.

7 Excipitur tamen † vbi abdicaſſet ſe à Pontificatu; id enim poteſt, vt habetur in ca. 1. de renunc. lib. 6. nam tunc Pontifex eſſe

eſſe definit. arg. cap. 1. & 2. de ordinat. ab iis, qui Epiſcop. renũ.

Poſtremo excipitur, vbi ratio nis vſum non haberet, vt pote quia in furorem, & in amentiã incidiſſet, nam quod tunc non intelligit quod agit, ob eam rẽ abſoluere non poteſt. At quid tunc fiet? dabitur curator à Collegio Cardinalium, qui abſoluet, & reliqua aget.

Verſ. Niſi in mortis articulo conſtitutus.

SVMMA.

1 *Articulus mortis quiſnam dicatur.*

Ex hac parte colligitur excommunicatum, ac cenſuris obligatũ per hanc Bullam in articulo mortis ab alio, quàm à Rom. Pontifice abſolui poſſe, idque ſemp ſeruatur, vt habetur in Decreto p̃miſſo; quam rem, vt abſolutam habeamus, hæc explicãda ſunt. Primum, quid articulus mortis ſit, & quando in articulo mortis quis conſtitutus dicatur, quo ab alio abſolui poſſit. Deinde, an ſi Rom. Pontifex id non dixiſſet, in eo articulo conſtitutus ab alio, quàm à Roma. Pontifice abſolui poſſet. Tertiò, quinam ſint, qui tũc abſoluere poſſint. Quartò, an laici. Quintò, quid ſi impediatur ratione alia, quò min⁹ Rom. Põtificem adeat, quid tũc faciendum. Poſtremò, quid ſi abſoluendus à cenſuris, & à peccatis ſit, & ob temporis anguſtiã abſolui is nequeat, quid tunc agendum. His enim præmiſſis, abſolutam partem hanc habebimus.

Quoad primam quæſtionem
1 igitur † articulus mortis is dicitur, vbi quis moritur, aut probabiliter moriturus exiſtimatur. arg. l. 3. cum ſeq. ff. de dona. cau. mort. atque ita ſentiũt DD. Bal. in c. paſtoralis. num. 4. & Abba. nu. 3. de off. ordin. & Bart. in l. 1. quem ſequitur ibi Iaſ. nume. 28. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & Nauar. in Man. cap. 2. num. 9. & ca. 26 num. 31. Quare ſi quis in mari ſit, tempeſtateque graui orta naufragium probabiliter immineat, hũc in articulo mortis cõſtitutum dicimus. Idem ſentim⁹ de eo, qui prælium ingreſſurus ſit. Idem concludimus de iis, q̃ à carnifice necandi ſunt, & qui ſe caſtrandos tribuunt, ſicut etiam de muliere partui proxima, vbi difficiliter parere ſolet, vbi ve primò parit; hi omnes ergo, & horum ſimiles, vel in mortis articulo ſunt, vel mortis articulus

Lll 2 ſaltem

ſaltem imminet, quod ſat eſt.vt probatur per ca.eos.de ſentent. excom.verſ. propter imminẽtis mortis periculum,atque ſic aſſeruit Rebuff.in Prax.benefic.in expoſit.Bullæ Cœnę Domini.artic.13 verſ.Mortis.in verb. Articulo;nam ibi ait in articulo mortis eum eſſe in re noſtra non ſolum, vbi ob morbum in tali ſtatu eſt, verum etiam vbi mortis periculum eſt,aut ab hoſte, aut à prędonibus,aut ob nauigationem, aut ob iter periculoſum, aut ob ſenectutem, & ob huiuſmodi alia pericula, vt pote vel eſt damnatus ad mortem. Quãuis Sot. contrarium ſenſerit q.18.q.4.art.4.verſ. Quæris autẽ quis dicatur.lib.4.vbi aliud eſſe periculum mortis, aliud articulum mortis ſenſit, cuius ſententiam improbauit,ac rectè Naua. cap.27.num.172.verſ. cæterum faceſſat.& hoc ob cit.ca.eos.Et ſententia hæc,vt idem ſint, quò ad effectum hunc abſolutionis articulus mortis, & periculum mortis, communis eſt,vt teſtaſ Couar.in cap.Alma.pa.1.§.11. num.8.verſi.Tertia.de ſentẽ.excom.lib.6.quamuis ipſe opinionem hanc non admittat,niſi graue,& morti proximum periculum ſit.Hic ergo articulus mortis dicitur quo ad rem noſtram. Et quoniam diutius durare poteſt,ob eam rem excommunicatus abſolui ſemper poterit; qd enim ſi in naui decem, quindecimve dies graui tempeſtate orta huc,illucve fluctibus quis impellatur? plane in articulo mortis ſemper hic eſſe dicetur. Quo igitur ab alio,quàm à Rom.Põtifice ab his cenſuris quis abſoluatur,in articulo mortis exiſtẽs, & in his anguſtiis depræhẽſus eſſe debet. Poſtremo requiritur etiam,vt eius facultas nõ detur, à quo iure communi abſolui debet,vt probatur in cit.ca.eos.de ſent.excom.verſi.Cum ad illũ,à quo aliàs de iure fuerant abſoluendi; etenim vt quis à non ſuo iudice abſoluatur, extraordinarium remedium eſt,vt verò qs à ſuo iudice abſoluatur, remediũ ordinarium.arg.c.omnis.de pœnit.in antiq.& c.fin.de conſtit.& l.fin.ff.de iuriſd. iud. At vbi remedium ordinarium locum habere poteſt,extraordinario loc⁹ non eſt.argu.le.in cauſæ.1.ff.de min.& l.in prouinciali.§. ſi in loco communi,vbi Bartol.Iaſo.ac DD.not.ff.de oper.nou.nun.ergo vbi aliàs proprii iudicis facultas non datur, extraordinario huic locus erit. Quare ſi in articulo mortis conſtitutus Roma. Põtificis facultatem habet, abſolui ab alio non poterit. Facultatem autem ordinarii tunc

quis non habet, vbi periculum eſt, ſi ipſe adeat, ne in cenſura cōſtitutus interim decedat. arg. c. qua fronte. de Appell. verſicu. Ne in excommunicatione decidat. in antiq. & c. venerabilibus. §. ſanè. verſi. Niſi periculum, de ſent. excommm. lib. 6. & cit. cap. eos. ead. Et de hac prima quæſtione ſatis; iam ad aliam trāſeamus.

S V M M A.

1 *Abſolui an potuiſſet quis in articulo mortis ab alio quàm à Rom. Pontifice à cenſuris huius Bullæ, ſi Roma. Pontifex id non conceſſiſſet.*

I.

1 § Secunda quæſtio eſt, † an ſcilicet potuiſſet quis in articulo mortis conſtitutus abſolui ab alio, quàm à Rom. Pontifice, ſi id non dixiſſet, concludo & tunc ipſum abſolui potuiſſe. Primò, quia ſemper clauſula hęc addi ſolet, vt ſcilicet in articulo mortis poſſit quis abſolui ab alio, ab eo, cui reſeruata eſt abſolutio, vt habetur in c. ſi quis ſuadente diabolo. 17. q. 4. & c. clericis. §. à ſupradictis, & ibi not. Gl. in verb. Mortis. de immun. Eccl. lib. 6. & in cap. filius §. præſenti. ibi niſi duntaxat. de pœn. eod. li. & in ca. paſtoralis. §. 1. de off. ordin. in antiq. & Clem. 1. §. pen. in fine, & ibi not. Glo. in verb. mortis. de hære. & in Clem. 1. paulo poſt principium. de pœnit. & in extrauag. ſuſcepti regiminis. §. ſi vero aliqua ſingularis perſona. de elect. cum ſimilibus. ſi ergo apponi ſemper ſolet, & omiſſa pro appoſita nihilominus habetur; nam clauſulæ in actu aliquo apponi ſolitæ, etiam ſi omnino omiſſæ ſint, pro appoſitis tamen, & expreſſis habentur, vt probatur per l. fin. in fine. C. de ſi. de iuſſ. & ibi not. Bald. & Iaſ. cōmuniter hoc receptum ſenſit in l. argētarius. num. 7. cum ſeq. ff. de eden. idem quoque ſenſit Felin. in c. cum M. Ferrarienſis. nu. 7. cum multis ſeq. verſicul. Not. quartò. de cōſtit. non eſt igitur quod de hoc dubitemus. Secundò facit, quia ſi de hoc Ro. Pontifex interrogatus eſſet, an tūc vellet quē abſolui in huiuſmodi articulo conſtitutum, eſto id non dixerit, ſine dubitatione dicendum eſt id ſe velle reſponſurum; nam ex quo eius vicarius eſt, qui quacunque hora ingemuerit peccator peccata ſua, nō recordatur amplius, eius veſtigia quoad fieri poteſt, eum imitari cenſendum eſt. arg. ca. ſuper litteris. in fine. de reſcript. at vbi legiſlator id, quod omiſit, dictu

rus

rus fuiſſet, & conceſſurus, ſi de hoc interrogaretur, perinde habetur, atque ſi id dixerit, atq. cōceſſerit, vt tradidit Gloſſ. cōmuniter recepta in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. Poſtremò facit deciſio, ac declaratio Trid. Syno. de pœnit. cap. 7. ſeſſ. 14. nam cōſuetudinem hanc ſemper fuiſſe teſtatur, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis tam peccatorum, quam cenſurarum, Veruntamen piè ad modum, dicitur enim ibi, ne hac ipſa occaſione, aliquis pereat, in eadem Eccleſia Dei cuſtoditum ſemper fuit, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis: atque ideo omnes ſacerdotes quoſlibet pœnitentes à quibuſuis peccatis & cenſuris abſoluere poſſunt. Hæc ibi San. Synod. ex quibus propoſita concluſio ſolidiſſime probatur, eſto igitur Rom. Pontifex id non expræſſiſſet, tamē pro expreſſo haberetur: ſed de quæſtione hac itidem ſatis, ad tertiam veniamus.

S V M M A.

1 *Abſoluere in articulo mortis ſacerdos poteſt à cenſuris Bulla Cœnæ Domini, & ab alijs: quæ regula multis modis amplificatur.*

2 *Abſolui poteſt excommunicatus in articulo mortis conſtitutus, e- ſto a peccatis non abſoluatur.*

3 *Abſoluere in articulo mortis Epiſcopus poteſt excommunicatum à quocunque, quæ regula multis modis amplificatur.*

4 *Abſolutus in articulo mortis à cēſuris abſolutione alia non eget, ſi periculum illud euadat.*

II.

§. Tertia quæſtio eſt, quiſnā in articulo mortis abſoluere poſſit, concludendum eſt Epiſcopos, & ſacerdotes abſoluere poſſe, de quibus ſingulis agendum eſt, & prius de ſacerdote.

1 Sacerdos igitur, † vbi Roma. Pontificis facultas non datur, in articulo mortis, abſoluere his cēſuris conſtrictum poteſt: nam generatim de excommunicatione probatur in cap. fin. de ſepult. & in cap. litteris. de rapt. & cap. paſtoralis. §. præterea, & ibi nota. Glo. in verb. pręterquam. & Abba. num. 2. de off. ordin. in antiq. & in c. eos. de ſentent. excom. li. 6. ac nouiſsime Trid. Synod. ſeſſ. 14. cap. 7. de caſ. reſeruat. Naua. in Man. cap. 26. num. 26. vbi rem hanc pluribus egit, & Couar. in c. Alma. p. 1. §. 11. nume. 8. verſi. Quòd ſi mortuus. de ſenten. excom. lib. 6. Idque merito, etenim excommunicatio fertur in primis, vt contumacia compreſſa ſaluus quis fiat, vt probauimus

in

in Tractatu noſtro de Cenſuris cap. 11. cum ſeq. Tab. 1. verum, quòd contingere poteſt, vt ea conſtrictum contumaciæ pœniteat, & mortis periculũ ipſum occupet, occupariue ſe exiſtimet, eius verò à quo iure communi abſoluendus erat, facultatem non habeat, atque idcirco miſer ille grauiter conflictetur; ob eam rem pia mater Eccleſia, quæ ad ſe redeunti ſinum non claudit, arg. c. ex litteris. de conſtit. & c. ſuper eo, de hęret. lib. 6. ne ſic affectus aut ſalutem ſuam deſperet, aut diuinis præſidiis nudatus periculoſiſſimo huiuſmodi tempore iaceat, abſoluẽdi ab excommunicatione, & à cenſuris ſacerdotibus facultatẽ benignè conceſſit, ſicut Trid. Syn. eod. cap. 7. declarauit. Sacerdos igitur excommunicatum in articulo mortis conſtitutum abſoluere poteſt.

Quę regula amplificatur, vt locum habeat in alia cenſura: nã Trid. Synod. in cit. cap. 7. nullam excipit, veruntamẽ, inquit enim ibi, pie admodum, ne hac ipſa occaſione aliquis pereat, in eadem Eccleſia Dei ſemper custoditũ fuit, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis; atque iõ omnes ſacerdotes quoſlibet pœnitentes à quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere poſſunt. Hęc ibi Trid. Synod. ex quibus patet in huiuſmodi caſu à quibuſuis cenſuris ſacerdotem abſoluere poſſe.

Item locum ſibi regula hæc vendicat, etiamſi Rom. Pontifici reſeruata ſit, vt ĩ caſu noſtro, arg. Clem. 1. de priuilegi. iunct. Gloſſ. abſoluendi, & vt not. Abba. in c. fin. numer. 2. de ſepult. & Couar. in eod. verſi. citato.

Tertiò locum habet regula hæc, vel ab homine, vel a iure cenſura hæc lata ſit; nam pręter quam quod communis DD. ſententia hęc eſt, & quod Abba. id not. in c. fin. numer. 2. de ſepult. Trid. Synod. generaliter loquitur in eod. cap. 7. nec à quo cenſura lata ſit, rationem habet: ergo nec nos contrariũ dicemus.

Poſtremò à quocunque excommunicatio lata ſit; nam rõ quam ob rem Eccleſia facultatem hanc condonat, ne ſcilicet, aliqs pereat, & hic locũ habet, ergo & diſpoſitio locum habere debet. arg. ca. cum dilecta. de confirm. vtil. & l. illud ff. ad leg. Aquil.

Quartò in huiuſmodi caſib. abſoluit ſacerdos, etiam ſi eius parochus non ſit quem abſoluit, vt inquiunt Syl. in verb. ab ſolutio. 1. num. 8. verſicu. Et intellige, & Sot. d. 18. q. 4. artic. 4. verſi. de ſubſtantia. lib. 4. & Nauar.

Digitized by Google

uar.in Man.cap.26.nume. 26.& Couar.eod.verſi. Etenim Trid. Syn.eod.cap.7 in huiuſmodi caſu conſtitutos ab omnibus ſacerdotibus abſolui poſſe ait; ergo & non parochus abſoluet, quã ſententiam ſenſit eſſe communem Sot.eod.art.4.verſi.At verò nonnihil.

Quintò abſoluit Sacerdos, q̃uis & ipſe aut excõmunicatus, aut iuriſdictione ſuſpẽſus ſit,ſed tamen nondum denũciatus,notoriuſve nam quoad ea, quę ad iuriſdictionem pertinent, ꝓ nõ excommunicato habetur,argu. c.ad probandum.de re iud.& ob extrauag.ad euitanda, atque ita etiam ſenſit Nauar. eod. nu.26. verſi.dixi catholicus.

Sextò abſoluit ſacerdos,vbi etiam cenſuris irretitus, aut denunciatus,aut notorius eſt; nã in articulo mortis ait Trid. Synod.eod.capi.7.omnes ſacerdotes quoſlibet pœnitentes abſoluere poſſe à quibuſuis cenſuris: cũ igitur ſacerdotes omnes cõpræhendat,& eum, qui notoriè cenſura conſtrictus eſt, pro talive denunciatus,comprę hendit, præterea piam matrem Eccleſiã ob animarum ſalutem hoc conceſſiſſe veri ſimile eſt,atque ita ſenſit Nau.in Man. eod.ca.26. num.26.verſi. Quamuis autem, & cap.27.num.272.verſi.Septimò quòd per eadem verba: quãuis San.Trid. Syno. contrariam opinionem cõmunem fuiſſe referat.Verum,an ſacerdos ob hæreſim excommunicatus abſoluere tunc poterit? Sot.diſ.18. q.4. art.4. verſic. At verò, abſoluere hunc non poſſe exiſtimauit; eandem opinionem ſequitur Naua. in Man.cap.26.verſicu. Et idem credimus. Contraria ſententia verior videtur; tum quòd non ſacerdotum gratia,ſed eorum,q cenſuris conſtricti ſunt,abſoluẽdi facultas in hoc caſu ſacerdotibus data eſt,vt innuit Triden. Synod.ead.ſeſſ.14.Cap. 7.verſi. Ne hac ipſa occaſione;vnde quocunque vitio ſacerdos affectus ſit,nihil intereſſe videtur, Tum quòd ſacerdos ob hæreſim excommunicatus non magis excommunicatus eo eſt, qui ob aliam cauſam eodem vinculo eſt cõſtrictus;quamuis ipſa hæreſis delictum omnium grauiſſimum ſit;at delicta per ſe non efficiunt,quo minus Eccleſię miniſtri ſua munera obeant,quouſque ab Eccleſia tolerantur. argu.c.veſtra,& c.fin.de cohabit. cler.& mul.cum igitur neq.delictum obſtet,neque excommunicatio repugnet,& hæreticus ſacerdos in hoc caſu abſoluere poſſe videtur. Accedit, pręterquam quod Trid.Synod.generaliter

liter loquitur in eod.cap.7.priorem ſententiam nulla ſolidiori ratione fulciri; Hæc tamen opinio locũ habere fortaſſe poſſet, vbi periculum non eſt, ne hæreticus in errorem abſoluendum inducat. Idem ſentimus & de ſchiſmatico: nam & ita de ſchiſmatico non hęretico ſenſit Nauar. eod. cap. 7. verſi. Dixi catholicus. num. 26. Excipio tamen & hic, vbi periculum eſſet, ne in errorem excommunicatum traheret; nam tũc reiiciendum omnino ipſum eſſe cenſerem. Idem & de depoſito, ac de degradato, ob eaſdẽ rationes, vt abſoluere poſſint, concludimus.

2 Septimò abſoluere quoque † poteſt ſacerdos excommunicatum in articulo mortis conſtitutum, quamuis à peccatis eundẽ non abſoluat, vt pote quando excommunicatus morte occupatus, mutuſve factus, rationis vſu amiſſo confiteri peccata nulla potuit; nam ſacerdos in hoc caſu non minus à cenſuris, quã à peccatis abſoluere poteſt, vt probatur apud Trid. Syno. eod. cap. 7. Præterea à cenſuris abſoluitur quis etiam ſine peccati abſolutione; atque vbi cõtritionis ſigna dedit, non eſt, quod dubitemus; nam & poſt mortem hic abſoluitur, eſto à peccatis per ſacerdotem abſolutus non ſit, vt habetur in c. ſacris. & in ca. a nobis. 2. de ſentẽ. excom. a q. ita in hoc caſu ſenſit Naua. in Man. cap. 27. nu. 272. verſic. Sextò qđ per hoc; ſed de ſacerdote ſatis; de Epiſcopo iam agamus.

3 Epiſcopus ergo † abſoluere & ipſe poteſt excommunicatũ in hoc articulo mortis conſtitutum; nam excõmunicatio reſeruata tunc non eſt, quo caſu Epiſcopus abſoluit, vt habetur in c. nuper, & ibi communiter no. de ſentent. excom. Præterea Epiſcopus ſacerdos eſt; non enim Epiſcopus conſecratur, niſi ſacerdos ſit, vt DD. communiter inquiunt; at ſacerdos abſoluere poteſt, vt iam vidimus. Hæc regula eiſdem modis, quibus ſuperior de ſacerdote amplificatur.

Item locum habet vel dignitati, vel ordini renunciauerit, nã quòd nihi ominus & ſacerdos, & Epiſcopus remanet, abſoluere poterit. arg. tot. tit. de ordin. ab Epiſc. qui Epiſcop. renunc.

Tertiò abſoluere poteſt, etiã ſi nondum conſecratus ſit, ſed tãtum confirmatus aut inſtitutus, aut prouiſus; nam tunc ea, quę iuriſdictionis ſunt, exercere põt, vt tradidit Gloſſ. communiter recepta in cap. tranſmiſſam. de elect. Quare & Vicarius ab eo inſtitutus abſoluere poterit, eſto ſacerdos non ſit; dũmodo enim

ſit clericus, in cuius numerũ q; adſcribitur per primæ tonſuræ ſuſceptionem, ut habetur in ca. cum contingat, in fine. de ætat. & qualitat. à cenſuris abſoluere poteſt; nam & vt quis cenſuras ferat, ſat eſt, vt primam tonſurã habeat vna cũ iurisdictione Eccleſiaſtica, vt probauimus in c. 2. §. 10. nu. 8. in Tractatu noſtro de Cenſuris Tab. 1. Excipitur tamen ſolennis abſolutio; nam niſi ſacerdos ſit, ea ratione abſoluere non poteſt, vt probauimus in eod. §. 10. num. 6. Item excipitur peccatorum abſolutio, & in hoc caſu etiam ſacerdos eſſe debebit. arg. ca. omnis. de pœnit. & vt probauimus in comẽtario noſtro. de pœni. Tab. 1. Vicarius Epiſcopi, ergo abſoluere poterit excommunicatum in hoc articulo conſtitutum tam ſubditũ, quàm non ſubditum, etiam ſi ſacerdos non ſit; tum quòd & ſacerdos in hoc caſu alterius Parochiæ pœnitenti abſolutionẽ tribuit, vt ſenſit Trid. Synod. ca. 7. & nos id comprobauimus in ead. Tab. 5. cap. 2. num. 2. verſic. Aut delegatum; ergo idẽ & hic, cum in vtroque caſu eadem ratio, ſcilicet animarum fauor agatur, vt probatur apud Tridẽ. Synod. eod. cap. 7. verſi. verunta men piè admodum, iunct. cap. ſacris, & cap. à nobis, 2. de ſenten. excõ. tum quòd veriſimile eſt Eccleſiam de hoc interrogatam conceſſuram id fuiſſe, ergo perinde eſt, atque ſi id conceſſiſſet, vt tradidit Glo. communiter recepta in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. Nec repugnat apud Trid. Synod. in eod. cap. 7. ſacerdotes nominatos tantum eſſe, qui in hoc caſu abſoluant. & in ca. fin. de ſepult. nam ob id in eo cap. 7. ſacerdotis mentio fit, quoniam de miniſtro pœnitentię, ibi agitur, qui ſolus ſacerdos eſſe põt, vt habetur in ead. ſeſſ. cap. 6. Prȩterea ſacerdotis mentio etiã facta eſt, quoniam qui in eo articulo conſtitutus eſt, confeſſionis ſuſceptione obligatur, vt cõcludimus in ead. Tab. 5. cap. 26. nume. 5. ac propterea frequentiꝰ ſacerdos accerſitur. Accedit quod tunc, qui vult abſolui, eũ peccati pœniteat; & ob id, quoniam pœnitens cupit à peccatis etiam abſolui, ob eam rẽ ſacerdos accerſitur; præterquã quod in promptu magis ſunt ſacerdotes, quã Vicarii huiuſmodi; nullus enim locus tam paruus eſt, qui non habeat ſacerdotem aliquem: quòd igitur frequentius ſacerdotes accerſuntur, ob eam rem mentio eorum facta eſt; nõ idcirco tamen Vicarii excludũtur. arg. l. vnic. iunct. Gloſſ. C. de rapt. virg. Non repugnat demũ,

cit.

cit.ca.fin. de ſepult.nam præter rationes proximè allatas, quid ibi factum ſit, narratur. A propoſita igitur concluſione diſcedẽdum non eſt.

Epiſcopus ergo & ſacerdos, abſoluere ab his cenſuris poſſunt, vt probauimus.

4 † Quæ abſolutio liberat ipſum excommunicatum ab excommunicatione, vt nulla deinceps requiratur alia abſolutio, vel moriatur, vel non moriatur, vt de communi ſententia teſtatur Couar. in cit. cap. Alma. p. 1. §. 11. num. 8. verſic. quòd ſi mortuus. nam verè abſolutus eſt, vt ait Nauar. in Man. cap. 26. num. 26. verſic. An autem, qui abſoluitur. ibi, tum quia licet excommunicatus, & Sot. d. 18. q. 4. artic. 4. in ſolut. ſecund. argument. lib. 4. vbi & Sa. Thom. idem ſentire ait. Nec repugnat, ſi dicatur huic, vbi periculum illud euaſit, eum adeũdũ eſſe, à quo iure ordinario abſoluendus erat; quaſi vere abſolutꝰ non ſit, vt habetur in ca. de cætero, & in cap. ea noſcitur. de ſent. excom. in antiq. & in c. eos. eod. lib. 6. nam non aditur, quo abſoluatur, ſed quò mandatum recipiat ab eo illius, quod fieri à ſe velit, ſicut dicitur in cit. iuribus. Id quod etiam hinc comprobatur, quoniam vbi ſuperiorẽ nõ adit, in eandem excommunicationem ſpecie, & nõ numero incidit. ob cit. c. eos. de ſent. excõ. at ſi non eſſet vere abſolutus, non rectè diceretur in excõmunicationem eãdem incidere, in qua iam eſt. argum. §. extraneis, iunct. Gloſſ. de adeunda. Inſtit. de hæred. qual. & diff. Vere igitur abſolutus eſt. Verũ quid de laico? in ſequenti præſtabimus.

SVMMA.

1 *Laicus an abſoluere poßit à cenſuris, & ab excommunicatione in mortis articulo conſtitutum.*

III.

§. Quæſtio hæc nobis explicanda propoſita eſt, an laicus

1 † in articulo mortis conſtitutum abſoluere ab excommunicatione poſſit, Gloſſ. in c. paſtoralis. §. præterea. de off. ordin. & Gloſſ. in c. à nobis. 2. in verb. nõ potuerit. de ſenten. excom. laicũ abſolutionem hanc tribuere exiſtimarunt, & opinionem hãc benignam, tutamque dixere: has Gloſſ. notandas inquit Abba. in cit. c. a nobis. num. 10. eaſdem ſequitur Rip. vbi & modernos ita tenere ait, in Tractatu de peſte. cap. de priuilegi. iudi. cauſa peſtis. num. 46. item Syl. in ver. abſolutio. 1. num. 8. verſi. Imò in dicto caſu, & Tabi. eod. 2. nume.

8.& Armill.eod.nu.40.Pro quorum ſententia citatur primò ca. ſanctum eſt.de conſecrat.diſt.4. vbi pœnitentem in huiuſmodi articulo conſtitutum à laico reconciliatum legitur;ergo excõcommunicatus à laico reconciliari,atque abſolui poteſt; nam excommunicati,dum abſoluuntur,reconciliari videntur, vt habetur 26.q.6. atqui reſponderi poteſt primum, quid ibi factum ſit,narrari; an autem reconciliatio illa valuerit, non dici. præterea de pœnitente ibi ſolenniter agitur,qui nõ neceſſario excommunicatus eſt, vt dixit quoque Nauar.capi.1. in principio. num.86.ibi,non obſtant.de pœnit.d.6.& Gloſ.ſenſit etiam in c. a nobis.2.in verb.non potuerit. de ſentent.excomm. Nec repugnat 26.q.6.nam, quod & animaduertit ibi Archid. in initio, Gratianus quæſtionem propoſuit de excommunicato,auctoritates verò quas citat,de ſolenniter pœnitente agunt: poſtremò eſto ibi de excommunicato agatur,tamen nunquam laicum,ſed ſacerdotem ſolum in huiuſmodi articulo recõciliare poſſe ibi dicitur, non ergo ea quæſtione eorum ſententia comprobatur. ſecundo loco pro hac ſententia ſic argumentantur, pœnitẽs in articulo mortis conſtitutus laico peccata confiteri poteſt, vt habetur in ca.quem pœnitet. de pœnit.d.1.ergo & excommunicatus in eodem ſtatu conſtitutus à laico abſolui poterit. Verũ neque ratione hac ipſorũ opinio nititur;nam eſto fieri poſſit laico peccatorum confeſſio, & ob ruborem pœnitenti proſit; non idcirco tamen pœnitentẽ confeſſum abſoluere laicus poterit,quod erat probandum; nã laicus abſoluendi à peccatis poteſtatem non habet, vt dicitur in cit c.quem pœnitet.verſi.Etſi ille,& aſſeruit Trid.Syno.ſeſſ. 14.de miniſtro pœnitentię. ca. 6.& nos in comentario noſtro de pœnit.id explicauimus.capi. 2.num.3.non modo igitur ratio hæc eorum ſententiam non tuetur,ſed contra potius ipſam oppugnat; nam ſicut in eo articulo laicus à peccatis non abſoluit,quamuis ea confeſſio,vt diximus,ipſi proſit,ita neque à cenſura abſoluet;quamquam ſi excõmunicatus a laico abſolutionem peteret,in hoc abſolutio ei prodeſſet,quòd mortuus abſolutionem conſequeretur, vt qui ea ratione contritionis ſigna dederit:quod,vt quis poſt mortem abſoluatur, requiritur.arg.ca.ſacris,& c.a nobis.2.de ſenten.excom.

Quare cum nulla probabili

ratione ſententia hæc nitatur, contrariam amplexati ſunt Sot. d. 18. q. 4. art. 4. verſi. Vtrum verò, vbi & Palud. idem aſſerere ait. lib. 4. & Nauar. in Man. capi. 26. num. 26. verſi. Dixi præsbyter, & cap. 27 num. 252. verſic. Sextò, & verſic. Septimò, & in c. 1. in principio. num. 83. cum ſequen. de pœnit. d. 6. vbi quæſtionem hanc diſputauit, & Couar. in c. Alma. p. 1. §. 11. nume. 9. de ſentent. excom. lib. 6. verſicu. ſed Gloſſ. in dict. c. a nobis, & Iacob. de Graff. cap. 15. num. 55. lib. 4. decil. caſ. conſc. Probatur autem ſententia hęc primò, quoniã facultas abſoluendi ab excommunicatione, vt ait Palud. idcirco ei, qui aliàs non poteſt, in huiuſmodi articulo tribuitur, quo peccatorum abſolutio tribuatur; ergo laicis facultas hæc tributa non eſt, cum à peccatis abſoluere nequeát, vt iam vidimus: hęc ratio mihi non ſatisfacit; nam ę que facultas abſoluendi à peccatis, atque à cenſuris in hoc caſu tributa eſt, vt habetur apud Trid. Synod. ead. ſeſſ. 14. capi. 7. Vnde ſecundo dicebat idem Palud. abſolutio facta à laico, neq; corpori, neque animæ prodeſt, nam, ſi excommunicatus Deo amicus ab hac vita migrauerit, poſt mortem abſolui poterit, atque tunc corpus Eccleſiaſtica ſepultura donabitur, anima vero Eccleſiæ ſuffragiis adiuuabitur; hæc itidem ratio mihi non arridet, quid enim ſi Rom. Pontifex qui longe abeſt, & ad quem difficilis aditus ſunt, abſoluere hũc haberet? arg. c. à nobis. 2. de ſent. excomm. plane interim & corpus Eccleſiaſtica ſepultura carebit, & anima Eccleſię ſuffragiis priuabitur arg. ca. ſacris. & ca. à nobis. 2. de ſentent. excom. neque igitur ratio hæc firma videtur. Tertiò ſic dicebat Naua. facultas abſoluendi a cenſuris in articulo mortis ſacerdotibus condonata eſt, vt habetur apud Trid. Synod. eod. cap. 7. ergo aliis denegata videtur. arg. l. cum prætor. ff. de iudi. & cap. non ne. de præſumpt. ad hanc rationem per ea, quæ in antecedenti quæſtione attulimus, reſponderi ẽt poteſt. Quid igitur concludendum? Ego ſententiam hanc vti veriſſimam amplector, quam & his rationib. probo. Primum, quoniam ſi laicus à cenſuris abſolueret, plura ſpetialia, vt ita dicam, eodem concurrerent, ſcilicet, vt laicus habilis fieret ad Eccleſiaſticas res tractandas, cõtra c. decernimus. de iud. & vt alterius iuriſdictionem exerceret, contra c. fin. de conſtit. libr. 6. & l. fin. ff. de iuriſd. omni. iudi. quæ in ſacerdote ſimul non contingunt;

gunt:at plura ſpecialia circa idē concurrere non poſſūnt.argu.l. 1.& ibi communiter not. C.de dot.promiſ. Deinde quoniam vbi Eccleſia laicum aliquid Eccleſiaſticū facere poſſe voluit, id expreſſit,& declarauit, vt dixit Gloſſ.fin.in c.fin.24.qu. 1.& ſequitur eam Nauar.in cap.1.in principio.nu.87.de pœnit.di.6. & Couar.in ca.Alma.p.2.§.11. num.9.verſi.Nihilominus opinio contraria.de ſenten.excom. lib.6.Declaratur hoc de baptiſmo in neceſſitate.de conſecr.di. 4.& in c.vbi periculum.§. prꝑterea,& ibi not.Gloſſ.in verb.prꝑſumat.de elect.lib.6.cum ſimil. Cum igitur nuſquā in iure quo ad abſolutionem hanc in huiuſmodi caſu mentionem laici fecerit, nuſquam laico poteſtatē hanc dederit, neque nos illi eā dare debemus,vitandā enim legum correctio eſt.arg.capi.cum expediat.de elect.lib.6.& l.præcipimus.C.de Appell.& l. iubemus.C.de teſtament. laicus ergo neque in hoc caſu à cenſuris abſoluit.Et de hac quꝑſtione itidem ſatis, iam aliam quæſtionem aggrediamur,quā in ſequēti abſoluemus.

S V M M A.

1 *Impeditus,quo minus Rom.Ponti. adeat,per hanc Bullam excōmunicatus,an ab alio abſolui poſſit, & quis abſoluat.*

2 *Impedimentum legitimum quodnam ſit,quò ab alio quàm à Rom. Pontifice extra mortis articulum abſolui poſſit ab excommunicatione.*

3 *Articulo mortis exiſtente, ſi excommunicatus ab excommunicatione, & à peccatis abſolui non poſſit,ob mortis anguſtias, quid tunc faciendum.*

IV.

1 § Quarta quæſtio eſt, † quid ſi in mortis articulo excommunicatus non ſit, ſed tamen ratione alia impediatē, quò minus Rom. Pontificem adeat, vt pote aut paupertate,aut inimicitiis,aut ſenectute, aut huiuſmodi aliis impedimentis, quæ habentur in ca.quod de iis, & in c.ea noſcitur.& in c. quamuis. de ſentent.excom. quid tunc faciendum, & ſic an ab alio,quā à Rom.Pontifice abſolui poſſit? Hanc quæſtionem, vt abſolutā magis habeamus,generatim eā diſputabimus; præmiſſis tamen nonnullis prius. Præmitto igitur primum,vbi quis in excommunicationem incidit eius ca.ſi quis ſuadente diabolo. 17. q.4. id eſt ob clerici percuſſionem,ſi Rom. Pontifex adiri non poſſit (eſt

(eſt enim ei excõmunicationis hui' abſolutio ſeruata) à ꝓprio Epiſcopo hunc, abſolui poſſe, vt habetur in cit. ca. quamuis, et in c. ea noſcitur, & in c. de cætero. de ſentent. excom. Item præmitto à proprio Epiſcopo, proprio ve ſacerdote abſolui eum poſſe, qui in excommunicationem incidit, propterea quod verſatus eſt in crimine cum eo, qui ob illud erat excommunicatus, vbi adire eum non poteſt, cui eius excommunicationis abſolutionẽ Canon reſeruauit, vt habetur in cit. c. nuper. de ſenten. excom. & in his terminis quæſtio hæc nõ diſputatur. Poſtremò pręmitto, quæſtionem hanc diſputari in aliis cenſuris à quocũque iure latis, & etiam ab homine, quarum abſolutionem alteri, ac præſertim Ro. Pontifici reſeruatę ſunt. His ſic pręmiſſis, duo inueſtigãda nobis ſunt; an ſcilicet, vbi excommunicatus impeditur, quo minus iudicem adeat, qui communi iure abſoluendi poteſtatẽ habet, ab alio abſolui poſſit: Poſtremò eſto id poſſit, quiſnã tunc eum abſoluat.

Quo ad primum igitur Inno. in c. quamuis. verſi. ſed ſi aliàs. de ſentent. excom. excommunicatum ob aliam cauſam, quàm ob clerici percuſſionem, ſi impediatur, quò minus eũ adeat, ad quem abſolutionis tributio iure ordinario pertinet, ab alio abſolui non poſſe exiſtimauit. Et hoc ob eam rationem, quoniam in excommunicato ob clerici percuſſionem hoc tãtum ꝓmiſſum reperitur in cit. c. de cętero, & in c. ea noſcitur, & ca. quãuis. de ſenten. excom. ergo ſecus de aliis excommunicatis ſentiẽdum eſt; exceptio enim contrariam regulam eſſe ſignificat. argu. l. nam quod liquidæ. §. fin. ff. de pen. leg. & le. cum prętor. ff. de iud. & c. non ne. de præſump. Felin. qui contrarium ſenſit, rationem hanc improbat, nam in capi. ea noſcitur, & in c. quod de his, excommunicatũ extra mortis articulum conſtitutum, impeditum tamen, quò minus ordinarium abſolutorem adeat, abſolui poſſe dicitur, & tamen ibi non ſpeciatim de excommunicato ob clerici percuſſionẽ, ſed generatim de excommunicato, agitur, ergo ob aliam cauſam excommunicatus, & impeditus, vt diximus, abſolui ab alio poterit. Hæc Felin. quem ſequitur Sylu. in verb. abſolutio. 4. num. 7. verſi. Quarto. Verum ręſponſio hęc mihi non ſatisfacit, nec vera eſt; nam ibi de excommunicato ob Clerici percuſſionem agitur; id quod hinc probatur, quoniam in cit. c. quod de his Rom. Pontifex

tifex inquit eum, qui ſe aſſerit in Canonem latæ ſententię incidiſſe, non aliter quàm per Sedem Apoſtolicam, vel eius legatum abſolutionis beneficium obtinere poſſe; at Sedis Apoſtolicæ legatus ex omnibus excommunicationibus, quarum abſolutio Pontifici Maxi. reſeruata eſt, eius excommunicationis abſolutionem tantum tribuit, qua clericorum percuſſores conſtringũtur, vt probatur in capitul. quod trãſlationem. de off. leg. vbi Abba. atque DD. not. ergo de ipſa excommunicatione agi concludendum eſt, & quamuis ſpeciatim excommunicationis huius mentio ibi non fiat; tamen ex quo ad aliam excommunicationem ea iura referri nequeũt, de hac ibi agi neceſſario fateri debemus. arg. l. nominatim, cũ traditis ibi à DD. ff. de lib. & poſthum. Quare cum nulla ratione opinio hæc nitatur, contrariam amplexati ſunt Felin. in cit. cap. quamuis, & Abba. ſibi contrarius in cit. c. de cætero nu. 1. verſi. Et circa hoc, & Ancharan. in c. eos. num. 1. verſi. Tertiò nota. ibi, Sed hic quæritur. & Gemin. num. 5. eod. de ſenten. excomm. lib. 6. & Syl. in verb. abſolutio. 4. num. 7. verſi. Quartò, vbi de cõmuni teſtatur & Nauar. in Man. cap. 27. num. 89. verſi. ad primã.

Probatur autem ſententia hæc, quam vti veriſſimam ego etiam ſequor, quoniam ratio reddi nõ poteſt alia diuerſa quamobrem id in excommunicatione clerici permittatur, & non in aliis excõmunicationibus; cum igitur & eadem ratio & in aliis ſit, idem ſtatui & de ipſis debet. arg. c. cũ dilecta. de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud. ff. ad leg. Aquil. Confirmatur hoc, quoniam ſi in tam graui caſu, vbi Dei miniſtri offenduntur. argu. c. quantæ. de ſentent. excom. vt abſoluatur, permiſſum eſt, multo magis & in aliis id permiſſum eſſe debet, argu. auth. multo magis. C. de ſacroſanct. Eccl. Poſtremò probatur etiam per cap. eos. de ſentẽt. excom. lib. 6. nam pro certo ibi habetur generaliter hoc cõceſſum eſſe, vt excommunicatus ab alio abſoluatur, vbi impeditur, quòminus eum adeat, a quo iure ordinario abſoluendus erat; Eos, qui à ſententia Canonis, vel hominis, dicitur enim ibi, cũ ad illum, a quo alias fuerant abſoluendi, nequeunt propter imminentis mortis articulum, aut aliud legitimum impedimẽtum pro abſolutionis beneficio habere recurſum, ab alio abſoluũtur, & cæt. Ecce hic generaliter Rom. Pontifex loquitur; tum qđ non diſtinguit, quamobrem ſententia

tentia cenſuræ lata ſit; tum qđ tam de ſententia ab homine, quàm à iure lata agit, ac pro certo habet, vbicunque quis legitimè impeditur, quò minus eum adeat à quo iure ordinario fuerat abſoluendus, vel ab homine, vel à iure cenſura cõſtrictus ſit, & ex quacunque cauſa abſolui ab alio poſſe: ergo & generaliter intelligi debet, arg. l. de præstio. ff. de publ. in rem act. & l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præſtan. Ab hac igitur ſententia non diſcedemus.

Quæ locum habet etiam, vbi quis & ab homine cenſura conſtrictus eſt, ob cit. c. eos, vbi Gemin. & Ancharan. id not.

Item locum ſibi vendicat, eſto excommunicatus ad abſolutorem ordinarium procuratorẽ mittere poſſet; nam nihilominꝰ abſoluetur, quamuis procuratorem non mittat; quandoquidẽ à lege ad id non obligatur, atq. ita dixit Nauar. in Man. cap. 27. numero 90. verſic. Ad quintam.

Atqui an in excommunicatis per hanc Bullam propoſita ſententia locum etiam habebit? Ob hanc enim rationem antecedentem quęſtionem diſputabimus. Ego cenſeo & in his excommunicatis locum habere. Primum, quia hi duo caſus (vt excommunicatus abſolui ab alio poſſit, vbi nequit, aut propter imminẽtis mortis articulum, aut ꝓpter aliud legitimum impedimẽtum pro abſolutionis beneficio ad illum habere recurſum, à quo aliàs de iure fuerat abſoluendus) æquiparantur per cit. ca. eos. de ſentent. excom li. 6. Eos, dicitur enim ibi, qui à ſẽtẽtia canonis, vel hominis, cùm ad illũ, à quo aliàs de iure fuerant abſoluẽdi, nequeunt propter imminentis mortis articulum, aut aliud legitimum impedimentum pro abſolutionis beneficio habere recurſum, ab alio abſoluuntur, & cæt. Ecce hic per Canonem hi duo caſus æquiparantur, ex quo eodem iure ipſos facit; ergo ex quo Rom. Pontifex permittit, vt in articulo mortis excommunicati per hanc Bullam ab alio abſoluantur, vt idem poſſint illi, q ad ipſum cõfugere nequeunt, conceſſiſſe dicendum eſt; nam vbi lex duo ęquiparat, quod de vno deinceps ſtatuit, & de alio ſtatuiſſe intelligitur, vt not. Gl. fin. in l. 1. & ibi Bart. ac DD. C. de furt. & Gloſſ. in l. vero quod contra. ff. de leg. & id locum habet etiam in materia correctoria, vt ait Bart. in l. Marcellus, in pri. ff. ad Treb. & ſequitur Iaſ. in l. 1. num. 27. ff. de lega. 1. Secundò facit, quoniam ratio, quamobrem id conceditur in articulo

mortis,ea eſt, ne contingat quẽ excommunicatum ſine abſolutione mori, vt ſenſit Trid.Syno. ſeſſ.14.cap.7.de caſ. reſeruat. at hæc ratio in impeditis huiuſmo di etiam locum habet. argum. c.qua fronte.de appell ergo & diſpoſitio vigere debet.arg. ca. cum dilecta.de confirm.vtil.vel inutil.& l.illud.ff.ad leg.Aquil. Poſtremò facit,quoniam ſi contrarium diceremus, ad impoſſibile quodammodo quis obligaretur contra ca. erit autem lex. d.4.& l.impoſſibilium.ff.de reg. iur. Ac planè qua ratione pauper,ſenioque confectus,qui vix pedibus conſiſtit,Rom. Pontifi. adibit? Nec obſtat mentionem articuli mortis tantum factã eſſe;nam ob conſuetudinem id receptum eſt; non autem quò alter caſus excluderetur;ita igitur in hoc ſentio,ſaluo & cæt.

Verum quis in hoc caſu abſoluet? Videbatur dicendum & ſacerdotem, & Epiſcopum abſoluere poſſe; nam & ſic de articulo mortis iam antea concluſimus. Atquì contrariam ſententiam amplector,vt ſcilicet Epiſcopus tantum hic poſſit.Primò arg.cit.c.ea noſcitur,& c. de cętero.de ſentent.excommu. nam ibi,qui ob huiuſmodi cauſas impediuntur,ab Epiſcopis ipſos tãtum abſolui ibi dicitur,ergo ipſi tantum abſoluere queunt, atque ſic not.Gloſſ.in cit.c.de cætero.in verb.licet,& ibi quoque not.Abb.num.1.& ſic aſſerunt Syl.in verb.abſolutio.4.num.7. & Nauar.in Man.cap.27.nume. 89.verſicul.Ad primam vero,& verſ.Ad ſeptimam. Præterea cõfirmatur hæc, quoniam, vbi auctor excommunicationis huiuſmodi abſolutionem ſibi non reſeruat,abſolutio communi iure reſeruatur Epiſcopo tantùm, mortis articulo excepto, vt habetur in cit.cap.nuper.de ſentẽ. excom.& vt nos in tractatu noſtro id probauimus,ergo idẽ & in caſu noſtro; nam vbi auctor in aliqua diſpoſitione quid faciendum ſit,non perſcribit, ad ius commune confugitur. arg. l.commodiſſimè.ff.de li.& poſthum.Nec obſtat,quod diximus ſupra de articulo mortis; nã ob eam rem ibi concluſimus & ſacerdotem abſoluere poſſe,quoniam ſic iure in eo caſu cautũ eſt,ad quod confugitur, vbi auctor diſpoſitionis ſpeciatim nõ diſpoſuit,vt proxime probauimus, quod in caſu noſtro factũ eſt.

2 Atqui † legitimum impedimentum quodnam dicetur? deinde quandiu impedimentum hoc durare debet? Quoad primum ſentio impedimentum illud

lu llegitimum eſſe, vbi excommunicatus eum adeundo, à quo iure ordinario abſoluendus eſt, aut vitę, aut famæ probabile periculum adit, aut rei familiaris, grauem iacturam facit, aut aliis detrimento graui eſt. arg. cit. c. de cætero, & ca. quod de his, & c. mulieres. de ſenten. excom. & multo magis qui nulla ratione ire poteſt. Quare qui adeò ſenex eſt, vt itineris labores nō ferat, qui victum ſibi, ſuęque familiæ quærit, mulieres ob ſexus verecundiam: qui inimicos verētur: hi omnes, vt legitimè impediti, abſolui à ſuo ordinario poterunt: quamuis in hoc plurimum iudicis arbitrium verſetur. arg. l. 1. ff. de iure deliberan. & ca. de cauſis. de off. deleg.

Quo ad alterum vero, quantū temporis impedimentū hoc durare debeat, quicquid dixerit Nauar. in Man. cap. 27. nu. 90. rē hanc his regulis concludendam cenſerem. Prima quarum hæc eſt; ſi impedimentum hoc quādiu permāſurum ſit, ignoretur, vel diuturnū fore pro certo habeatur, probabiliterve exiſtimetur, hic ſic à cenſuris impeditus abſolui poterit; tum quòd ſic impedito ſuccurritur, ne excōmunicatus moriatur, contra ca. qua fronte. de appe. itemque ne diutius Eccleſię præſidiis priuetur, quod ab Eccleſiæ pietate alienum eſt, quæ nemini ad ſe redeunti ſinum claudit. arg. ca. ex litteris. de conſtit. in antiq. & c. ſuper eo, de hæret. lib. 6. tum qđ & alteri offenſo ſubuenitur, quādoquidem impedimento ceſſante, quam primum eum adire debet, à quo fuerat abſoluendus; alioquin in eandem excommunicationem rurſus incidit. ob c. eos. de ſenten. excom. lib. 6. multo magis autem hęc locum habebūt in impedito in perpetuū. Altera verò regula hęc eſt, vbi vel pro certo habetur, vel probabiliter exiſtimatur impedimentum breuius fore, tunc impedimentum hoc ad abſolutionem tribuendam non prodeſſe; tum quòd pauci temporis ratio haberi non debet. argu. l. ſcio. ff. de integr. reſtitu. tum quòd iactura Eccleſiæ ſuffragium obediētię, pacientiæque bono ſarcitur: impedimentum autem quodnam diuturnum ſit, in arbitrio iudicis collocatur. argu. l. 1. ff. de iu. deliberand. Hæc locum habent de iure communi antiquo; at hodie per Decretum Cōgregationis Cardinalium ſupra poſitum non licet, niſi in mortis articulo; Quare in alio impedimento licentia erit impetranda, vel à Ro. Pontifice, quoad caſus ſuos, vel à prælatis quoad caſus ipſis

reſeruatos; quò ab alio abſoluatur. Sed de hac quæſtione ſatis, ad poſtremam veniamus.

Quoad poſtremam quæſtio-
3 nem, †ſcilicet quid faciendū ſit, ſi excommunicatus in articulo mortis conſtitutus, & ab excommunicatione, & à peccatis abſoluendus ſit, ob temporis anguſtias verò forma abſolutionis ab excōmunicatione, & forma abſolutionis à peccatis proferri nequeant. In tractatu meo de cēſuris. cap. 7. §. 2. nu. 7. Tab. 2. Ioā. Medin. concluſi omiſſa excōmunicationis abſolutione, ob rationes ibi allatas, à peccatis abſoluendum hunc eſſe. Modò, re diligentius perſpecta, concludo vno verbo prædictum & ab excommunicatione, & à peccatis abſolui poſſe: quod vt facilius appareat, præmitto in abſolutione tam excōmunicationis, quā peccati non neceſſario requiri mentionem cenſuræ, & peccatorum, vt probauimus in tractatu noſtro de cenſuris, Tab. 1. ca. 23. nume. 2. & in commentario de pœnitentia. cap. 22. nu. 2. ſat igitur eſt, vt dicatur (vel à peccatis, vel ab excommunicatione cenſurisve abſoluat) Abſoluo te, omiſſis à peccatis, & à cenſura. Secundò præmitto idem verbū ad diuerſa relatū diuerſo modò accipi poſſe. arg. c. ab excōmunicato, de reſcript. & l. 1. ff. de offi. proconſ. & legat. & ibi cōmuniter not. His ſic præmiſſis, concludo hac forma, vtendo Abſoluo te, & ab excommunicatione, & à peccatis hunc abſolui: modo abſoluens hoc animo affectus ſit, vt & ab excommunicatione, & à peccatis abſoluere velit; quo animo ſunt omnes ferè affecti, qui abſoluūt, ſaltem virtute, vt dixit ſingulariter Ioā. Gerſo. quem refert, ſequitur, ac commendat Nauarr. in c. conſideret. §. cautus, propè finem, verſ. Quę moderatio eſt vera. de pœnitē. d. 5. & in c. 1. in principio. nume. 22. & num. 28. verſic. Ex his infertur vnum mirabile. de pœni. diſ. 6. idque merito, nam ex quo non requiritur, vt in forma abſolutionis excommunicationis, peccatorumve mentio fiat; & idem verbum ad diuerſa relatū diuerſe accipiatur, vt præmiſſimus, quatenus illud Abſoluo, refertur ad excommunicationem, abſolutionem fori contentioſi ſignificabit; quatenus refertur ad abſolutionem peccatorum, ſacramentalem abſolutionem notabit. Et quoniam abſolutio excommunicationis peccatorum abſolutionem antecedere dēt, vt probauimus in Tractatu noſtro de cenſuris, cap. 7. §. 2. numero. 5. Tab. 2. ob eam rem abſolutio

tio

tio excommunicationis (quod hoc animo abſoluere ſacerdos cenſetur, quò actus valeat. argu. l. 3. ff. de mil. teſtam.) peccatorũ abſolutionem antecedere exiſtimabitur; etenim & vbi adſunt duo inſtrumenta eadem die facta, nec conſtat, quod prius factum ſit: exiſtimatur, ac præſumitur illud præceſſiſſe, quod continet actum, qui facit vtrũque valere, & ob id. ſi duo inſtrumẽta ſint, vnum teſtamentum filii, & aliud inſtrumentum emancipationis eiuſdem filii, de quib. dubitetur, quodnam ex ipſis prius factum ſit, inſtrumentum emancipationis anteceſiſſe teſtamentum filii exiſtimatur; nam aliàs teſtamentum non valeret, hanc regulam ponunt Cyn. & Bal. in l. cum in teſtamento. §. hęc verba. ff. de hæred. inſtit. quam commendat plurimum Alexã. in l. diuortio, nume. 9. verſic. ſed circa hoc hic vnum incidenter. ff. ſol. matr. & Iaſ. in l. fin. nume. 35. C. de edict. diu. Adrian. toll. ergo idem & in caſu noſtro, ob eandem rationem. Hac igitur forma huic neceſſitati commodè, & vtiliter ſubuenietur. Imò in reconciliationibus, vbi frequens populus adeſt, hac forma vti poterimus. Modo ſub conditione tacita abſoluamus à cẽſuris, quatenus illis pœnitens conſtrictus ſit: ſed de hoc verſiculo ſatis, ad alium tranſeamus.

Verſ. Nec etiam tunc, niſi de ſtando Eccleſiæ mandatis, & ſatisfaciendo cautione præſtita abſolui poſſit.

S V M M A.

1 *Cautio, quàm Bulla præſtari iubet, antequam à cenſuris quis abſoluatur, quanam ſit.*

2 *Eccleſiæ nomine quid ſignificatur, vbi Bulla iubet, vt abſoluendus à cenſuris caueat de ſtando mandatis Eccleſiæ.*

3 *Index Eccleſiaſticus quinam ſit, cuius mandatis abſoluendus à cenſuris parere debet.*

4 *Mandata Eccleſiæ quæ abſoluendo à cenſuris dari debent, quanam ſint.*

5 *Cautio de ſatisfaciendo quanam ſit.*

IN hac parte reſtringit, & coarctat facultatem proximè conceſſam abſoluẽdi excommunicatum per hanc Bullam in articulo mortis, vt ſcilicet abſoluatur quidẽ, ſed non prius quàm cauerit, de ſtando Eccleſię mandatis, & ſatisfaciendo, ſimile habetur in Clem.

Clem. 1. §. pen. de hęret. Verum, vt rem hāc dilucidiorem habea mus, pręmittenda hęc ſunt. Primum, cautio hæc quænā ſit. Deinde Eccleſiæ nomine quid intelligatur. Tertiò mandata hæc quænam ſint. Poſtremò illud ſatisfaciendo quid ſignificet.

1 Quoad primum† cautio hæc quænam ſit, Ego intelligo, & interpretor cautionem iuratoriã eſſe, quę exigitur ante abſolutionem excommunicationis; nam verba ſecundum ſubiectam materiam accipienda ſunt. arg. le. ſi vno. ff. locat. & l. plenum. §. equitii. ff. de vſu, & habita. at cautio, quę pręſtatur ab excommunicato ante abſolutionem, iuratoria cautio eſt, vt habetur in cap. cum deſideres. verſic. Cum cautio iuratoria. de ſenten. excõmu. ergo de cautione hac hic agitur. Poſtremò Bulla pręcipit, & vult, vt ante abſolutionem excommunicatus hic caueat de ſtando Eccleſiæ mandatis, & ſatisfaciẽdo; aut cautio hæc iuratoria cautio eſt, vt probatur in ca. ex tenore. verſi. Excepto ab eo iuramento, quòd tuo debeat mandato parere. de ſentent. excom. & in ca. ad hęc. 2. de appellati. Prætereà de iis, qui iuramentum præſtant, dicitur enim ibi, quòd Eccleſiæ ſtabunt iudicio, & cæt. Ecce hic iuſiurandum eſt, quod cautio iuratoria dicitur in cit. c. cum deſideres; in hanc igitur ſententiam cautionem hanc accipiendã cẽſeo. Et de hoc primo ſatis.

2 Quo ad ſecundum† Eccleſiæ nomine etſi multa ſignificãtur, vt declarauit Gloſſ. in ca. fin. ne pręlat. vic. ſuas, & nos in Tractatu noſtro de Cenſuris. capi. 8. §. vlt. Tab. 2. tamen quò ad rem noſtrã pro iudice Eccleſiaſtico accipitur, vt probatur in cita. ca. ad hęc. 2. de appell. & c. ex parte. 1. in fine. de verb. ſignifi. iunct. ca. ex tenore, & c. de cętero, & cap. quamuis. de ſent. excom. nam in c. ad hęc, & in c. ex parte de hoc iureiurando dato de parendo Eccleſiæ agitur, & in c. de cætero, virtute illius iuriſiurandi iniungendum eſſe dicitur excommunicato abſoluto, vt Romanũ Põtificem adeat. Sed eſt illi ſub iuramento iungendum, dicitur enim ibi, vt quam citius opportunitatem habuerit, Romanum Pontificem adeat mandatũ Apoſtolicũ ſuſcepturus. Ecce hic agitur de illo iureiurãdo facto de ſtando, & parendo mandatis Eccleſiæ, & Romanũ Pontificẽ eſſe, à quo mandatum ibi ſuſcipiatur, dicitur ergo ibi Eccleſię nomine Romanus Pontifex accipitur, ſicut habetur in c. quamuis. in fine eod. Idem habetur in cit. c. ex tenore. Mandamus itaq.

qua-

quatenus recepto ab eo iuramẽto, quod tuo debeat mãdato parere, ipſum vice noſtra à ſententia, qua tenetur, abſoluas. Ecce hic quoque agitur de eodem iuramento, & quod aliàs dicitur, vt recipiatur iuramentũ de ſtando Eccleſię mandatis, ibi Romanus Pontifex iubet illi Archiepiſcopo, atque ſcribit, vt recipiat ab excommunicato iuramentũ, vt ſuo debeat mandato parere. Ecce hic Eccleſiæ nomine accipitur Archiepiſcopus. Iudex ergo Eccleſiaſticus eſt ille, qui Eccleſiæ nomine dicitur, vnde illud Euangelii apud Matthæũ. 18. Si non audierit, dic Eccleſiæ.

3 Atqui† Iudex hic quinam erit? Ego in hac re ſic concludendum cenſeo. Aut is, qui abſolutionem excommunicationis tribuit, ſuo iure id facit, vtpote vel quòd ipſe excommunicauit, vel quòd eſt excommunicatio, etſi ab alio lata, ea tamen, quàm ordinario iure tollere ipſe poteſt; & in hoc caſu ipſe iudex hic erit, & Eccleſia illa, cui de ſtando mandatis iurare debet; nam ad ipſum pertinet pœnitentiam iniungere, & ſatisfactiones ob offenſam factam ipſi excommunicatori. Aut non ſuo iure abſolutionem tribuit, ſed alieno, quod contingit in excommunicationibus aut ab homine ſuperiore latis, aut à iure, vbi abſolutio alteri reſeruata eſt; & in hoc caſu Iudex, cuius mandatis ſtare excommunicatus iurare debet in manu abſoluentis, eſt is, qui ordinario, & proprio iure abſoluere poteſt. Id quod hinc probaẽ, quoniam abſolutio ab excõmunicatione, in quam incidet, ob violentam clerici percuſſionẽ, Romanum Pontificem adire debet, vt habetur in cit. ca. de cętero, & in cit. cap. quamuis; abſolutio enim huius excõmunicationis ipſi reſeruata eſt; ergo idẽ & de excommunicationib. aliorũ inferiorum cenſeo, vt habetur in c. eos, de ſenten. excom. lib. 6. Quare ſacerdos, qui excommunicatum à ſuo Epiſcopo, in articulo mortis conſtitutum abſoluit, ante abſolutionem iuratoriã cautionem hanc de ſtando mandatis Eccleſiæ exigens pro Epiſcopo cautionem hanc exigit, & ſic Eccleſię nominę Epiſcopus accipietur, vt iudex erit. arg. cit. cap. eos. Excipitur tamen, vbi q ordinario iure, & proprio abſoluere poteſt, abſoluendi facultatem omnem alteri delegat; nã delegatus hic exigendo iuratoriam cautionem ab excommunicato de ſtando mandatis Eccleſiæ intelligetur nomine Eccleſiæ, ipſemet delegatus, vt habetur in cit. c. ex tenore, in verſi.

Man-

Mandamus itaque, quatenus recepto ab eo iuramento, qđ tuo debeaᵗ mandato parere, ipſum vice noſtra à ſententia, qua tenetur, abſoluas. Ex quibus verbis apparet iuſiurandum de ſtando mandatis Eccleſię nil aliud eſſe, quam iuſiurandum de parendo mandatis eorum, qui abſoluẽdi prędictam facultatem habent. Et de hoc itidem ſatis.

4 Quoad tertium †mandata Eccleſiæ quęnam ſint, dico ſi is abſoluit, qui iure proprio abſoluere poteſt, mandata hęc dare debere. Primum, ne deinceps delictum illud committat, quamob rem in excommunicationẽ incidit, vt habetur in cit. c. ex tenore. de ſent. excom. Deinde, vt pęnam, ſeu ſatisfactionem aliquã iniungat. Si verò non iure proprio id facit vi iuriſiurandi eius præcipiet, vt excommunicatori, eive, à quo aliàs iure abſoluendus erat, ſe pręſentem offerat, vt habetur in c. de cætero. de ſentẽ. excom. & in ca. ea noſcitur, in fine, & in c. quòd de his, eòd. & generatim in c. eos. de ſent. excõ. & vt nos abundè id declarauimᵘ in Tractatu noſtro de Cenſuris. cap. 19. §. 5. num. 2. Tab. 1. Et de hoc etiam ſatis.

5 Quò ad quartum, †ſcilicet illud ſatisfaciendo in quam partẽ accipiatur, in duas accipiẽdum cenſeo. Primum, vt explicet illud de ſtando Eccleſiæ mandatis, vt ſcilicet illud ſtando ſignificet ſatisfaciendo, & ſic dictio illa Et, pro idest, accipiatur, & ob id proinde ſit, ac ſi dixiſſet. Nec etiam tunc abſoluatur in articulo mortis, niſi de ſatisfaciendo Eccleſię mandatis cauerit; & ꝓ hoc facit c. ex parte. 1. in fine. de verb. ſignific. Secundò intelligi poteſt, vt ſit diuerſum à priore; nam copula Et, inter diuerſa ponitur, vt inquit Gloſſ. in Rubr. ff. de iur. & fact. ignor. & ob id ſignificet, vt excõmunicatus hic, antequam abſoluatur, caueat non ſolum de ſtando mandatis Eccleſiæ, verum etiam & de ſatisfaciendo iis, quos læſit; hoc enim facere excommunicatus etiam debet, vt habetur in c. cum deſideres, in fine. de ſent. excom mun. quę interpræatio mihi nõ diſplicet; nam, vel deinceps moriatur excommunicatus, obligatio illa ad hæredes etiam trãſit. arg. c. à nobis. 2. de ſent. excom. Et de hoc itidem ſatis. His præmiſſis, iam regulam ponamus.

S V M M A.

1 Articulo mortis exiſtente, inferior Romano Põtifice abſoluere excõicatũ per Bullam non põt, niſi de ſtando mãdatis Eccleſiæ caueris.

2 Cau-

2 *Cautione omiſſa ab excommunicato nihilominus valet.*

3 *Forma neceſſaria abſolutionis ab excõmunicatione adhibenda eſt: alioquin abſolutio non valet.*

4 *Forma non neceſſaria ad abſoluendum quænam ſit, & quando adhibenda.*

I.

§. De propoſita re nobis regulam ponendam propoſuimus; iam igitur ipſam ponamus.

In articulo mortis ergo con-
1 ſtitutum†excommunicatum p hanc Bullam abſoluere non poteſt inferior Romano Põtifice, niſi de ſtando Eccleſiæ mandato, & ſatisfaciendo excommunicatus ipſe prius cauerit, vt habetur in propoſito verſi. Quæ regula locum habet, quicunque ſit hic excommunicatus, & ob quãcumque cauſam poſitam in hac Bulla.

Excipitur tamen primò, vbi excommunicatus id non poteſt; exempli gratia excommunicatus huiuſmodi morbo oppreſſus dolet ſe Deum offendiſſe, & inquit ſe paratũ eſſe facere omnia, quę vult Eccleſia, & curat accerſiri ad ſe parochum, qui eum abſoluat; ſed vbi venit excõmunicatus ille, iam rationis vſum amiſit, & ob id iuratoriam cautionem præſtare non potuit; planè hic abſolui à parocho valebit, & debebit. arg. ca. à nobis. 2. de ſentent. excom. etenim ad impoſſibile nemo obligatur. l. impoſſibilium. ff. de reg. iur.

At quid†ſi cautio hęc omit-
2 tatur, cum præſtari poſſet, an abſolutio valebit? Communiter concluditur abſolutionem hãc valere, vt diſputauimus in Tractatu noſtro de Cenſuris ca. 19. §. 5. num. 3. Tab. 1. valebit igitur abſolutio. Hucuſque vidimus ad abſolutionem hanc cõſequẽdam in mortis articulo ſatisfactionem hanc requiri.

Verum an reliqua ad abſolutionem tribuendam pertinentia adhibebũtur, & ſic an forma ordinaria ſeruabitur, ex quo nihil præter cautionem prædictã Bul
3 la expreſſit? Planè forma neceſſaria, quę eſt Abſoluo te, ſine dubitatione adhibenda eſt, alioqn nihil fieret; non enim quibuſcũque verbis, & quacunque ratione, Romano Pontifice excepto, excommunicationis abſolutio tribui poteſt, vt id ſenſit Gloſſ. communiter recepta in Clemẽ. fin. in fin. de ſenten. excom. & vt nos id pluribus probauimus in Tractatu de Cenſuris, Tab. 1. capit. 22.

4 De forma verò†non neceſſaria, & de ordine obſeruari ſolito

Ooo in

in abſolutione idem ſentimus, vt ſcilicet adhibeãtur, videlicet.

Primum præter iuſiurandum de parendo mandatis Eccleſiæ, vt læſo ſatisfaciat, ſi poteſt; alioquin aut pignoribus, aut fideiuſſoribus, & quando nihil horum adeſt, iureiurando caueat de ſatisfaciendo, vt habetur in ca. ex parte. 1. iunct. Gloſſ. de verb. ſig. & vt dixit Nauar. in Man. ca. 26. nu. 7. & nos in ead. Tab. 1. capi. 19. §. 6. vbi abunde rem hanc egimus.

Secundò, vt virga cedatur Pſalmi pœnitentalis alicuius recitatione adhibita.

Tertiò, vt addantur etiam prẹces illæ Kyriæ eleiſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon, & Pater noſter, & quatuor verſiculi cũ ſuis reſponſis, ſcilicet.

Verſ. Saluum fac ſeruum tuũ. Reſp. Deus meus ſperantẽ in te.

Verſ. Domine exaudi orationem meam Reſpon. Et clamor meus ad te veniat.

Verſ. Dominus Vobiſcum. Reſp. & cum ſpiritu tuo. Et oratio illa Oremus. Deus, cuius propriũ eſt miſereri ſemper, & parcere, ſuſcipe depræcationem noſtram, & hunc famulum tuum, quem excommunicationis catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis clementer abſoluat, vt habetur in ca. à nobis. 2. in fine, & ibi DD. no. de ſenten. excom. & nos in Tractatu de Cenſuris abundè rem hanc egimus c. 31. Tab. 2. hẹc inquam omnia faciẽda ſunt, vbi poteſt quis ea facere, ac debet, vt habetur in eodẽ cap. 31. §. 1. cum duobus ſequẽt. Nam vbi princeps alicui concedit, vt actum faciat, quem aliàs de iure non poterat, intelligitur non ceſſiſſe ſecundum formam ſolitam fieri. arg. l. ſi quando. C. de inoff. teſtamẽ. Præter cautionem iuratoriam illam igitur expreſſam à Bulla, & dicta proximè abſoluens adhibebit.

Imò, vbi quis vult abſolui ab excommunicatione, in quam incidit, ob hæreſim, vel ſchiſma, vel apoſtoſiam, quẹ hẹreſim cõiunctam habent (quod quando fiat ſuo loco declarauimus) pri⁹ hic abiurare hæreſim, vel ſchiſma, vel apoſtaſiam debet, vt habetur in capi. ad abolendam. de hẹret. & in c. ego Berengarius, de conſ. diſt. 2. & in c. ſaluberrimam. 1. quẹ. 7. atque ſic tradidit Nauar. in conſ. 1. qu. 25. nu. 61. de cõſtit. & Aluarez in ſuo Speculo Summorum Pontif. Impe. ac Reg. in capit. de abiurationis forma obſeruanda per hæreticos, cum cõtingit eos ad fidem, & ad Eccleſiam redire, vbi & formam etiam abiurationis ponit pag. 281. Hæc autem abiuratio

tio ſit ad arbitrium Epi, vel Inquiſitoris, & i foro exteriori, vt colligitũ ex verbis ei⁹ abiurationis.

Hæreticus mentalis autem abſolutione ab excommunicatione non eget; nam in eam non incidit, vt probauimus ſupra in 2.p.cap.1.§.1.nu.16. Sicut nec etiam in ipſam incidit, vbi reſcipiſcẽs & ab errore diſcedens cõfitetur hęreſim alicui vel in foro pœnitentiæ, vel extra, quò ſciat qua ratione ſe co peccato liberet. Tum quòd non ſe hæreticũ eſſe, ſed fuiſſe hac ratione indicat, ex quo eam iam deteſtatus eſt. Tum quòd pœnitens hæreſis, eamque in foro conſcientiæ explicans in excommunicationem incideret, quod abſurdum eſt; nam quando hæreſim confitetur, iam ipſam deteſtatus eſt, & eam confitendo non peccat, immò meretur, in excommunicationem autem quis non incidit, vbi meretur, ſed vbi peccat. c.nullus, & c.nemo Epiſcoporũ. 11.q.3.& facit ca.cum voluntate.de ſent.excom. atque ſic dixit Couar. in Reg. Peccatum.2.p.in initio.num.7.in fine, vbi & Frã. Victor. & alium quendam id tenuiſſe teſtatur, ac ſequitur.

Quod itidem dictum eſt in antecedenti Verſ. vbi excommunicatus impedimento aliquo detinetur, quominus adeat excõmunicatorem ab inferiore abſolui poſſe etiam ſi in mortis articulo non ſit, locum non habet hodie ob decretum incip. Sacra Congregatio, quod ponendũ in hac parte curauimus, ob verba hæc in eo poſita, Nullo caſu etiã neceſſitatis, vel impedimenti, iunc. l.nõ eſt nouum, cum duabus ſequen.ff.de.ll. correctum enim eſt per ipſum decretum in foro conſcientiæ.c.eos.de ſent.excõ, lib.6. Sed de his hactenus, ad alia tranſeamus.

Verſ. etiam prætextu quarũuis facultatum, & indultorum quibuſcunque perſonis Eccleſiaſticis ſecularibus, & quorumuis ordinũ, etiam Mendicantium, ac Militiarium regularibus, etiam Epiſcopali, vel alia maiori dignitate prçditis, ipſiſque ordinibus, ac eorũ Monaſterijs, Cõuentibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegijs, Confraternitatibus, Cõgregationibus, Hoſpitalibus, & locis pijs, necnon laicis etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus per

nos,& dictam ſedem, ac cuiuſuis Concilij,decreta,verbo,litteris,aut alia quacunque ſcriptura in genere, & in ſpecie conceſſorum,& innouatorum,ac concedẽdorum,& innouandorum.

S V M M A.

1 *Abſolui excommunicati per hãc Bullam ab eo non poſſunt,qui inferior eſt Romano Pontifice, eſto priuilegium habeant, vt abſolui poſſint:quæ regula multis modis amplificatur,ac declaratur.*

2 *Confratres Sanctiſſimi Corporis Chriſti,Sanctiſſimive Roſſarij,et huiuſmodi abſolui nequeunt ab his cenſuris,eſto priuilegium ad id habeant,ob illas confraternitates.*

3 *Epiſcopis facultas data abſoluendi hæreticos occultos per Triden. Synod. an reuocata ſit per hanc Bullam:et quid de alijs caſibus occultis.*

IN hac parte reuocantur priuilegia omnia tam præſentia, quàm futura, quib. permittitur,vt quis ab alio, quã à Romano Pontifice ab his cẽſuris abſoluatur. Et quoniam nihil eſt,quod prĕmitti neceſſe ſit, ſi quid enim declaratione egebit,ſuo loco declarabimus, ob eam rem regulam ponamus.

1 Abſolui ergo † non poſſunt excommunicati per hanc Bullã ab eo, qui inferior eſt ipſo Romano Pontifice,eſto ad id priuilegium habeant.

Id quod locum habet. Primò vel perſonæ Eccleſiaſticæ ſeculares ſint quęcunque,quę priuilegium hoc habeant, vt ſcilicet excommunicati per Bullam Cęnæ Domini abſolui ab alio, quã à Romano Pontifice poſſint;ob verba illa Quibuſcunque perſonis Eccleſiaſticis ſecularib. Hæ autem ſunt clerici,qui nullã religionẽ profitẽtur, neq; ingrediũtur,& dicuntur ſeculares, quoniam à ſeculo,& à ſecularibus ſe non remouent, ſed cum illis viuunt.

Item locum habet vel perſonæ huiuſmodi Eccleſiaſticę regulares ſint,vel Mendicantium, vel non Mendicantium,vel militiarum, ob verba illa Et quorũuis Ordinum etiam mendicantium, vel militiarum regularibus. Regulares autem perſonę ſunt, quæ in aliquam religionẽ ingreſſæ ſunt,vt habetur in tot. titu.de regular.& de ſtat. Monach.& hi triplicis generis ſunt fratres Minores Sancti Franciſci, aliæ de ordine non mendicantium,

tium,cuiuſmodi ſunt fratres, & Monaci Sancti Benedicti; aliæ ſunt de Militia aliqua, cuiuſmodi ſunt Equites Meliuetani, & Calatrauæ;nam & ipſi regulam profitentur,& dicuntur de Militia,quoniam ipſorum mun' eſt pro Chriſti fide militare.

Tertiò locum habet,eſto pdicti excommunicati priuilegium habentes Epiſcopali, maiorive dignitate pręditi ſint,vt pote vel Patriarchę, vel Archiepiſcopi, vel Cardinales,& hoc ob verba illa Etiā Epiſcopali,vel alia maiori dignitate prędititis.

Quartò locū habet, eſto priuilegium hoc habeant ratione ordinis,de quo ſunt,ob verba illa ipſiſque ordinibus, vt exēpli gratia conceſſum eſt ordini Fratrum Minorum tale priuilegiū; fratribus ergo huius ordinis priuilegium hoc nō proderit, quo ad hanc Bullam.

Quintò locum habet,eſto priuilegium hoc habeant ratione loci in quo ſunt,vt pote conceſſum eſt priuilegium aliquibus monaſterijs, vt ſui fratres poſſint abſolui ab alio, quàm à Romano Pontifice,& hoc ob ea verba & eorum monaſterijs, Conuentibus & Domibus:monaſteria verò,Conuentus, & Domus pro iiſdem locis accipiuntur:ſed pro locorum conſuetudine variè nominantur; id enim monaſterium,Conuentus, & Domus ſunt.

Sextò locum habet, eſto priuilegium hoc habeant ratione cōgregationis,vel vniuerſitatis de qua ſunt,ob verba illa Ac Capitulis,Collegiis, Confraternitatibus,Congregationibus,Capitulis,cuiuſmodi eſt Collegiū canonicorum Eccleſiæ Imolenſis;Collegiis,cuiuſmodi eſt collegium Ieſuitarum; Confrater- 2
nitatibus,†cuiuſmodi eſt Societas Sanctiſſimi Corporis Chriſti,& Societas Sanctiſſimi Roſarii Beatiſſimæ Virginis,Congregationibus,cuiuſmodi eſt cōgregatio illa clericorū Sanctæ Marię de Nauicella Romæ. Si ergo vniuerſitates hę,& cōgregationes priuilegium hoc habent, vt qui de ipſis fiunt,ac ſunt,abſolui ab aliis poſſint, tamen ob hanc Bullam eis non proderit.

Septimò locū habet,eſto priuilegium hoc habeant ratione hoſpitalium, locorumve piorū, ob verba illa Hoſpitalibus,& locis piis,vt exempli gratia,q ſunt de aliquo Hoſpitali, vel alio loco pio conceſſum eſt, vt abſolui poſſint ab alio,quàm à Romano Pontifice.

Octauò locum habet,eſto laici ſint,qui priuilegium hoc habent,quacunque dignitate prę diti,

diti,etiam Imperiali, Regali,& alia, ob verba illa Necnon laicis etiam Imperiali,Regali,& alia mundana Eccellentia fulgētibus; eſto igitur Imperatores, Regeſve priuilegium hoc habeant, tamen quoad hanc Bullam eis non proderit.

Nonò habet vel priuilegium conceſſum ſit ab hoc Romano Pontifice, vel per anteceſſorē, vel ſucceſſorem, vel per decreta cuiuſuis Concilii, ob verba illa Per nos,& dictam Sedem, ac cuiuſuis Cōcilii decreta. Sedes autem dicta eſt Sedes Apoſtolica,& accipitur vel pro ſucceſſore,vel anteceſſore huius Romani Pontificis. Illud autem cuiuſuis Concilii accipiendum eſt pro Concilio generali;nam alia Concilia ſcilicet prouincialia, vel diœceſana,quoniam inferiora ſunt ipſo Romano Pontifice, priuilegia huiuſmodi concedere nequeūt,arg.c.cum inferior. de maiorit.& obedien.De Concilio generali igitur accipiēdū illud eſt, quod auctoritate Romani Pontificis congregatur,& ab eodem cōfirmatur, vt de Trident.Synod. habetur in fin. Nec repugnat illud Cuiuſuis, quaſi complectatur Cōcilium prouinciale,& diœceſanum; nam intelligitur de quocunque Concilio generali, vt potę vel ſit Concilium Lateranenſe, Meliuetanū, & huiuſmodi.

3 An igitur † per hanc Bullam derogatum eſt Trident. Syno.c. 6.de reform.ſeſſ.24.vbi conceditur Epiſcopis facultas abſoluendi in quibuſcunque caſibus occultis, & etiam ab hæreſi, vt ſcilicet Epiſcopi abſoluere poſſint ab hæreſi, & ab aliis caſibus huius Bullæ,vbi occulti ſunt?In hac quæſtione varię DD.ſententiæ ſunt,quarum prima fuit Feliciani Epiſcopi Scalenſis in ſuo Enchiridio de Excommun. ca. 18.vbi dixit poteſtatem per Cōcilium traditam ſuſpenſam eſſe, eandē ſequitur Paul.Fuſch. quo ad abſolutionē ab hæreſi in Tractatu ſuo de uiſit.& regimi. Eccl.cap.31.nu.5.lib.2.vbi & Gregorium XIII. viuæ vocis oraculo ita id declaraſſe teſtatur; & quò ad hęreſis abſolutionem dixit Nauar. ſe audiſſe Romanum Pontificem id nō permittere,in Man.cap.27.num.760.verſi.Se ptimò dico,ibi Huic. §. Probari autem poteſt horum ſententia, quoniam Bulla derogat cuiuſuis Concilio,vt vidimus, ergo & decretis Concilii Trident.ex quo enim cuiuis derogat; ergo omnibus derogat, ergo nullum excludit.arg.c. ſolitæ,in fine.de maior.& obedi.& l. Iulianus.ff. de leg.3.

Con-

Contrariam ſententiã ſequuntur nonnulli alii, quos refert, ac ſequitur Martinus Alfonſus de Viualdo in Candelabro. in p. 1. eius Tractatus de Abſolutione, & in 2. p. in explanatione Bullæ Cœnæ Domini. §. quod ſi fortè. num. 141. Probatur autem ꝑ ipſum. Primò hac ratione, quia ſic ait Pium Quintũ de hoc interrogatum reſpõdiſſe, & DD. Salmãticę ita tenere. Hęc ratio nihil facit; nam cùm facti ſit, facta non pręſumuntur, niſi probentur. arg. ca. 1. de conſtit. lib. 6. ex quo igitur per Bullam Pii Quinti id nõ apparet, dicere id non debemus; nam contrarium Gregorium XIII. reſpõdiſſe ſupra dixi. Nõ illud etiã de DD. Salmanticæ quicquã facit; quãdoquidem nec rationem, nec legem vllam ab ipſis allegatã refert, ergo nihil intereſt; erubeſcimus enim cum ſine ratione loquimur. §. conſideremus. in authent. de trient. & ſemiſſ. Secũdò dicit idem Viualdus multos Epiſcopos in Hiſpania vti facultate ipſis à Triden. Synod. tradita. Hæc ratio etiam mihi nihil quadrat; nam non hic quęritur, q̃d fiat, ſed an id iure fiat; & ob id exemplis vtendum non eſt. argu. [illegible] nemo. C. de ſentent. Tertiò ait idem Viualdus conceditur Epiſcopis, vt abſoluant hęreticum occultum, quod eſt plus, ergo & vt alios excommunicatos occultos per hanc Bullam conceſſum eſſe dicendum eſt, argum. c. cui conceditur. de regu. iur. lib. 6. Ad hoc argumentum infra reſpondebitur. Poſtremò dicebat, vbi Papa legi alicuius Concilii derogat, oportet, vt exprimat, quod hic non eſt factum per Bullam. Ad hoc reſpondetur ſatis id expreſſiſſe, ex quo cuiuſuis Cõcilii decreta tollit. argu. l. nominatim. ff. de lib. & poſthu. Poſtremò negatur id oportere, arg. c. propoſuit. de conceſſ. præbend. Tertia fuit opinio Nauar. qui dicebat hanc Bullam limitari per Trid. Synod. eod. ca. vt ſcilicet locum non habeat, vbi occulti ſunt, q̃ in excommunicationes has inciderunt, nam Triden. Synod. loquitur de occultis, Bulla vero generaliter, & hanc opinionem probat Nauar. hac ratione, quoniam lex ſpecialis non cenſetur tolli per generalem, ſiue præcedat, ſiue ſequatur, vt dixit Gloſſ. recepta. in auth. offerat. C. de li. conteſt. & facit ca. in toto iure. de regu. iur. lib. 6.

Quid igitur concludendum? Antequam quæſtionem hanc abſoluam, præmitto quęſtionẽ,

hanc

hanc de iure diſputari,& nõ q̃d hi,illive Epiſcopi ſeruēt.Poſtremò diſputari in caſu,vbi Romanus Pontifex quid ipſe velit,nõ declarauit;nam tunc ab eius declaratione diſcedendum nõ eſt; eius enim eſt legem interpræta ri,cuius eſt eam ferre.arg. l.fin. C.de leg. His præmiſſis ſequor opinionem hãc,ſ.per Bullã Cœnæ Domini ſublatam eſſe facultatē Epis abſoluendi hæreticos occultos, conceſſam alias eis à Trid.Synod.ſeſſ.24.de reform. ca. 6.quam opinionem vti veriſſimã ſequēdã,& vbi caſus occurrit,executioni mãdandã concludo. Nã à fide dignis audiui ita interpretatos eſſe Illuſtriſſimos ac Reuerendiſſimos Cardinales qui ſacrę Congregationi Concilii deputati ſunt. Ita quoq. in ſacro pœnitentierię foro reſolutum eſſe.

Ita deniq. vbique locorũ ſeruari, cũ in Romana Curia quæ aliarũ norma & magiſtra eſt,vt ſupra decretum fuerit.

Quo ad alios caſus in dicta Bulla Cęnę Domini reſeruatos idem penitus dicendum eſt, q̃d diximus de hęreſi occulta,nam hoc idem pluries cõcluſum eſt Romę in Sacra Cõgregatione Concilij,& in foro ſacræ pœnitentieriæ antedictis,& hanc veritatem docet etiam Naua. To. 1.cap.27. num.275.& tandem amplexus eſt etiam Martin. Alfonſus de Viualdo in ſuo Candelabro hoc anno 1602. recognito,& nuper Venetiis impreſſo prima par.de abſol. ſacrã.tit. 11.nu.13. quicquid igitur alii ſentiant,ab hac opinione diſcedendum non eſt.

Verum quod ſupra Epiſcoporum mentio facta eſt,& Epiſcoporũ gradus quatuor ſunt, vt ſupra declarauimus Cap. 11. num.2.cum multis ſequent.hic Epiſcoporum nomine Roma. Pont.excepto,compræhenduntur omnes alii inferiores prælati,ſcilicet Patriarchæ, Archiepiſcopi,& Epiſcopi, & multo magis his inferiores,vt colligitur ex hac Bulla.

Decimò locum habet, vt nõ abſoluantur prædicti per priuilegia quacunque ratione cõceſſa,ſcilicet aut verbis,aut litteris, aut alia quacũque ſcriptura,ob verba illa Verbo,litteris, aut alia quacunque ſcriptura.

Vndecimò locũ habet, vt nõ abſoluantur prędicti per priuilegia,vel generatim, vel ſpeciatim concedãtur. Generatim exempli gratia, ſi dicatur. Concedimus licētiam,vt poſſint abſolui ab excommunicationibus,&

cen-

Digitized by Google

cenſuris reſeruatis Romano Pō tifici, qui cōputantur in Societatē Sanctiſſimi Corporis Chriſti. Specialiter ſi concedatur eadem licentia exempli gratia abſoluendi à cenſuris Bullæ Cœnę Domini, & hoc ob verba illa, In genere, vel in ſpecie.

Poſtremò locū habet, vt non abſoluantur prędicti per priuilegia, vel ſint innouata, vel nūc recenter conceſſa, ob verba illa Conceſſorum, & innouatorum, ac concedendorum, & innouandorum. In omnibus igitur his caſibus priuilegia nō proſunt. Sed iam caſus, in quibus proſint, & ꝑ quæ priuilegia facultas hæc detur, cōtemplemur: id quod in ſequenti verſiculo præſtabimus.

Verſ. Niſi in eis etiam caſus præſentibus litteris expreſſi compræhendantur.

SVMMA.

1 *Abſoluere à cenſuris Bulla huius poteſt, qui priuilegium habet abſoluendi continens in indiuiduo caſus ipſius Bullæ.*

2 *Abſoluendi facultate data ab omnibus cenſuris etiam Romano Pōtifici reſeruatis in Bulla Cœnæ Domini, abſolutio tribui nihilo magis poterit cenſurarum, quæ in Bulla habentur.*

3 *Abſoluendi facultate data in indiuiduo in caſu aliquo Bullæ Cœnæ Domini, in alijs autem generatim, an abſolutio tribui poſſit à caſibus generatim expreſſis.*

4 *Abſolutio tribui poteſt à caſibus Bullæ Cœnæ Domini, vbi generatim abſoluendi facultas tributa eſt, modo derogatum ſit clauſulæ prohibenti abſolutionem, niſi in indiuiduo facultas tributa ſit, ex quo modo ipſi derogetur.*

HIC explicatur, quib. priuilegiis inferior Romano Pontifice facultatem abſoluēdi ab his caſib. ha-
1 beat; & ſunt ea † quibus caſus huius Bullę comprænhenduntur, id eſt vbi in conceſſione abſolutionis in indiuiduo facultas datur abſoluendi à caſibus, qui in Bulla ſunt, exempli gratia, vbi dicitur Concedimus licētiam abſoluendi ab excommunicatione, in quam quis aut ob hęreſim incurrit, aut ob armorum delationem ad Chriſtiani nominis hoſtes. Ex quo habemus alium caſum, vbi quis à Cenſuris huius Bullæ abſoluere poteſt. Et hic ergo regulam de more ponamus.

Abſoluere igitur inferior Romano Pontifice ab his cenſuris

poteſt, qui priuilegium habet abſoluendi ab his cenſuris continens caſus ipſius Bullę eo modo, quo exemplis proximè declarauimus, vt habetur in verſi. In indiuiduo; ergo expreſſi caſus hi in conceſſione eſſe debent, nam Bulla vult, vt caſus hi comprehendantur in priuilegio; at caſus huiuſmodi in indiuiduo ſunt, vt ꝑ ſe patet: ergo in indiuiduo exprimi debent. Quare ſi facultas ſimpliciter abſoluendi ab omnibus cenſuris concedatur, de reſeruatis in Bulla non intelligetur conceſſa; nam in hac cōceſſione cas⁹ Bullę in indiuiduo non continētur, vt per ſe patet, & facit c. pen. §. fin. de pœnit. li. 6. Hac igitur facultate abſolue re poterit à Cenſuris omnibus, ſed non reſeruatis Romano Pontifici.

2 Si itidem† facultas concedatur abſoluendi ab omnibus cenſuris etiam Romano Pontifici reſeruatis, neq; hic à cenſuris Bullæ quis abſoluetur; tum quod caſus Bullæ nō continentur in hac conceſſione in indiuiduo, quod requiritur, vt habetur in verſic. propoſito; tum quod vbi ſpeciatim exprimi quid debet, non ſat eſt generalis, & quæcunque expreſſio, vt dixit Gloſſ. in c. inquiſitores in verb. expreſſe. de hæret. lib. 6. quam ſequitur ibi Gemin. & Philipp. Franc. idem inquiunt cit. auctores in c. periculoſum. de ſent. excom. eod. lib.

Non demum, ſi cōcedatur facultas abſoluendi à cenſuris, ſeu reſeruatis in Bulla Cœnę Domini; nam non in indiuiduo, ſed generatim, & vniuerſe expreſſi ſunt.

3 Verum, quid† ſi caſus vnus exprimatur in indiuiduo, reliq vero generatim, & vniuerſe, vt exempli gratia concedimus licentiam abſoluendi ab excommunicatione, in quam qs incidit, ob violatam Eccleſiaſticam libertatem, exigendo vectigalia à ꝑſonis Eccleſiaſticis, & à reliquis etiam excommunicationibus, q̄ ſunt in Bulla Cœnę Domini. Ego cenſeo neque in hoc caſu à cenſuris generatim expreſſis abſolui quem poſſe; nam ſicut vbi nullus caſus expreſſus eſt, abſolui nequit, ita & vbi aliquis tantum, à reliquis, qui non ſunt expreſſi, abſolui non valebit; valet enim argumentū de toto ad partem. arg. l. quæ de tota. ff. de rei vind. Nec repugnat ca. qui ad agendum. §. fin. de procurat. libr. 6. vbi expreſſo vno caſu ex iis, q ſpeciale mandatum requirunt, omnes alii conceſſi intelliguntur; nam pro forma hic datum eſt, vt caſus expſſi in indiuiduo ſint, vbi verò ſecus; niſi ergo in con

Digitized by Google

conceſſione caſus Bullę exprimantur, abſolui ab ipſis quis nō poterit, vel niſi concedatur abſolutio à grauiore, vt ſupra diximus de abſolutione ab hæreſi.

4 Excipitur tamē † vbi illi clauſulę Romanus Pontifex derogaret, quod duobus modis fieri poteſt. Primò, vbi vel directè in cōceſſione ſe velle caſus prędictos pro expreſſe contentis, & expſſis, ac ſi ad verbū inſerti eſſent. Vel vbi diceret, Non obſtantib. quibuſcunque, etiam ſi eſſent talia, quorum mentio facienda eſſet de verbo ad verbum, quorū tenores volumus haberi pro expreſſis; nam per hanc clauſulam tollitur neceſſitas illa tenorem cōtrariorum inſerendi, vt id pluribus probauit Nauar. in cap. ſi quando, excep. 1. nume. 1. de reſcript. & Viu. in ſua Sylu. opinio. 95. & Coua. in Rubr. de teſtam. p. 2. num. 20. quod ſeruauit auctor huius Bullæ in Bulla Iubilei publicata anno 1594. tertio Non. Decembris Pont. ſui anno tertio; nam dans licentiam abſoluendi ab omnibus cenſuris, etiā in litteris Cœnæ Domini contentis ſic inquit: Quarum tenores præſentibus haberi volum⁹ pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac ſi ad verbum infererentur. Et ex hoc habemus aliū caſum, in quo qs abſoluere poteſt, vbi ſcilicet ei clauſulæ modis prædictis derogatum eſt.

Secūdo derogatur huic clauſulæ, idque omnino, vbi illā tolleret, vel auctor huius Bullę, vel eius ſucceſſor; id enim poteſt, ex quo anteceſſor ſucceſſori legē dicere non poteſt, à qua diſcedere non liceat, c. innotuit. de elec. Sed de hoc capite ſatis, ad aliud veniamus.

De pœnis abſoluentium excommunicatos per hanc Bullam ſine licentia. Cap. III.

Quod ſi fortè aliqui cōtra tenorem præſentium talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui abſolutionis beneficium impendere de facto præſumpſerint, eos excommunicationis ſentētia innodamus, grauius cōtra eos ſpiritualiter, & temporaliter, prout expedire nouerimus proceſſuri.

SVMMA.

1 *Abſoluens ſine licentia excõmunicatos per hanc Bullam in ex-*

communicationem incidit: quæ excommunicatio, quouſq. pateat, declaratur.

2 *Abſoluens vna abſolutione plures ſine licentia in plures excommunicationes incidit.*

3 *Abſoluens ſine licentia excommunicatos per hanc Bullam in quibus caſibus in excommunicationem non incidat.*

4 *Abſolutio excommunicationis eius, in quam incidit abſoluens excommunicatos per hanc Bullam ſine licentia, an Romano Pontifici reſeruata ſit.*

IN hoc Capite de eorum pœnis agitur, q̃ irretitos cenſuris p̃ hanc Bullam ſine licẽtia, & de facto abſoluunt; & quoniam pœna duplex eſt, alia excommunicationis, alia arbitraria; ob eam rem duas regulas, quarum vna de excommunicatione erit, altera de ſecunda, ponamus.

1 Abſoluens igitur † ſine licentia, & vbi quis facultatem abſoluendi non habet excommunicatos, & his cenſuris irretitos p̃ hanc Bullam, in excommunicationẽ ipſo iure incidit, vt habetur in Capite propoſito.

Quę excommunicatio afficit, quicunque ſit, qui abſoluere conatur, cum ob dictionem illam Alicui, quæ neminem præſcribit; tum quòd (exceptis caſibus prędictis in antecedẽti Capite) præter Romanum Pontificẽ nemo alius abſoluere poteſt, vel igitur clericus ſecularis, vel regularis ſit, & quacunque dignitate, ordineve inſignitus in excõmunicationem hanc incidit. Quare & ſi Epiſcopi alias priuilegium habent, ne in ſuſpenſionem incidant, niſi eorum mẽtio expreſſa fiat, vt habetur in capi. quia periculoſum. de ſent. excõ. libr. 6. tamen quod priuilegium illud huc non pertinet, ob eã rẽ pœnam hanc ſine licentia hos abſoluentes non euadent.

Secundò afficit excommunicatio hæc, vel vnum, vel plures quis abſoluat, ob verba illa Anathemate laqueatis, vel eorum alicui.

2 At quid † ſi eadem abſolutione plures abſoluat, an in vnam, pluresve excõmunicationes incidet? Ego cenſeo in plures excommunicationes eum incidere, in tot ſcilicet, quot ſunt, q̃ abſoluuntur, vt diximus in Tractatu noſtro de Cenſuris de percutiente plures clericos vna percuſſione.

Tertiò excommunicatio hęc afficit, quicunque ſit, qui abſoluatur; tum quòd Bulla nõ diſtinguit, ergo nec nos diſtinguere debemus.

debemus.arg.le.de prætio.ff.de publ.in rem act. tum quod quacunque ratione quis priuilegiũ habeat, abſolui non poteſt præterquam à Romano Pontifice, vt vidimus in antecedenti Capite, niſi contineat caſus Bullæ in indiuiduo, vel niſi ei clauſulæ omnino derogatum ſit.

Quartò abſolutio nulla eſt; nam ad eam tribuendã poteſtas requiritur neceſſario, ergo nulla eſt, tributa ab eo, qui poteſtatem non habet, atque ſic dixit Armil.in verb.Excom.87. & eſt communis, vt ait Viuald.in Cãdelab.in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini.§.quod ſi forte. nu. 139. & habetur in decreto Clementis Octaui ſupra poſito. In omnibus igitur his caſibus in excõmunicationem quis incidit.

Poſtremò aliis pœnis afficitur relatis, & iniuſtis eod. Decreto Clementis Octaui; Sed iam caſus ponamus, in quibus quis excommunicationem, & alias pœnas euadit.

3 Primum igitur† in excommunicationem hanc non incidit abſoluendo, qui inſcitia, & ignorãtia, non tamen craſſa, obliuione incogitantiave abſoluit, vt poteſt, ſacerdos non litteratus, & homo ſimplex, qui ſe abſoluere poſſe exiſtimat; vel pœnitens in q t ſe habere priuilegia aliqua, quæ tamen non habent clauſulam prædictam, nec eius reuocationem; hic ergo in excommunicationem non incidet, nam non ex præſumptione id facit, quod requirit Bulla. ob verbum illud Prǽſumpſerint, ſed ex ignorãtia; ex quo igitur verba ei non conueniunt, ergo nec diſpoſitio. argu.l.4.§.toties.ff.de dam. infec. Nec repugnat ſi dicatur probabilem ignorantiam hunc nõ habere, quoniam quiſque ſcire debet, quæ ad ſuum officium pertinent. arg.§.Imperitia, in Inſti. de leg.aqui.cum cit.ibi à Gloſſ. & quiſq; parochus penes ſe Bullam hanc habere debet, vt infra videbimus; nam et ſi in hoc peccat, non tamen ex præſumptione, quæ ad hanc excommunicationem ſubeundam requiritur; etenim aliàs, etſi religioſi abſoluentes à cenſuris, & adminiſtrãtes ſacramenta quædam ſine licentia contra Clem. 1. de priuileg. in excommunicationẽ eius Clemẽ. 1. incidunt, vbi ex p̃ſumptione id faciunt: religioſus tamen vir, qui ex ignorantia id facit, excommunicationem eã nõ incurrit, vt dixit Zabar.ibid. qu. 22.nu.39.& Caietan. in Sum.in verb.Excommunicatio.cap.64. ibi not.1.& Armill.in verb.Excommunicatio.49. nam in hoc præſumptio non eſt, quæ ſignificat

cat dolum,& cõtemptum; ergo
idem & hic, atque ſic dixit Na-
uar.in Man.cap.27.num.73.ver
ſic.Declaratio prima,& in c.ac-
cepta,opp.8.num.32.de reſtitu.
ſpol.& in conſ.19. de reb.eccle.
non alienan.nu.3.libr.3.& Mar-
tin.Alfonſ.de Viuald. in Cande
labro,in Explanatione Bullę. §.
quod ſi forte.nu.138.

Secũdò in excommunicatio-
nem hanc non incidit, qui ꝓba-
bili metu,vel vi abſoluit, exem-
pli gratia excommunicatus mi-
natur mortem ſuo Parocho ni-
ſi eum abſoluat; nam & hic ceſ-
ſat præſumptio,quæ requiritur,
vt quis in pœnam incidat, & fa-
cit c.vnic.de iis,quæ vi metuſve
cauſ.fiunt.lib.6.

Tertiò in excommunicationẽ
hanc non incidit,qui ſolũ à pec-
cato abſoluit,quamobrem in ex
communicationem Bullę inci-
dit;nam ſolum excommunica-
tur abſoluens à cenſuris,ergo ſe
cus ſi à peccatis; incluſio enim
vnius alterius excluſio eſt.argu.
c.non ne.de præſumpt. & l. cum
prætor.ff.de iudic.& ex diuerſis 4
non fit illatio.arg.l. Papinianus
exuli.ff.de min.atque ſic dixit in
ſimil.Zab.in cit.Clem.1. in prin
cipio. nu.21.q.37.

Quartò in excommunicatio-
nem non incidit,vbi ioco abſol-
uit;nam hic abſoluere non intẽ-
dit,& ob id nec abſoluere pręſu
mit,quod requiritur,vt antea vi
dimus,quò in excommunicatio
nem quis incidat.

Poſtremò in excommunica-
tionẽ hãc nõ incidit laicus,qui
abſoluere pręſumit, tum qđ ma
teria hæc ei non conuenit,& ob
id Romanũ Pont.de ipſo ſenſiſſe
exiſtimandum non eſt.arg.l.ſi v
no.ff.locat. tum quòd laicus nõ
dicitur abſolutionem præſtare,
ſed abuti, atq. ſic in ſimili dixit
idem Zab.in ead.Clem.1.nume.
1.q.5.verſi.Ex hoc infertur, vbi
aliter laicos puniendos eſſe ait.
Quare nec mulieres etiam mo-
niales,nec etiam religioſus con
uerſus,vbi ordinem non habet,
in excommunicationem incidit
vt dixit Zab.in ead.q.ergo idem
& hic. Ego tamen excipio,vbi
laicus abſoluẽdi facultatem ab
aliis cenſuris à Romano Pontif.
haberet,& ea auctoritate fretus
abſoluere conaretur; nam hic p̃
ſumptio notatur. In his igitur
ca ſibus quis pœnam hanc eua-
dit.

Atqui † an abſolutio excõmu
nicationis eius Romano Pon.re
ſeruata eſt?Nauar.in Man.capit.
27.num.73.verſi.Secunda.reſer
uatam non eſſe ait,& hoc ob eã
rationem, quoniam Romanus
Pont.eam ſibi non reſeruat;er-
go ordinariis conceſſa eſſe cẽſe

tur

Digitized by Google

tur.arg.c.nuper.de ſent. excom.

Contrariam ſententiam tamen tenet Caietan.in Summ.in verb.excommunicatio. cap.77. & Armil.in verb. excommunicatio.87.& Syl.in verb. abſolutio. 1.nu. 10.in fine; hanc tenet etiã Martinus Alfonſ. de Viuald.in Candelabro,in.2.p.in explanatione Bullę.§.quod ſi fortè. nu. 140.& Rebuff.in Prax.benefi.in expoſiti.Bullæ Cœnę Domini. art.13.verſ.Illos autem. ibi Prima eſt,hãc ego quoque ſequor. Probatur autem horum ſententia hac ratione,quoniam in fine huius clauſulę dicitur, Grauius contra hos ſpiritualiter, & tẽporaliter,vt expedire nouerit,ſe ꝓceſſurum; at noſcere non poteſt quid expediat,niſi ipſe abſoluat, & in excommunicationem eos incidiſſe ſciat. Poſtremò,quoniam ſibi aliam pœnam .ſ. arbitrariã reſeruat, ergo & abſolutionem huius excommunicationis;vna enim pars legis aliã declarat iuribus vulgaribus, ex q. bus apparet tacitò abſolutionẽ hanc ſibi reſeruare,quod idẽ eſt etſi expreſſe;par enim virtus taciti,& expreſſi eſt.arg.l.cũ quid. ff.ſi cert.peta. Addo ego nullam dubitationẽ hoc habere,ob Decretum qđ ſupra poſuimus Clementis Octaui: ſed de hac regula ſatis;ad aliam veniamus; ſi illud prius addiderimus hic caſũ haberi,in quo quis de facto abſoluens in excommunicationẽ incidit, cuiuſmodi etiam habetur caſus in Clem. 1. de priuile.

Abſoluens ab hac excommunicatione arbitraria pœna etiã punitur,vel temporali, vel ſpirituali,vt dicitur in fine huius Capitis. Quæ pœna declaratur eiſdem modis,quibus excommunicatio prædicta,& Rom. Pontifici reſeruata eſt: ſed iam ad aliud Caput veniamus.

De abſolutione tributa ab excõmunicationibus huius Bullæ, quibus excommunicatis nõ proſit, & quo modo iuribus Sedis Apoſtolicæ, ac Sanctæ Rom Eccleſiæ non obſit. Cap. IV.

Declarantes, ac proteſtãtes quamcunque abſolutionẽ, etiam ſolemniter per nos faciendam,prædictos excõmunicatos ſub pręſentibus comprehenſos,niſi prius à præmiſſis cum vero propoſito vlterius ſimilia non cõmittendi deſtiterint;ac quo ad eos,qui contra libertatẽ Eccleſiaſticam, vt præmittitur,

titur, ſtatuta fecerint, niſi prius ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, & decreta huiuſmodi publicè reuocauerint, & ex archiuijs, ſeu capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri, & caſſari, ac nos de reuocatione huiuſmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter ſuffragari. Quin etiam per huiuſmodi abſolutionem, aut quoſcũque alios actus contrarios, tacitos, vel expreſſos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam noſtrã vel ſucceſſorum noſtrorũ, quantocunque tempore cõtinuatam in præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac quibuſcunque iuribus Sedis Apoſtolicæ, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ vndecunque, & quandocunque quęſitis, vel quærendis nullatenus præiudicari poſſe, aut debere.

SVMMA.

1 *Abſolutio excommunicationis ſolemniter, & non ſolemniter tribui poteſt.*
Speciatim, & Generatim.
Purè, aut ſub conditione.
Aliquando ad aliquem actum tantum.

2 *Abſolutio tributa à Rom. Pontifice à cenſuris per Bullam latis non eos iuuat, qui à delictis non deſiſtunt, quamobrem excommunicati ſunt: quæ regula ẽt declaratur.*

3 *Abſolutio, quæ tribuitur ad aliquẽ actum gerendum, an proſit excõmunicatis per hanc Bullam.*

4 *Abſolutio tributa à Rom. Pontifice excommunicatis per hanc Bullam quando proſit ijs, qui contra Eccleſiaſticam libertatem ſtatuta fecerunt.*

CAPVT hoc in duas partes diuiditur, quarũ ſecũda incipit ibi. Quin etiam. In prima parte declarat, & proteſtatur Ro. Põtifex ſe nolle abſolutionem vllã à ſe faciẽdam excommunicatis per hanc Bullam prodeſſe, niſi duo ſeruẽt quorum primum generale, & ad excommunicatos omnes per hanc Bullã pertinet; alterum ad quoſdam tãtum, iuxta quæ duas regulas ponemus.

Verum,

verũ, quo dilucidiora hæc fiant, non nulla de abſolutione præmittenda ſunt.

1 Præmitto igitur primum† abſolutionem excommunicationis duobus modis tribui, ſolemniter, & non ſolemniter. Solemniter ſecundum formam c. à nobis. 2. de ſenten. excom. quæ habetur in tractatu noſtro de cenſuris Tab. 2. cap. 31. quam & ſupra poſuimus. Non ſolemniter, vbi neceſſaria forma tantum adhibetur, ſcilicet, Abſoluo te, nihil aliud faciendo.

Secundò prę mitto abſolutionẽ excommunicationis aliquando ſpeciatim, aliquando generatim tribui. Speciatim, vbi ſingularis perſona, ac certa abſoluitur, vt pote Titius, vel Seius. Generatim, vbi plures certi, vel incerti abſoluuntur, cuiuſmodi fuit abſolutio illa tributa anno 1593. Pontificatus Clementis VIII. iis, qui in excommunicationem inciderant, aut ob extractionem frumenti, aut ob delationem armorum prohibitorũ, aut ob receptionem exulum, q̃ Bulla incipit: Inter cæteras curas; nam permiſſit ibi, vt ſacerdotes, & Eccleſię Antiſtites generatim hos abſoluerent.

Tertiò præmitto abſolutionem hanc tribui, aut purè, aut ſub conditione, quæ dicitur abſolutio ad cautelam, quę datur infirmis, vbi quis dubitat excommunicatus nec ne ſit, de qua egi abundè in Tractatu meo decen ſuris. cap. 22. §. 1. Tab. 1.

Quartò præmitto abſolutionẽ excommunicationis aliquãdo ad actum aliquem tãtum gerendum tribui, vt pote ad teſtimonium ferendum, de qua habetur in c. veniens. 2. de teſt. Itẽ, vt collatio beneficii valeat, de qua egit Rebuff. in Prax. benef. in verſi. Teque ab ſoluẽtes, de clar. n. ou. prouiſ. & in repe. cap. poſtulaſti. not. 2. nu. 109. cum multis ſeq. de cler. excom. min. & Felin. in c. apoſtolicę. in fine, de except. & Quint. Mandoſ. in tractat. de ſignat. grat. in ca. abſolutio ab excommunicatione, & Boer. deci. 190. num. 3. His ſic præmiſſis, iam regulam primam ponamus.

2 Abſolutio igitur † tributa à Rom. Pontifice non iuuat, nec comprehendit eos, qui à delictis, quamobrem excommunicati ſunt, non deſiſtunt, cum vero propoſito vlterius ſimilia non committendi, vt habetur in initio huius Capit. Quare ſi hæretico abſolutio tribuatur, qui hæreſim non deſerit, vel propoſitum habet iterum ad hæreſim reuertendi; huic abſolutio non prodeſt, & abſolutus non eſt,

ſicut nec etiam qui non deſinit arma ferre ad chriſtiani nominis hoſtes, vel animũ habet iterum ea deferendi.

Hæc autem regula locum habet, vel ſolemniter, vel non ſolẽniter abſolutus ſit, ob verba illa Quamcunque abſolutionem; nã ex quo proteſtatur, & declarat quamcunque abſolutionem his non prodeſſe, ergo nec ſolẽnis proderit; dictio enim illa Quamcunque omnem abſolutionem, atque idcirco & ſolemnem comprehendit. arg. c. ſolitæ. de maior. & obedien.

Item locum habet, vel ſpeciatim, vel generatim abſolutio tributa ſit, ob rationem proximè allatam; Quare abſolutio tributa beneficio Bullæ Clementis VI II. i caſibus prædictis hiſce nihil profuit.

Tertiò locum habet, & ſic nõ prodeſt abſolutio, vel pure, vel ad cautelam tributa ſit, ob eandem quoque rationem.

3 At quid de abſolutione, † quę ad actum aliquem tantum gerẽdum tribuitur, quo abſoluto ipſo iure in excommunicationem iterum incidit, an excommunicatis per hanc Bullam proderit?

Quo ad teſtimonium ferendum, vbi aliunde teſtimonium haberi non poteſt, abſolutio proderit, modò abſolutus habilis ad teſtimonium ferendum remaneat, vt probauimus in tractatu noſtro de cenſuris, vbi rem hãc egimus cap. 4. num. 18. Tab. 1. Quare excommunicato propter hęreſim abſolutio hæc nõ proderit, quoniam nec abſolutus teſtimonium ferre poteſt, atque ſic DD. tradunt in ci. c. veniens, de teſtib.

Quòad abſolutionem verò, vt actus valeat, quæ hac forma tribui ſolet, Teque à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, & cæt. vt refert Rebuff. in ſua Prax. benefi. in forma nou. prouiſ. ipſam prodeſſe cõcludo; nam propriè abſolutio hæc non eſt. Excipitur tamen vbi hæretico tribuit; nam illa clauſula & abſolutio, non prodeſt hæreticis, vt dixit Rebuff. in repet. c. poſtulaſtis. in 2. not. num. 101. de cler. excom. min. & in Praxi, in declaratione nou. prouiſ. num. 9. verſic. Vnde hæc abſolutio, & Quin. Mandoſ. in tract. de ſignat. grat. in titu lo

lo de abſolutione ab excommunicatione propè finem. Itē non prodeſt iis, qui litteras Ro. Pontificis falſaſſent. Item nec impedientibus Nūcios Apoſtolicos, vt cita. auctores eiſdem in locis inquiunt, Rebuff. in eod. not nu. 113. & in Praxi ibid. num. 11. & Mandoſ. eod. in loco propè finē. Non prodeſt etiam ei, qui vltra annum contumax in excommunicatione perſeuerauit, vt aſſerunt cit. auctores Rebuff. in eo. not. nu. 113. & in Prax. nu. 10. & Mandoſ. ibid. Poſtremò non ꝓdeſt etiam aliis quibuſdam, vt ſtatuit Iulius Tertius, cuius conſtitutionem refert Rebuff. in Prax. eod. in loco. num. 12. cuius conſtitutionem hic ponendam cenſuimus. 4

Statuit, & ordinauit Pōtifex hic huiuſmodi abſolutionē non ſuffragari non parentibus rei iudicatę, incendiariis, violatorib. Eccleſiarum, falſificatoribus, & falſificari procurantibus litteras, & ſupplicationes Apoſtolicas, & illis vtentibus, receptatoribus, & fautoribus eorum, ac res veritas ad infideles deferentibus, violatoribus Eccleſiaſticæ libertatis, via facti, auſu temerario, Apoſtolicis mandatis non obtēperantibus, & nūcios, vel executores Apoſtolicæ Sedis, & eius officialium, eis commiſſa exequentes impedientib. Qui propter pręmiſſa, vel aliqđ eorum excommunicati à iure, vel ab homine per quatuor mēſes ſciēter excommunicationis ſententiam huiuſmodi ſuſtinuerint; & generaliter quibuſcumque aliis, qui cēſuris aliquibus, etiam aliis, quam vt pręferatur, quomodolibet ligati in illis per annum cōtinuum inſorduerint. Hęc ibi, his ergo abſolutio hæc non proderit: ſed de hac regula ſatis, ad alteram veniamus.

Nō prodeſt etiam † abſolutio à Rom. Pontifice tributa excommunicatis per hanc Bullam, ꝓpterea quod ſtatuta cōtra libertatem Eccleſiaſticam fecerint, niſi præter duo prædicta in prima regula tria hæc fecerint. Primum reuocauerint ſtatuta hęc, & decreta quęcunque publicè. Publice autem intelligo per ꝓclama, ſcilicet per pręconem ſignificando populo ſtatuta talia ſublata eſſe, vel publicè, ſcilicet in conſilio, dum ſenatus habetur. Item amouerint ex archiuio aliove loco, vbi ſunt, & deleuerint. Poſtremò de his Romanū Pontificem certiorem fecerint, tunc enim & non aliàs abſolutio hęc ipſis proderit, vt habetur in verſi. Ac quo ad eos; qui contra libertatem: ſed de hac parte huius capitis ſatis, ad poſtre-

ſtremam veniamus.

Verſ. Quin etiam per huiuſmodi abſolutionem, aut quoſcunque alios actus cõtrarios tacitos, vel expreſſos, ac etiam per patientiã, & tollerantiam noſtrã, vel ſucceſſorũ noſtrorum quãtocunque tempore continuatam in præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac quibuſcunque iuribus Sedis Apoſtolicæ, ac Sanctæ Romanæ Eccleſię vndecũque, & quandocunque quæſitis, vel quærendis nullatenus præiudicari poſſe, aut debere.

SVMMA.

1 Tolerantia, & patientia Rom. Pontificis erga eos, qui contra contenta in hac Bulla venerint, nec non abſolutio tributa, iuribus Apoſtolicæ Sedis, ac Sanctæ Rom. Eccleſiæ nullum præiudicium faciunt.

1 IN hac poſtrema parte huius capitis proteſtatur, ac declarat ſe nolle per abſolutionẽ huiuſmodi, per aliamve rationẽ iuribus Sedis Apoſtolicæ, ac ſanctæ Romanę Eccleſiæ tam quæſitis, quàm quærendis prędiudicium fieri. Si ergo Rom. Pontifex abſoluerit excõmunicatos per hanc Bullam, non idcirco tamen propoſitum habet præiudicium facere iuribus iam dictis. Quare qui occupauit bona Sedis Apoſtolicæ, ac Romanæ Eccleſiæ, quamobrem excommunicatur per hanc Bullam, vt vidimus, eſto abſoluatur, non tamen præiudicium facit Apoſtolicę Sedi, quin ſuum habeat; idque merito; nam qui excommunicatus eſt alicuius gratia, ad eius intereſſe tenetur. argu. c. cũ deſideres. § fin. de ſent. excom. Si quoque nõ per abſolutionẽ, ſed per alios actus contrarios, quibus videtur præiudicium fieri Sedi Apoſtolicę, aliquid fiat, tantundem. Si demum patiatur, ac toleret Roma. Pontifex aliquid, non intendit tamen præiudicium fieri dictæ ſedi. Quare principes, qui retinent loca Eccleſiæ, & non reſtituunt, eſto Roma. Pontifex toleret, & id patiatur, fortaſſe ne bellum moueat, non idcirco tamen præiudiciũ Sedi Apoſtolicę facit, nec ob id diſpenſare cum dicta bona occupantibus cenſetur, eſto alias patientia, & tolerantia diſpẽſationem aliquando operetur, vt tradidit

didit pluribus id Felin. in c. treugas, de treug. & pac. Imo nec abſolutio tributa talia occupantibus ꝓderit; nam vt vidimus in prima parte huius Capitis, abſolutio iis non prodeſt, qui à delicto non deſiſtunt, quamobrem in excommunicationem Bullæ inciderunt: ſed de hoc capite ſatis, ad aliud veniamus.

De derogatione eorum, quæ impediunt, quò minus quis in excōmunicationes huius Bullæ incidat; & ſuum effectum cōſequatur. Cap. V.

Non obſtātibus priuilegijs, indulgentijs, & litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus ſupradictis, vel eorum alicui, ſeu aliquibus alijs cuiuſcunque ordinis, ſtatus, vel conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, etiamſi, vt pręmittitur, Pontificali, Imperiali, Regali, ſeu quauis Eccleſiaſtica, & mundana præfulgeant dignitate: Vel eorum Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, ſeu locis à prædicta ſede, ex quauis cauſa etiā per viam contractus, aut remunerationis, & ſub quauis alia forma, & tenore, ac cum quibuſuis clauſulis, etiā derogatoriarum derogatorijs conceſſis, etiam continentibus, quod excommunicari, anathematizari, vel interdici non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi, ac de ordinibus, locis, nominibus proprijs cognominibus, & dignitatibus eorum mentionem, nec non conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac præſcriptionib. quātumcunque longiſſimis, & alijs quibuſlibet obſeruantijs, ſcriptis, vel nō ſcriptis; per quę contra hos noſtros proceſſus, ac ſentētias, quò minus includantur, in eis ſe iuuare valeant, vel tueri. Quæ omnia quò ad hoc eorum omnium tenores, ac ſi ad verbū, nihil penitus om-

miſſo

Digitized by Google

miſſo infererentur præſentibus pro expreſsis habentes penitus tollimus, & omnino reuocamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque.

SVMMA.

1 *Priuilegia quæcunque*
2 *Conſuetudines et immemorabiles*
3 *Præſcriptiones quæcunque*
4 *Obſeruantiæ quæcunque*

} *non proſunt, quò minus offendentes hanc Bullam in eius pœnas incidãt.*

IN hoc capite tolluntur, & reuocantur priuilegia, cõſuetudines, præſcriptiones, & vniuerſa alia, quibus impeditur, quo minus hanc Bullã offendentes eius pœnis comprehendantur; quam rem vt dilucidiorem habeamus, regulam more noſtro ponamus. In has cẽſuras, & pœnas igitur per hanc Bullam latas, eam offendentes, quicunque ſint, & quodcunque priuilegium habent, incidunt.

1 Nam primò † regula hæc locum habet, vbi priuilegium indulgentię, & litteræ Apoſtolicæ generales, ſpecialeſve, quib. contra hanc Bullam ſe tueri poſſunt, ipſis conceſſa ſunt, ne hac Bulla comprehendantur; tunc enim, cuiuſcunque ordinis, ſtatus, & qualitatis ſint, & ob id vel clerici, vel laici, ſvel in dignitate conſtituti Eccleſiaſtica, nõ Eccleſiaſticave, & Cardinales, Patriarchę, Archiepiſcopi, Epiſcopi, aliique inferiores Eccleſiæ Antiſtites, necnon Imperatores, Reges, aliique Principes viri Bullam hanc offendẽtes eius pœnis obligabuntur.

Item, vbi priuilegia hæc conceſſa ſunt eorum Regnis, Prouinciis, ciuitatibus, locisve aliis, id eſt ratione ſuorum locorũ priuilegia hæc habent.

Tertiò, ex quacunque cauſa conceſſa ſint, etiam ſi per contractum, aut remunerationis cã, ob verba illa Ex quauis cauſa, etiam per viam contractus, aut remunerationis: quibus caſibus non facilè priuilegia reuocantur, ſicut ea, quæ per gratiam cõceduntur, vt ſenſit Bald. in l. qui ſe patris. num. 12. C. vnde liberi, & Iaſo. in l. non amplius. §. ſi certum. num. 14. ff. de leg. 1. Quartò quacunque forma, ac tenore priuilegia conceſſa ſint, ob verba

bá illa Sub quauis forma; eſto igitur motu proprio, qui multũ operatur, conceſſa ſint, hic tamen nihil proderunt; ſicut nec etiam quibuſcũque generalib. verbis cõcepta. Quintò, quibuſcunque clauſulis priuilegia munita ſint, etiam ſi eſſent clauſulæ derogantes iis, quę ipſis priuilegiis derogarent, vt exempli gratia ſi cõceſſum eſſet priuilegiũ, ne quis Bullis huiuſmodi cõprehenderetur, & in eo eſſet inſerta clauſula, quę derogaret omnibus aliis, quæ derogarent illi priuilegio, ob verba illa Ac cũ quibuſuis clauſulis etiam derogatoriorum derogatoriis conceſſis. Sextò, quamuis dicta priuilegia contineant, quod ex communicari, anathematizari, vel interdici non poſſint per litteras Apoſtolicas, niſi faciant plenam, & expreſſam mentionẽ, ac de verbo ad verbum huius priuilegii, nec non ordinum, locorum, nominum propriorum, cognominum, & dignitatum, ob verba illa Etiam continentibus, quod excommunicari & cæter. idque merito, tum quòd nemo poteſt eam ſibi legem dicere, à qua diſcedere nõ liceat, tum quod Roma. Pontifex non poteſt eximere quem à ſua poteſtate, quò minus illũ cenſuris afficere poſſit; eſſet enim hic acephalus.

2 Secundò loco † regula hæc locum habet, vt ſcilicet hac Bulla comprehendantur eam offendẽtes, eſto iam conſuetudines etiã immemorabiles ſint, vt ſcilicet cenſuris irretiri huiuſmodi non poſſint, ob verba illa Nec non cõſuetudinibus etiam immemorabilibus; nam cõſuetudines huiuſmodi, quarum memoria non extat, vim pacti, priuilegii, ac tituli habent, vt dixit Gloſſ. in ca. ſuper quibuſdam. §. prętere a. in verſic. non extat memoria, & ibi Abba. num. 8. de verb. ſig. & Iaſ. in l. quo minus. numer. 96. ff. de flum.

3 Tertiò † regula hæc locum habet; vt Bulla hęc comprehendat offendentes quoſcunque, etiam ſi ſe præſcripſiſſe áſſererent longiſſimis pręſcriptionibus, ne litteris huiuſmodi comprehenderentur, ob verba illa Ac pręſcriptionibus quantumcunque longiſſimis: hæ autem ſunt, quarum initii memoria in contrariũ nõ extat, & multum operantur, vt ſenſit Felin. in Rubr. de pręſcrip. nu, 8. verſ. Fallit tertiò, & in ca. cum officii, eod.

4 Poſtremò † regula hęc locum habet, vt Bullam hanc offendentes per ipſam coerceantur, eſto aſſerant obſeruantias eſſe ſcriptas, vel non ſcriptas, quibus nitũtur probare ſe his litteris nõ cõprehendi

prehendi, ob verba illa, Et aliis quibuſlibet obſeruātiis ſcriptis, vel non ſcriptis. Nulla ratione igitur ſe tueri quis poteſt, quò minus hanc Bullam offendēs ipſius pœnis non coerceatur.

Et ex his habemus amplificationes ad prędicta omnia, vt ſcilicet Bullam offendentes in cēſuras ipſius incidant. Primū priuilegium quodcunque quis habeant. Item quæcunque conſuetudo extet. Tertiò quamuis præſcriptio lōgiſſima interceſſerit. Poſtremò, eſto eſſent alię obſeruantiæ; his enim non obſtantib. tamen offendentes in pœnas Bullæ incidunt. Excipio tamen, vbi Rom. Pontifex huic clauſulę derogaret; id enim poteſt. argu. c. propoſuit. de conceſſ. præbend. Sed de hoc capite ſatis, ad aliud veniamus.

De modis, quibus ad notitiam omnium Bulla hæc veniat. Cap. VI.

Vt verò præſentes noſtri proceſſus ad publicam omniū notitiam facilius deducantur, chartas, ſeu mēbranas proceſſus ipſos continētes valuis Eccleſię Sancti Ioannis Lateranenſ. & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe appendi faciemus, vt ijs, quos ꝓceſſus huiuſmodi concernunt, quod ad ipſos non peruenerint, aut ꝙ ipſos ignorauerint, nullam poſſint excuſationem prætendere, aut ignorantiam allegare; cum non ſit veriſimile id remanere incognitum, quod tam patēter omnibus publicatur. Inſuper, vt proceſſus ipſi, & præſentes litterę, ac omnia, & ſingula in eis contenta eo fiāt notiora, quò in pleriſque ciuitatibus, & locis fuerint publicata vniuerſis, & ſingulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum ordinarijs, & pręlatis vbilibet conſtitutis, per hæc ſcripta committimus, & in virtute Sanctę obedientiæ directè præcipiendo mādamus, & per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, poſtquā eas receperint, ſeu earum habuerint notitiam, ſemel in

anno,

anno, aut ſi expedire viderint, etiam pluries in Eccleſijs ſuis, dum in eis maior populi multitudo ad diuina conuenerit, ſolemniter publicent, & ad Chriſti fidelium mentes reducant, nuncient, & declarent.

S V M M A.

1 *Lateranenſis Eccleſia omnium Eccleſiarum totius orbis princeps eſt.*
Eius clerici alijs præcedunt.
A Conſtantino Imperatore Saluatori fuit dicata.
Cur ſic nominata.

2 *Baſilica Principis Apoſtolorũ de Vrbe eſt Eccleſia Sancti Petri in Vaticano Monte.*

3 *Bulla hæc cur in valuis prædictarum Eccleſiarum affixa fuerit.*

CApput hoc in duas partes diuiditur, ſecunda pars incipit ibi, vt proceſſus. In prima parte, quo Bulla hæc, & in ipſa contenta ad omnium aures, & notitiã perueniant, vt in duabus principibus Eccleſiis vrbis hi proceſſus, ac litteræ affigantur, ſe cura turum Rom. Pontif. pollicetur: quam rem vt dilucidiorem habeamus, tria explicanda ſunt. Primum, Eccleſia Lateranẽſis quænam ſit. Item, quæ Baſilica Principis Apoſtolorum. Poſtremò, cur harum Eccleſiarum valuis hanc Bullam affigi velit.

1 Quò ad primum igitur† Eccleſia Lateranenſis eſt Eccleſia Sancti Ioannis. Hęc Eccleſia principem locum inter omnes Eccleſias tàm vrbis, quàm orbis tenet, & omnium Eccleſiarum, etiam Baſilicę Sancti Petri vrbis Romanæ caput eſt, vt declarauit, ac definiuit Grego. x i. in Bulla incip. Super vniuerſas orbis Eccleſias. lata Auinioni decimo Cal. Februarii Põtificatus ſui anno ſecundo; eandẽ cõprobauit Pius v. per Bullam incip. Infirma, lata Romæ 1569. calen. Ianuarii, Pon. ſui anno Quarto. Quare clerici, et canonici eius Eccleſiæ tam in publicis ſupplicationibus, quæ fiunt eundo, quam in aliis, præcedunt clericis, ac canonicis Eccleſiæ Sancti Petri, vt per eandem Bullam Pius V. declarauit. Item eſt propria Sedes Rom. Pontificis inter alias vrbes, & ob id poſſeſſionẽ ſui Pontificatus accepturus Roma. Pontifex creatus, eandem Eccleſiam adit, vt conſuetudo declarat, vt habetur in Bullis ꝓximè citat. Fuit autem conſtructa ex ſuo Palatio à Conſtanti-

no Imperatore, & Saluatori dicata, poſteaquam lepra diuinitus liberatus eſt, & Baptiſmum ſuſcepit, vt habetur in ead. Bulla Gregor. x i. & facit c. conſtantinus. 2. diſti. 86. Dicta eſt autem Eccleſia Lateranenſis, quoniam in eo loco conſtructa eſt, vbi olim erat Palatium Lateranenſium clariſſimę apud Romanos familiæ, vt habetur in Lexicon, in verb. Lateranenſis. Frequentatur demum Eccleſia hæc plurimum ob ſanctorum reliquias plurimas, quæ ibi habẽtur, quę omnia cognoſci poſſe ex libello eo inſcripto Mirabilia Romæ.

2 Quò ad ſecundum † Baſilica Principis Apoſtolorum de Vrbe eſt Eccleſia Sancti Petri in Vaticano, quę & ipſa celeberrima eſt. Idcirco autem in Vaticano dicitur, quoniam in Vaticano Colle ſita eſt; nominatus eſt autem collis ille Vaticanus, quoniam eo Roma. Populus vatum reſpõſo expulſis Hetruſcis poſitus ſit, vel à Vaticiniis, quæ ibi haberi ſolebant, vide tamen de hoc Lexicon in ver. Vaticanus.

3 Quò ad tertium † idcirco valuis Eccleſiarum affigi Bullam voluit, quoniam Eccleſię huiuſmodi ob earum dignitatem, ac ſanctitatem omnium aliarum maximè frequentantur, & ob id ad notitiam hominum facile venire poteſt. His præmiſſis iam habemus, quamobrem in his locis affigi Bullam hanc Roman. Pontifex velit, & quę loca hæc ſint: ſed de hac parte ſatis, ad alteram veniamus.

Verſ. Inſuper, vt proceſſus ipſi, & præſentes litteræ, ac omnia, & ſingula in eis cõtenta eò fiant notiora, quò in pleriſque Ciuitatibus, & locis fuerint publicata, vniuerſis, & ſingulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorũ ordinarijs, & Pręlatis vbilibet conſtitutis per hæc ſcripta committimus, & in virtute Sanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, vt per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, poſtquam eas receperint, ſeu earum habuerint notitiam, ſemel in anno, aut ſi expedire viderint, etiã pluries in Eccleſijs ſuis, dum in eis maior populi multitudo ad diuina conuenerit, ſolemniter publicent, & ad Chriſti fidelium mentes reducant,

ducant, nuncient,& declarent.

SVMMA.

1 *In virtute Sanctæ obedientiæ præceptum quid ſignificet, & operetur.*

2 *Publicationis ſolemnis huius Bullæ forma quænam ſit.*

3 *Publicare hanc Bullã Eccleſiæ antiſtites, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi,& huiuſmodi ſolẽniter in ſuis Eccleſiis debent, & quoties,& quinam excuſentur ab obligatione.*

IN hac parte præcipit Rom. Pontifex, quò notior hęc Bulla fiat omnibus Eccleſiæ p̄ſidibus,& Prælatis, vt in ſuis Eccleſiis ſolemniter eam publicent, ac declarent. Verum, quo rem hanc abſolutam magis habeamus, duo præmittẽda ſunt. Primum, quoniam in virtute Sanctæ obedientiæ hoc illis præcipit, quid prçceptum hoc operetur. Deinde, quoniam ſolemnis publicatio vt fiat, præcipitur, ſolemnis publicatio hęc quænam ſit.

Quò ad primum igitur† quid nam operetur prçceptum illud in virtute Sanctæ obedientiæ, variæ hac de re DD. ſentẽtię ſũt; 3
nam alii volunt pœnam priuationis eſſe, alii peccatum infidelitatis, vt ait Gloſſ. in cap. dolentes. de celebr. Miſſ. & Paul. Fuſch. de viſit.& regimin. Eccleſi. cap. 31. num. 8. libr. 1. Ego autẽ, quoniam inobedientia graue peccatum eſt. argu. ca. 2. de maior.& obedien. ob eam rem non obedientes primũ peccare mortiferè ſentio: deinde, ex quo nulla pœna propoſita certa eſt, ad arbitrium Rom. Pontificis puniri poſſe. argu. c. de cauſis. de off. de leg.& l. 1. ff. de iur. delib.

2 Quò ad ſecundum † qua forma ſolemnis publicatio fiat, dico hac forma faciendam eſſe, Epiſcopus Pontificiis veſtibus indutus cum mitra,& Baculo aſſiſtentibus ipſi aliis clericis,& ſacerdotibus clericalibus veſtib. indutis, cereo accenſo præſente populo Bullam publicabit, vel alius de eius mandato ipſo præſente; ac deinceps publicata cãpana breuiter pulſabitur,& cereus in terram proiectus pedibus conculcabitur. arg. Clemẽ. 1. §.& quia, de pęn.& extrauag. incip. infidelis,& ſtolidę. de fur.& ſic etiam Rom. Pontifex ſolẽniter in die iouis ſancto publicare conſueuit, campanæ ſono excepto. His præmiſſis iam regulã ponamus.

Eccleſiæ pręlati ergo† ſiue Pa-

Digitized by Google

triarchę,ſiue Archiepiſcopi, ſiue Epiſcopi, vel alii Eccleſiæ Antiſtites in ſuis Eccleſiis Bullam hanc ſolemniter, dum maior populi frequentia aderit,publicabunt,vel per ſe, vel per alios.

Item non tantum ſemel in annum,verum etiam & ſæpius, ſi id expedire animaduerterint, ob verba illa ſemel in anno, aut ſi expedire viderint, etiam pluries.Excipitur tamen, vbi Epiſcopus titularis tantum eſſet, & ſic Eccleſiam non haberet,nam ex quo Eccleſia caret,& popupulo, & ob id Bullę verba ipſi non cōueniūt,ergo nec diſpoſitio.arg.l.4.§.toties.ff.de damn. infect.

Poſtremo excipiūtur alii clerici,qui iuriſdictionem non habent;nam Bulla ſolum de his loquitur; nam prælatorum nomine hi ſolum comprehenduntur, qui iuriſdictionem habent,vt dixit Abba.in cap.cum ab Eccleſiarum.de off. ordin. non igitur ſimplices parochi ad hoc tenentur; nam ſi & ipſos obligare voluiſſet,eorum mentionem feciſſet,ſicut fecit in ſequenti Capite,Nec non rectores,cæterique curam animarum exercentes.

Atqui, an qui contra hanc Bullam venerint,eam probabiliter ignorantes,eſto valuis dictarum Eccleſiarum affixa ſit, & alibi etiam publicata,an inquā in pœnas ipſius incident?Hanc queſtionem in prima parte huius operis abſoluimus: Sed iam ad aliud caput veniamus.

De perſonis, quæ penes ſe hanc Bullam habere debent. C. VII.

Cæterùm Patriarchæ, Archiepiſcopi,Epiſcopi, alijque locorum Ordinarij, & Eccleſiarum prælati, nec non Rectores, cæterique curam animarum exercentes, ac præsbyteri ſeculares,& quorumuis ordinum regulares, ad audiendas peccatorum confeſſiones quauis auctoritate deputati,tranſumptum litterarum penes ſe habeant,eaſque diligenter legere, & percipere ſtudeant. Volentes earūdem præſentium tranſumptis,etiam impreſſis, notarij publici manu ſubſcriptis,& ſigillo iudicis ordinarij Romanæ curiæ,vel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cōſtitutæ munitis,

nitis, eandem prorſus fidẽ in iudicio, & extra illud vbique locorum adhibendam fore, quę ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſę.

SVMMA.

1 *Bullam hanc habere debent omnes animarum curam habentes, vt*

Patriarchæ.
Archiepiſcopi.
Epiſcopi.
Abbates.
Parochi.
Vicarij perpetui.
Capellani.

Sacerdotes tam regulares, quàm ſeculares ad ſacramentum pœnitẽtiæ adminiſtrandum admiſſi.

2 *Bullam hanc quinam habere non tenentur.*

Caput hoc diuiditur in duas partes, quarum ſecunda incipit ibi Volentes eorundem. De prima igitur primò agamus, in qua numerantur perſonæ, quæ Bullam hanc penes ſe habere, ac percipere eam debent: quàm rem vt dilucidiorẽ habeamus, regulam more noſtro ponamus.

1 Omnes igitur animarum curam habentes Bullam hanc penes ſe habere debent, vt colligitur ex prima parte huius Capitis. Nam primò ipſam habere debent Epiſcopi, ſiue Patriarchę, ſiue Archiepiſcopi, ſiue ſimplices Epiſcopi ſint, ob verba illa Patriarchæ Archiepiſcopi, Epiſcopi, (etenim quadripartiti Epiſcoporum gradus ſunt, vt habetur in cap. 1. d. 21. §. Epiſcoporum.) Item alii locorum ordinarii, & Eccleſiarum prælati. (Hi verò ſunt Epiſcorum Vicarii, Abbates, & huiuſmodi.) Tertiò parochi, ob verba illa Nec non rectores. Quartò cæteri curam animarum gerẽtes, ob verba illa Cęterique curam animarũ exercentes. (Hi verò ſunt Vicarii perpetui, qui & ipſi parochorum vicem gerunt, & in multis eodem iure cenſentur, quo ipſi parochi, vt habetur in Clemen. vnic. de offi. Vicar.) Itẽ Capellani; nam & hi curam animarum habent. Poſtremò ſacerdotes alii tam ſeculares, quam regulares ad ſacramentum pœnitentiæ adminiſtrandum admiſſi, ob verba illa, Ac præsbyteri ſeculares, & quorumuis ordinum regulares ad audiẽdum peccatorum confeſſiones quauis auctoritate deputati. Hi quoque igitur Bullam hanc habebunt,

bebunt à quocunque ad audien
das pœnitentias admiſſi ſint. Si
ergo Bullam hanc prędicti ha-
bere debẽt; ergo qui curam ani-
marum gerunt, ipſam habebũt;
nam hi omnes animarum curã
gerunt, vt per ſe patet.

Item quoniam verba cum ef-
fectu ſunt intelligenda arg. l. 1.
§. 1. ff. quod quiſque iur. ob eam
rem oportet, vt etiam eius uim,
& ſentẽtiam norint, id quod fit
eam legendo, & quid velit per-
cipiendo, & ob eam rem vult
Rom. Pontifex, vt eam legãt, &
percipiant. ob verba illa Eiſque
diligenter legere, & percipere
ſtudeant Non igitur ſat eſt eam
habere, ac legere: qđ ſumma ra
tione factum eſt; nam, cum con
tingat pœnitentes ad ipſos ve-
nire, qui his ſceleris irretiti ſint,
à quibus abſoluere nequeunt, vt
habetur in Cap. 2. huius tertiæ
partis, & non abſoluti ſacramen
ti pœnitẽtiæ abſolutionis parti
cipes eſſe nõ poſſunt. arg. c. nup.
de ſent. excomm. & vt nos e-
gimus abũdè in tractatu noſtro
de cenſuris, ob eam rem ne cla-
uium auctoritate abutantur, &
pœnitentes decipiãtur, iure præ
ceptum eſt, vt Bullam hãc apud
ſe habeant; diligenter legant, ac
percipiant.

2 Excipiuntur tamen, † qui cu-
ram animarum non habent, nã
hi, vel Epiſcopi, vel ſacerdotes
ſint, eam apud ſe habere non co
guntur; nam ex quo de curã ani-
marum habentibus Bulla loqui-
tur, ergo ſecus de aliis. arg. l. cũ
prętor. ff. de iudi. & c. non ne. de
præſumpt. etenim ceſſat ratio,
quamobrem ipſi eam habere de
bent, & ob id & diſpoſitio. argu.
c. cum ceſſante. de appell. & l. a-
digere. §. quamuis. ff. de iur. pa-
tron.

Poſtremò excipiuntur, qui e-
tiam curam animarum habent,
ſed non dum ſacerdotes ſunt; nã
ex quo ſacramenta adminiſtrare
nequeũt, periculum prędictum,
& ratio in ipſis locum non hẽt,
ergo nec Bulla.

Atqui an ipſam non haben-
tes mortiferè peccent? Ego cẽ-
ſeo mortiferè hos peccare tum
quod Bulla imperandi modo v-
titur, dum inquit Habeant, &
ſtudeant, & res grauis hęc eſt; tũ
quod non ſolum vult, vt habeãt
hanc Bullam penes ſe, verũ etiã
vt ſtudeant diligenter eam lege
re, & percipere; quę verborum
multiplicatio hęc omnino Ro.
Pontificem voluiſſe oſtendit, &
ſic præceptum eſſe, & ob id ei
parendum; alioquin peccant. ar-
gu. cap. 2. de maior. & obedient.
Sed de hac prima parte ſatis, ad
alteram veniamus.

Verſ.

Digitized by Google

Verſ. Volentes earundem præſentium tranſumptis, etiã impreſſis notarij publici manu ſubſcriptis, & ſigillo iudicis ordinarij Romanæ curiæ, vel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica munitis, eandem prorſus fidem in iudicio, & extra illud, vbique locorũ adhibendam fore, quæ ipſis p̃ſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitę, vel oſtenſæ.

SVMMA.

1 Exempla deprompta ex Bulla, etiã ſi impreſſa non ſint, fidem faciũt, modò manu publici notarij ſubſcripti ſint, & ſigno iudicis Romanæ Curiæ, vel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta munita.

1 IN hac parte † vult Roma. Põtifex, vt fides adhibeatur tam in iudicio, quàm extra illud & vbique locorum exẽplis depromptis ex ipſa Bulla, etiam ſi impreſſa non ſint, modo duo adſint. Primum ſubſcripta manu publici notarii ſint. Deinde ſigno iudicis ordinarii Romanæ curię, vel alterius perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę ſignata, vt habetur in Verſ. Quare ſi quis aſſereret in excommunicationem aliquam huius Bullę incidiſſe ob noui vectigalis impoſitionem, cum id non poſſet; ſi negaret in hoc caſu excommun. latam eſſe, producens exẽplum huius Bullę coram iudice munitum, vt dixi, conuictum talem habebit: Sed de hoc ſatis, ad poſtremum caput veniamus.

De pœna frangentium hanc Bullam, vel contra ipſam venientium. Cap. VIII.

Nulli ergo omnino hominũ liceat hãc paginam noſtræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, innouationis, innodationis, declarationis, proteſtationis, ſublationis, renouationis, commiſſionis, mãdati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe

nouerit

Digitized by Google

nouerit incurſurum. Datū Romæ, & cæt.

SVMMA.

1 *Bullam hanc offendi quot modis contingat.*

2 *Indignatio Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, quæ pæna ſit.*

3 *Bulla hæc cur tot nominibus appelletur.*

4 *Indignationem Omnipotētis Dei habent, qui hanc Bullam offendunt.*

5 *Auſtoritatem Rom. Pontificis negans, vt hæreticus punitur.*

IN hoc capite imponitur pœna iis, qui contra hanc Bullam veniunt, quæ eſt indignatio Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum contra ſe. Verùm quò rem hanc dilucidiorem habeamùs, præmittenda tria ſunt. Primum, quot modis cōtingat Bullam hanc offendi. Deinde, indignatio Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, q̄ pœna ſit. Tertiò, cur tot nominibus Bullam hanc appellet Rom. Pontifex.

1 Quò ad primum igitur † trib. modis contra hanc Bullam veniri concludo. Primum frangendo ipſam, & conſcindendo. Deinde contra ipſam faciendo, ſcilicet delictis committendis, quæ per Bullam prohibita ſunt. Tertiò negando Roma. Pontificem hęc facere poſſe, vt hęc per ſe patent.

2 Quò ad ſecundum, † Indignatio omnipotentis Dei, & Apoſtolorum id operatur, & hāc pœnam infert, quoniam Dei gratia priuatur; nam Deus Opt. & Maxi. & Sancti Apoſtoli nemini indignantur, niſi ob mortiferum peccatum, quia igitur contraueniendo quis mortiferè peccat; mortiferum autem peccatū priuat quem gratia diuina, ob eam rem indignationem prędictorū incurrere hunc ait, atque ſic in ſimili dixit Rebuff. in Prax. benefi. Forma, & declaratio nou. prouiſ. in clauſula. Nulli ergo hominum. Ego autē præterea.

3 Quò ad tertium † paginam hanc multis nominibus nominat, quoniam multa in ipſa decernit.

Nam primò appellat paginā excommunicationis, quoniam per ipſam excommunicat.

Secundò anathematis, quoniam anathema fert, vt habetur in initio ferè omnium capitum ſecundę partis.

Tertiò interdicti; quoniam etiam interdicit in Capite ſecū

do

do ſecundæ partis verſ. Vniuerſitates.

Quartò innouationis,quoniã innouat decreta quædam antiqua,vt habetur in Capite Decimo octauo ſecundæ partis,verſ. Innouantes.

Quintò innodationis,quoniã innodat excommunicatione in tertio Capite.3.p.incip.Quod ſi fortè.

Sextò declarationis,& proteſtationis,quoniam declarat , & proteſtatur quædam in Capite Quarto incip.Declarantes.p. 3.

Septimò ſublationis, & reuocationis,quoniam reuocat, & tollit quędã in Capite quarto, incip.Quæ omnia.3.p.

Octauò commiſſionis,& mandati,quoniam mandat, & ordinat in Capite quinto,verſ. Inſuper & proceſſus.3.p.

Nonò voluntatis , quoniam in ipſa ait ſe velle durare hos ꝓceſſus etiam poſt mortem,in Capit.Primo.3.p.incipi. Volentes. Item ſe velle fidem adhibere exemplis huius Bullæ ſignatis in Cap.ſeptimo.3.p.His prȩmiſſis, iam rem aggrediamur, & regulam ponamus.

3 In indignationem igitur†omnipotentis Dei incidunt,quicunque hanc Bullam offendunt,vel eam frangendo,vel contra ipsã faciendo,vel Rom. Pontificem id non poſſe negando, tot enim modis Bullæ contraueniri præmiſſimus.

Item in eandem indignationem,ideſt in peccatum mortiferum incurrit,qui alicui ex nouẽ prædictis contrauenit; nam ſic ipſe in Bulla id vult.

Tertiò contraueniẽs ipſi Bullæ,quò ad prohibita delicta , in excommunicationes iã dictas incidit,& pœnas,vt vidimus.

5 Poſtremò †negans auctoritatem Ro.Pontificis,vt hæreticus punitur,atque ſic in ſimili dixit Gloſſ.in c.generali.in verb. inhibemus,& ibi DD.de electi. li. 6.& Rebuff.in Prax.benefi Forma,& declaratio nouę prouiſ.in clauſula Nulli ergo hominũ,ibi Imo ſi quis non obtemperet;ac deniq. prædicti omnes arbitraria pœna puniuntur. Quicquid dixerunt DD.citati à Rebuff. in eadem clauſula qui priuationẽ beneficij ſignificari exiſtimarũt per eam clauſulam Indignationem omnipotentis Dei,& Apoſtolorum,quod probabili ratione nulla nititur . Sed de Bulla Cœnę Domini hactenus; iam ad explicandos alios caſus Romano Pontifici reſeruatos tranſeamus,id quod Deo adiuuante prope diem præſtabimus.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google